p bus Mercurius. xx. a ſole abſcedant. Sepe citra eas ad ſolem reciprocent. Conuerſas ha-bent utrãq; abſidas: ut infra ſolem ſite: tantumq; circulis earum ſub terra eſt: quantum ſu-perne p̃dictarum. & ideo non poſſunt abeſſe amplius: quoniam curuatura abſidum ibi non habet lõ gitudinẽ maiorem: Ergo utrãq; ſimili ratione admodũ ſtatuunt abſidum ſuarum magines: ac ſpatia longitudinis latitudinum euagatione penſant. At enim cur nõ ſemper ad. xlvi. & ad partes. xx. pue niũt: imo uero. Sed ratio canonica fallit. Nãq; apparet abſidas quoq; eaꝝ moueri: q̃ nunq̃ tran ſeant ſolem. Itaq; cum in partem ipſam eius incidere margines alterutro lateſ tum & ſtelle ad longiſſima ſua interualla peruenire intelliguntur: cũ citra fuere magines totidẽ partibus: & ipſe ocius redire cre dũtur cũ ſit illa ſemper utriq; extremitas ſumma. Hic & ratio motuum cõuerſa itelligitur. Superiores enim celerime ferũtur in occaſu ueſpertino: hæ tardiſſime. ille a terra altiſſime abſunt: cum tardiſſi me mouẽtur: hæ cũ ociſſime. Quia ſicut in illis ꝓpinquitas cẽtri accelerat: ita in iis extremitas circu-li ille ab exortu matutino minerue celeritatẽ incipiũt: he uero augeſ. illæ retro curſum agunt a ſtati-one matutina uſq; ad ueſpertinam. Veneris a ueſptina uſq; ad matutinam. Incipit autem ab exortu matutino latitudinẽ ſcandere. Altitudinẽ uero hac ſolem inſequi a ſtatione matutia occiſſima i occa ſu matutino & altiſſima. Digredi ãt latitudine: motumq; minuere ab exortu matutino rẽtro quidem ire: ſimulq; altitudie digredi a ſtatiõe ueſpertina. Mercurii rurſus ſtella utroq; modo ſcãdere ab exor tu matutino: digredi uero latitudine a ueſptino: conſecutoq; ſole ad. xv. partiũ interuallum cõſiſtit. quadriduo ꝓpe imobilis. Mox ab altitudine deſcendit: retroque graditur ab occaſu ueſptio uſque ad exortũ matutinum. Tãtũque hæc & luna totidem diebus quot ſubire deſcendunt. Veneris quinde-cies & pluribus ſubit. Rurſus Saturni & iouis duplicato digrediuntur. Martis etiam quadruplicato: Tanta eſt nature uarietas. Sed ratio euidens. Nã quæ in uaporẽ ſolis nituntur. etiam deſcẽdũt egre Multa ꝓmi amplius circa haec poſſunt ſecreta nature legeſque: q̃bus ipſa ſeruiat exempli gratia. In Martis ſydere cuius eſt maxime iobſeruabilis curſus nunq̃ id ſtationẽ facere. iouis ſydere triquetro raro admodũ ſexaginta ptibus diſcreto. Q ui núerus ſexangulas mũdi efficit formas. Nec exortus niſi in dnobus ſignis tantũ cancri & leonis ſimul edere. Mercurii uero ſydus in piſcibus exortus ueſ-ptinos raros facere: creberime in uirgine. in libra matutinos. item matutinos in aquario: rariſſimos in leone. Retrogradum in tauro & ingerminis non fieri: in cancro uero non citra. xxv. ptẽ Luna bis coitũ cũ ſole in nullo alio ſigno faceſ q̃ germinis: Non coiſ aliquando in ſagitario tantum. nouiſſi mam uero primáque eadẽ die uel nocte nullo alio in ſigno q̃ ariete conſpici. id quoque paucis mor taliũ cõtingit: Et inde fabula cernendi lynceo. nõ comparaſ in celo Saturni ſydus & martis cũ pluri diebus. clxx: iouis. xxxvi. aut cum minimum denis detractis diebus. Veneris. lxxix. aut cum minimũ .lii. Mercurii. xiii. aut cum plurimum. xvii.

Quae ratio colores eorum mutet. Cap xviii.

olores ratio altitudinem tempera:fiquidem earum similitudinem trahunt:in quarum aera
c uenere subeũdo:tingitq; apropinquantes utralibet alieni meatus circulus. Frigidior i pal
lorẽ. Ardentior in ruborem. Ventosus in horrorem. Sol atq; cõmissuræ absidũ extremæq;
orbite a terra in obscuritatẽ. Suus quidem cuiq; color est. Saturno cãdidus. Ioui clarus. Marti igneus. Lucifero candens. Vesperi refulgẽs. Mercurio radiãs. Lune blandus. Soli cum uritur ardens postea radians. His causis cõnexo usu & earum quæ celo cõtinentur. Náq; modo multitudo conferta inest circa dimidios orbes lunæ placida nocte leniter illustrãte eas Modo rantas ut fugisse miremur plenilunio abscondẽte:aut cũ solis supra ue dictaꝝ radii usus pstringẽte nostros. Et ipsa aũt luna ingruentiũ solis radioꝝ haud dubie differentias sentit hebetante cætera inflexos mũdi cõuexitate cospterq; ubi recti anguloꝝ cõpetũt ictus. Itaq; in quadrato solis diuidua ẽ in:triquetro semi ambitur or be:impletur autem in ad uerso:rursusq; minuens easdem effigies paribus edit interualis simili rane qua supra solem tria sydera.

Solis motus & dierum inæqualitatis ratio. cap.xviiii:

ol ãt ipse quattuor differẽtias habet bis æquata nocte die:i uerno & autũno:& in certum in
f cidẽs terræ octauis in partibus arietis ac libræ:Bis pmutatis spatiis in auctũ diei bruma octaua i pte capricorni. Noctis uero solistitio todidem in ptibus cancri. Inæqualitatis cã obliquitas est figniferi:cũ pars æqua mundi sup subterq; terras omnibus fiat momentis. Sed quæ resta i exortu suo consurgũt signa longiore tractu tenent lucem:quæ uero obliqua ocioꝰ transeunt spatio.

Quãr ioui fulmina affignentur. cap.xx.

Atet plerosq; magna cæli afiectione cõptũ a principibus doctrine uiris supernorum ttium sydeꝝ ignes esse. qui decidui ad terras fulminũ nomen habeant. Sed maxime ex iis medio loco siti: ortassis quoniam contagiũ nimii humoris ex superiore circulo. atq; ardoris ex subiecto p hunc modum egerat:ideoq; dictum iouem fulmina iaculari. Ergo ut e flagante ligno carbo cum crepi:sic a sydere cælestis ignis expuitur præscita secum afferens ne abdicta quidem sui parte in diuinis cessante operibus idq; maxime turbato sit aere quia collectus humor abundantiam stimulat ut quia turbata quodam ceu grauidi syderis ptu.

Interualla syderum. cap.xxi.

Nterualla quoq; syderum a terra multi ĩdagaꝛ tentauerunt. Et solem abeꝛsse aluna unde uiginti partes:quantum lunam ipsam a tera prodiderunt. Pythagoras uero uir sagacis animi a terra ad lunam. cxxy. milia stadiorum esse collegit. Ab ea usq; ad solem duplum. inde ad duodecim signa triplicatum. in qua sententia Gallus Sulpitius noster fuit.

De syderum musica. Capi.xxii.

Ed pythagoras interdum. ex musca ratione appellat tonum:quantũ absit a terra luna. Ab ea ad Mercurium spatii eius dimidium & ab eo Ad uenerem. Aqua ad solem sesquiplum. A so'e ad Martem tonum. i. quãtum ad lunam a terra. ab eo ad iouem dimidium. & ab eo ad Saturnum dimidium. & ide sescuplum ad signiferum ita septem tonos effici quam diapason harmoniam uocant:hoc est uniuersitatem concentus. in ea Saturnum Dorio mouen. Mercurium ptho go. iouem phrygio. & in reliquis similia iocunda magis q̃ necessaria sublitate.

De mundi geometria. Capi.xxiii.

Tadium. cxxy. nostros efficit passus. hoc est pedes secentos. xxy. possidonius nõ minus. xl. stadiorum aterra altitudinem esse. in qua nubila acuenti nubesq; perueniant. inde purũ liquidumq; & imperturbate lucis aerem. Sed a turbido ad lunam uicies centum stadiorum. inde ad solem quinquies milies. Eo spatio fieri ut tam immensa eius magnitudo non exurat terras. plures autem nubes nonngenis stadiis in altitudinem subire prodiderunt. incompta hæc & inextricabilia. sed tam ꝓdenda q̃ sunt prodita. in quis tamen una ratio geometrice colectionis nunquã fallacis possit non repudiari:si cui libeat altius ista prosequi. Nec ut mensura id enim uelle pene demẽtis ocii est (sed ut tantum coniectanti animo constet existimatio. Nam cum trecẽtes. lx. & fere sex p tibus orbis solis ex circuitu eius pateꝛ appareat circulum per quem meat semperq; dimetiens tertiã partem ambitus:& terre paulomius septimam colligat. apparet dempta eius dimidia:quoniam terra centralis interueniat. Sextam uero partem huius immensi spatii quod circa terram circuli solaris animo comprehenditur inesse altitudinis spatio. Lunæ uero duodecimam:quoniam tanto breuiore quã sol ambitu currit. ita ferri eam in medio solis ac terræ. Mirum quo procedat improbitas cordis humani paruulo aliquo inuitata succussu. Sicut in supradictis ocasionem impudentie ratio largitur. ausiq; diuinare solis ad terram spatia. Eadem ad cælum agunt:quoniam sit medius sol:ut protinus mundi quoq; ipsius mensura ueniat ad digytos. Quantas enim dimentientes habeat septimas:tantas habere circulum duo uicesimas. tanquã plane a ppendiculo mensura celi cõstet. Aegyptia ra

tio quã petosiris & Necepsos ostẽdere.singulas ptes ī lunari circulo(ut dictum est minio.xxxiii. ſt2. diis paulo amplius patere colligit.in saturni amplissimo duplum.i solis quem medium eẽ diximus utriusq; mẽsuræ dimidium.Quæ computatio plurimũ habet pudoris:quoniam ad Saturni circulum addito signiferi ipsius interualo nec numerabilis multiplicatio efficitur.

De repentinis syderibus. cap.xxiiii.

Estant pauca de mundo.náq; & in ipso cælo stelle repẽte nascuntur plura earum genera. De cometis & celestibus prodigiis:natura:& situ:& generibus eorum. cap.xxv. ometas græci uocãt nostri:crinitas horrentes crine sanguineo:& comaq; mõ ī uertice hispidas.Iidem pogonias:quibus inferiore ex parte in speciẽ barbe longe promittitur iuba Aconiæ iaculi mõ uibrantur occisimo significatu. Hæc fuit de qua quinto consulatu suo Tyberius imperatur Cæsar p̃claro carmine perscriplit ad hunc diẽ nouissime uisam.Easdem breuiores & in mucroné fastigiatas xiphias uocauere:q̃ sunt oĩum paladissime.& quodam gladii nitore;ac sine ullis radiis quos chrysens auro nomine similis colore aũt electio raros e margine emittit. pithetes dolioq; cernitur figura ī cõcauo fumide lucis.Cæratias cornus spẽm habet qualis fuit cum græcia apud salamina depugnauit.Lampades ardentes imitantur faces. Hippeus equinas iubas cellerimi motus:atq; ī orbem circa se eũtis.Fit & candidus cometes argenteo crine ita refulgens. ut uix contueri liceat:specieq; humana dei effigiem ī se ostendens.Fiunt & hirti uillorum specie & iuba aliqua circũdati.Semel adhuc iube effigies mutata ī hasta est olympiade centesima octaua urbis anno. ccclxxxviii.Breuissimum quo cernerentur spatium septem dierum annotatum est: longissimum octogĩta.Mouentur autem alii errantium modo alii imobiles hærent.omnes ferme sub ipso septentrione aliqua eius parte non certa:sed maxime ī candidam:quæ lactei circuli nomen accepit.Aristoteles tradit & simul plures cerni nemini compertum alteri:quod equidem sciam:Ventos autem ab iis graues æstusq; significari.Fiunt & hybernis mensibus & ī austrino polo sed ibi citra ullum iubar.Diraq; comperta æthiopum & egypti populis:cui nomen æui eius rex dedit Typon:ignea specie:ac spiræ modo intorta:nisu quoq; toruo:nec stella uerius q̃ quidam igneus nodus.Sparguntur aliquando & errantibus stellis cæteriq; crines.Sed cometes nunq̃ in occasura parte cæli est.Terrificum magna ex parte sydus ac non leuiter piatum ut ciuili motu octauio consule:iterumq; pompeii & Cæsaris bello.in nostro uero euo circa ueneficicum quo Claudius Cesar imperium reliquit Domitio Neroni ac deinde principatu eius assiduum prope ac seuum:Referre arbitratur in quas partes sese iaculetur aut cuius stelle uires accipiat:quasq; similitudines reddat:& quibus in locis emicet.Tibiarum specie arti musice portendere.obsenis autem moribus in uerendis partibus.Signorum ingeniis & eruditioni si triquetram figuram quadratamue paribus angulis ad aliquos perẽnium stellarum situs edãt. Venena fundere in capite septemtrionalis:austrinæue serpertis. Cometes in uno totius orbis loco colitur in templo romæ admodum faustus Diuo Augusto iudicatus ab ipso:qui incipiente eo apparuit ludis:quos faciebat:Veneris genitricis non multo post obitum patris Cæsaris in collegio ab eo instituto.namq; his uerbis id gaudium prodidit.lis ipsis ludorum meorum diebus sydus crinitum p septem dies in regione celi sub septemtrionibus est cõspectum.id oriebatur circa undecimam horã diei:clarumq; & omnibus teris comspicuum fuit eo signo significari uulgus credidit Cæsaris animã inter deorum immortalium numina receptam.quo nomine id insigne simulacro capitis eius quod mox in foro consecrauimus adiectum est Hæc ille in publicum interiore gaudio sibi illum natum seq; in eo nasci iterpretatus est & ut uerum fateamur salutare id terris fuit. Sunt qui & haec sydera perpetua esse credant:suoq; ambitu ire:sed non nisi relicta a sole cerni.Alii uero qui nasci humore fortuito & ignea ui:ideoq; solui.

Hipparchus de syderibus per exempla hystorica:faces.lampades:trabes bolides:& casma celi. cap.xxvi.

Dem Hipparchus nunq̃ satis laudatus.ut quo uemo magis approbauerit cognatiõem cum homine syderum:animasq;nostras partem esse celi nouam stellam &aliam in euo suo genitam deprehendit:eiusq; motu qua die fulsit ad dubitationem est aductus:an ne hoc sepius fieret. moueruntq; & eæ quas putamus affixas idemq; ausus rem etiam deo improbam annumerare posteris stellas:ac sydera ad normam expangere organis excogitatis:per que singularum loca atq; magnitudines signaret:ut facile discerni posset ex eo:non modo an obirent:nascerenturq;:sed omnino aliq̃ transirent mouerenturue.item an crescerent minuerentq; celo in hereditate cunctis relicto: si quisq̃ qui rationem eam caperet inuentus esset.Emicant & faces non nisi causam decidunt uise Qualis Germanico.Cesare gladiatorum spectaculum edente preter ora populi meridiano transcurrit. Duo genera earum Lampades uocant plane faces. Alterum bolidas: quale munienſibus malis uisum est. Distant q̃ faces uestigia longa faciunt priore ardente parte. Bolis uero perpetua ardẽs lon

giorem trahit limitem.Emicant & trabes ſimili modo:quas doces nocant.quales cũ lacedemõiiclaſſe victi imperium græcie amiſere.Eit & cæli ipſius hiatus uocant chaſma.

De cæli coloribus. cap:xxyii.

It & ſanguinea ſpẽ:quo nihil terribilius mortalium timori.eſt incendium ad terras cadẽs i de.Sicut olympiadis centeſimæ ſeptime anno tertio cum rex philippus græciam quateret.

Atq hæc ego ratis tẽporibus naturæ ut cætera arbitror exiſtere:nõ ut pleriq; uariis ꝺ cauſis quas ingeniorum acumen excogitat.Quippe ingentium malorum fuere prenuntia.Sed ea accidiſſẽ no quia hec facta ſunt arbitror:uerum nec ideo facta quia incaſura erant illa raritate autem occultam eorum eſſe rationem:ideoq; non ſicut exortus ſupradictos defectuſq; & multa alia noſci.

De flamma cẽli. cap.xxyiii.

Ernuntur & ſtelle cum ſole totis diebus:plerumq; & circa ſolis orbem ceu ſpem corone & uerſicoloris circuli:Qualiter Auguſto Ceſare in prima iuuenta urbem intrante poſt obituꝫ patris ad nomen ingens capeſſendum. De coronis celeſtibns. cap.xxix.

xiſtunt eadem corone circa lunam & circa nobilia aſtra celo quoq; inhaerentia Circa ſolẽ arcus apparuit.L.opinio.iii:Q. .fabio.ii.conſ.orbis:L.portio.M.Acilio.

De circulis repentinis. cap.xxx:

Irculus rubri coloris.L.iulio.P.Rutilio conſ.Fiunt prodigidioſi & longiores ſolis defectꝰ qualis occiſo dictatore Ceſarc.& antoniano bello totius pene anni pallore continuo.

Plures ſoles. cap.xxxi.

Trurſus plures ſoles cernuntur.nec ſupra ipſum nec infra:ſed ex obli quo nunq̃ iuxta: nec contra terram:nec noctu.ſed aut oriente aut occidente.ſemel in meridie cõſpecti i boſpho ro produntur.qui a matutino tempore durauerunt in occaſum.Trinos ſoles antiq ſepius uidere.Sicut.Sp.poſtumio.Qu.Minutio.Qu.Martio.M.portio.M.antonio.p.Dolobella & M.Lepido.L.planto conſ.& noſtra ætas uidit Diuo Claudio principe conſulatu eius Cornelio orfito collega:plures ſimul q̃ tres uiſi ad hoc æui nunq̃ produntur.

plures lunæ. cap.xxxii.

Vne quoq; trine.ut Cn.Domitio.C.F.L.annio conſ.apparuere:quos pleriq; appellauerũt ſoles nocturnos. Dierum lux nocte. cap.xxxiii:

Vmen de celo noctu uſum eſt.C.Cecilio.Cn.papyrio cõſ.& ſepe alias ut diei ſpecies noctu.luceret. Clypei ardentes. cap.xxxiiii.

Lypeus ardens ab occaſu ad ortum ſcintillans tranſcurrit ſolis occaſum.L.Valerio.Cn:mario conſ. Oſtentum celi. cap.xxxy.

Intillam e ſtella cadere:& augeri terre appropinquantem:ac poſtq̃ in lune magnitudinem facta ſit illuxiſſe ceu nubilo die.Dein cum in celum ſe reciperet.lãpadẽ factam ſemel unq̃ proditur.Cn.octauio.C.Scribonio conſ.Vidit hoc Licinius Syllanus proconſul cum comitatu ſuo.

De diſcurſu ſtellarum. cap.xxxyi.

Ieri uidentur & diſcurſus ſtellarum nũquam temere ut non ex ea parte truces uenti cooriãtur:& ex iis tunc procélle in mari terriſq;. De ſtellis caſtoribus. cap.xxxyii:

Idi in nocturnis militum uigiliis inherere pilis pro uallo fulgurum effigies:eſt & antennis nauigantium aliis nauium partibus ceu uocali quodam ſono inſiſtunt ut uolucres ſedem ex ſede mutantes.Graues cũ ſolitarie uenere:mergenteſq; nauigia:& ſi in carine ima deciderint exurentes.Gemine autem ſalutares:& proſperi curſus prenuntie. quarum aduentu fugari diram illã ac minacem appellãtamq; Helenam ferunt.Et ob id polluci & Caſtori id numen aſſignant:eoſq; i mari deos inuocant.Hominum quoq; capita ueſpertinis horis magno prefagio circũfulgent.omnia iecerta ratione & in naturẽ maieſtate abdita.

De aere. cap.xxxyiii.

actenus de mundo ipſo ſyderibuſq;.Nunc reliqua celi memorabilia. Nanq; & hoc celum appellauere maiores:quod alio nomine aera:omne quod inani ſimile uitalem hũc ſpiritũ fundit infra lunam hec ſedes:multoq; inferior.Vt animaduarto propemodum. conſtare. infinitum ex ſuperiore natura aeris & terreni halitus miſcens utraq; ſorte confunditur. Hinc nubila tonitrua:& alia fulmina.Hinc grandine & pruine:hymbres:procelle.turbines. hinc plurima mortalium mala:& rerum nature pugna ſecum.Terrena in celum tendentia deprimit ſyderum uis. Eademq; que ſponte non ſubeant ad ſe trahunt.Decidunt hymbres.Nebule ſubeunt.Siccantur amnes nes.Ruunt grandines. Torrent radii:& terram in medium undiq; impellunt. Iidem infracti reſiliunt:& que pótuere auferunt ſecum Vapor ex alto cadit::rurſumq; in altum redit. Venti ingruunt inanes:lidemq; cum rapina remeant.Tot animalium hauſtus ſpiritum e ſublimi trahit.

At ille contra nititur:Telluſq; ut inani cælo ſpiritum infundit.Sic ultro citro cõmeãte natura ut tor mento aliquo mũdi celeritate diſcordia accendatur:nec ſtare pugnæ:licet:ſed aſſidue rapta cõuoluit Et circa terrã immẽſo reꝫ quaſi globo tẽdit.ſubinde per nubes cælum aliud obtexens uẽtoꝫ hoc te gnũ.Itaq; præcipua eoꝫ natura ibi & ferme reliquas cõplexa cauſas:quoniam & tonitruum & fulmi num iactus horum uiolentiæ pleriq; aſſignant.Quin & ideo lapidibus pluere interim q; uẽto ſint ra pti:& multa ſimiliter:Quamobrem plura ſimul dicenda ſunt.

De æſtatis tempeſtatibus. cap.xxxix.

Empeſtatum rerumq; quaſdam ſtatas eſſe cauſas:quaſdã uero fortuitas:aut adhuc rõnis in cõpertæ manifeſtum é.Quis.n.æſtares & yemes quæq; in tẽporibus annua uice intelligũ tur ſyderũmotu fieri dubitet.Ergo ut ſolis natura tẽpando intelligitur anno:ſic reliquoꝫ quoq; ſyderũ propria eſt quibuſq; uis:& ad ſuã cuiq; naturã fertilis.alia ſunt in liquorem ſolati hu moris fœcunda.alia concreti in pruinas:aut coacti in niues:aut glaciati in grãdines. alia flatus tẽpo ris.alia uaporis.alia roris.alia rigoris nec uero hæc tanta debent exiſtimari quanta cernuntur: cum eſſe eoꝫ nullum minus luna tam immẽſe altitudinis ratio declaret igitur ĩ ſuo quæq; motu naturã ſuam exercent.quod manifeſtum Saturni maxime tranſitus hymbribus faciunt.Nec meantium mo do ſiderum hæc uis eſt:ſed multorum etiam adhærentium cælo quotiens errantium acceſſu ipulſa: aut cõiectu radiorum exſtimulata ſunt qualiter in ſuculis ſentimus accidere:quas græci ob id pluio nomine hyadas appellant.Quin & ſua ſponte quædã ſtatiſq; tẽporibus ut hædoꝫ exortus arcturi ue ro ſydus nõ ferme ſine procelloſa grandine emergit. De caniculæ exortu. cap.xl.

Am caniculæ exortu accendi ſolis uapores quis ignorat Cuius ſyderis effectus ãpliſſimi ĩ terra ſentiuntur.Eeruent maria exoriente eo Fluctuant in celis uina:mouentur ſtagna.ori gẽ appellat ægyptus ferã.quam in exortu eius contraſtare & contueri tradit:ac uelut ado rare cum ſternuerit.Canes quidem toto eo ſpatio maxime in rabiem agi non eſt dubium.

Vis temporum anni ſtatuta. cap.xli.

Vin in partibus quoq; ſignorum quorundam ſua uis ineſt ut autumnali æquinoctio bru maq; cum tempeſtatibus confici ſydus intelligimus.

De incertis tempeſtatibus. cap:xlii.

Ec hymbribus tantum tẽpeſtatibuſq; ſed multis & corpoꝫ & ruris experimentis. Afflant alii ſydere.alii cõmouentur ſtatis tẽporibus:aluo neruis:capitermente olea & populus al ba & ſalces folia ſolſtitio circũagun.Floret ipſo brumali die ſuſpenſa in tectis arentis har ba pulegii.Rũpuntur intentæ ſpiritu mẽdranæ.Miretur hoc qui non obſeruet quotidiano experimẽ to hærbam unã:quæ uocat heliotropiũ abeuntẽ ſolem intuen ſemper:oĩbuſq; horis cum eo uerti ud nubilo obũbrante.Iam quidẽ lũari poteſtate oſtreaꝫ cõchiliorũq; & conchaꝫ omniũ corpora auge ri:& rurſus minui Quin & ſoricũ fibras reſpondere numero lune exqſiuere diligentiores.Minimũq; animal formicã ſentire uires ſyderis interlunio ſemper ceſſantẽ.Quo turpior homini inſcita ẽ fatẽri præcipue iumentoꝫ quorũdã in oculis morbos cũ luna ĩcreſcere ac minui.patrocinat uaſtitas cæli ĩ mẽſa diſcreta altitudine in duo atq; ſeptuaginta ſigna.Hæ ſunt,rerũ aut animantũ effigies : in quas digeſſere cælũ periti.In his quida mille ſexcentas annotare ſtellas iſignes uidelicet aſſectu uiſuue. Exempli gratia in cauda tauri ſeptem quas appellauere:Vergilias.In fronte ſuculas boetem quæ ſe quitur ſeptẽtriones. De hymbribus. cap.xliii.

Xtra has cauſas non negauerim exiſtere hymbres uentoſq; quoniam humidam a terra.alia uero propter uapores ſumidam exhalare caliginem certũeſt.nubeſq; liquore egreſſo in ſub lime:aut ex aere coacto in liquorum egreſſo in ſublime aut ex aere coaſto in liquorem gi gni :Denſitas earum corpuſq; haud dubie coniectatur argumentorum ſolem obumbret perſpicuum alias etiam urinantibus in qualibet profundam aquarum altitudinem.

Quare lapides pluant. cap.xliiii.

Gitur nõn eam inficias:poſſe in has & ignes ſuperne ſtellarum dicidere: quales ſereno ſe pe cernimus:quorum ictu concuti aera uerum eſt: quando& tela uibrata ſtridunt. Cum uero in nubem peruenerint:naporem diſſonum gigni ut candente ferro in aquam demerſo:& fumi dum uorticem uolui.Hinc naſci procellas. De tonitruis & fulguribus. cap.xlv:

Tſi in nube luctetur flatus aut uapor tonitrua::edi:ſi erumpat ardens.fulmina Si longio re tractu nitatur fulgetra.His findi nubem:illis perrumpi.& eſſe tonitrua impactoꝫ igniũ plagas:ideoq; protinus corruſcare igneas nubium rimas.poſſe & repulſu ſyderum depreſ ſum qui a terra mea uerit ſpiritum nube cohibitum tonare natura ſtrangulante ſonitum dum rixe tur.Edito fragore cum erumpant.Vt in membrana ſpiritu intenta.poſſe & attritum dum in preceps feratur illum quiſquis eſt ſpiritum accendi. Poſſe & afflictu nubium elidi:ut duorum lapi-

dum ſintillantibus fulgetris.Sed hæc oia eſſe fortuita.Hinc bruta fulmina & uana ut quæ nulla ue-
niant ratione naturæ.iis percuti montes:iis maria.oēſq; alios irritos iactus.illa uero fatidica ex alto
ſtatiſq; de cauſis & ex ſuis uenire ſyderibus.Simili modo uentos uel potius flatus poſſe ex arido ſic-
coq; anhelitu terræ gigni nō negauerim.poſſe aquis aera expirantibus qui neq; in nebulā denſetur:
nec craſſeſcat in nubes.poſſe.& ſolis impulſu agi quoniā uentus non aliud intelligaſ q̄ fluctus aeris
pluribuſq; etiam modis.namq; & fluminibus & niuibus & e mariuidemus etiam trāquillo: & alios
quos uocant altanos e terra conſurgete.Qui quidem cum e mari redeunt tropei uocantur: ſi pergūt
apogei

Qua ratione echo reddatur. cap:xlvi.

Ontium uero flexus crebriq; uertices & conflexa cubito aut confracta in humeros iuga cō
caui uallium ſinus ſcindunt inæqualiter:inde reſultantem aera quæ cauſa etiam uoces mul
tis in locis reciprocas facit.

De uentis. cap.xlvii.

Ne fine uentos generant iam quidam etiam ſpecus:qualis in dalmatiæ ora uaſto in p̄ceps
hiatu.in quem deiecto leui pondere quāuis tranquillo die turbini ſimilis emicat procella
nomen loco eſt ſentaquin.Et in cyrenaica prouicia rupes quædā auſtro traditur ſacra :quā
pfanum ſit attrectari hominis manu:confeſtim auſtro inuoluente harenas:in domibus etiam multis
manufacta incluſa opacitate cōceptacula auras ſuas habēt.adeo cā non deeſt.ſed plurimum intereſt
flatus ſit an uentus:illos ſtatos atq; perſpirantes:quos non tractus aliquis uerum terræ ſentiunt: qui
non aura nō procella maris:ſed appellatione quoq; ipſa uenti ſunt.qui ſiue aſſiduo mundi in incitu
& contrario ſyderum occurſu naſcuntur ſiue hic eſt:ille generabilis rerum nature ſpiritus huc illucq;
tanq̄ in utero aliquo uagus:ſiue diſparili errātium ſyderum ictu.radiorumq; multiformi iactu flagel
latus aer:ſiue a ſuis ſyderibus exeunt his proprioribus:ſiue ab illis cælo affixis cadunt:palam eſt illos
quoq; legem habere naturæ non inotam etiam.ſi nundum percognitam:

Nature & obſeruationes uentorum. cap.xlviii.

Igīnti & āplius auctores greci ueteres prodidere de his obſeruationes:quo magis miror or
be tam diſcordi & in regna hoc eſt in membra diuiſo tot uiris cure fuiſſe tam ardua uen-
tu perquirere inter bella preſertim & infida hoſpitia.piratis etiam omnium mortalium ho
ſtibus tranſitus famē tenentibus:ut hodie quedam in ſuoquiſq; tractu ex eoꝝ cōmentariis qui nūq̄
eo acceſſer uerius noſcant q̄ indigenarū ſcientia.Nunc uero pace tam feſta:tam gaudente prouentu
rerum artiumq; principe omnino nihil adiſci noua inquiſitiōe:imo ne ueterum qdē inuēta perdiſci
Nō erāt maiora premia in multos diſperſa fortune magnitudine & iſta plures ſine premio alio q̄ po
ſteros iuuandi eruerunt.Nāq; mores hominum ſenuere non fructus.Et immenſa multitudo apertū
quodcunq; eſt mare hoſpitaliq; littorum omnium appulſu nauigat:ſed lucri non ſcientie gratia nec
reputat ceca mens etiam tantum auaritie intenta idipſum ſciētia poſſe tutius.ſieri. Quapropter ſcru
puloſius q̄ inſtituto fortaſſis conueniat operi tractabo uentos tot milia nauigantium cemens.

Ventorum genera. cap.xlix.

Eteres quattuor omnino ſeruare per totidem mūdi partes:ideo nec Homerus plures nomi
nat.Hebetius mox iudicatum eſt ſecura etas octo addidit ratione nimis ſubtili & cōſciſſa.
proximis inter utraq; media placuit ad breue numerum addītis quattuor.Sunt ergo bini i quattuor
celi partibus.ab oriente equinoctiali ſubſolanus.ab oriēte brumali uulturnus.Illum apelioten : hūc
greci eurum appellant.A meridie auſter:Et ab occaſu brumali africus:noton & liba nominant. Ab
occaſu equinoctiali fauonius. ab occaſu ſolſtitiali corus:zephyron & argeſten uocant.a ſeptētrioni
bus ſeptētrio.Interq; eum & exortum ſolſtitialem aquilo.a parctias dicti & boreas .numeroſior ra-
tio quatuor iis interiecerat tranſeam media regione inter ſeptētrionem & occaſum ſolſtitialē itēq;
cetiam media inter aquilonem & exortum equinoctialem.ab ortu ſolſtitiali phœnica media regiōe
inter ortum brumalem & meridiem.item inter liba & noton.compoſitum ex utroq; medium. inter
meridiem & bybernum occidentem libanoton:Nec finis.alii quippe menſen nomine etiānū addide
re inter boream & cetiam.Et inter eurum & noton euronoton.Sūt etiā quidam peculiares quibuſq;
gentibus uenti non ultra certum procedētes tractum:ut athenienſibus ſcyron:paulo ab argeſte deſle
xus relique grecie ignotus:aliubi elatior idem olympias uocatur.Conſuetudo his oībus nomībus
argeſten intelligit & cetiam.aliqui uocant helleſpontion.& eoſdē alibi aliter item in narbonēſi p
uincia clariſſimus uentorum eſt circius:nec ulli uiolentia inferior.oſti plerūq; recto liguſtico mari p
ferens.idem non modo in relquis partibus celi ignotus:eſt:ſed ne uiēnam quidem ciuſdem prouin
tie urbem attingens:paucis ante limitibus iugi modici occurſu tantus ille uentorum eſt coercitus.&
autros in egyptum penetrare negat fabianus.Quo fit manifeſta lex natura uentis etiam & tempoſ
& fine dicto.Ver ergo aperit nauigantibus maria.Cuius in principio fauonii hybernū molliunt ce
lum ſole aquari.xxy.optinente paretm ls dies ſextus eſt ante februarias idus.Competit ferme & hoc

omnibus quos deinde ponā p ſingulas ītercalatiões:uno die anticipātibus rurſumq; luſtro ſequēti ordinē ſeruātibus.fauoniū qudā ad.yii.cal.martii chelidoniā uocāt ab hirūdinis uiſu.Nōnulli uero ornithiā uno & ſeptuageſimo die poſt brumā ab aduentu auiū flanté per dies nouem. fauōio cōtra rius eſt quē ſubſolanum appellauimus.Datus eſt aūt huic exortus uergiliaꝝ in totidē partibus tauri ſex diebus ante maias idus quod tempus auſtrinū eſt huic uento ſeptentrione cōtrario:ardentiſſimo aūt æſtatis tempore exoritur caniculæ ſydus ſole primam partē leonis ingrediente.Qui dies.xy.āte auguſti calend.eſt huius exortū diebus octo ferme aquilones anrecedūt:quos prodromos appellāt poſt biduum autem exortus iidem aquilones conſtantius perflant diebus.xl.quos etheſias uocant. mollire eos creditur ſolis uapor geminatus ardore ſyderis.nec ulli uentorum magis ſtati ſunt.poſt eos rurſus auſtri frequentes uſq; ad ſydus arcturi:quod exoritur.xi.diebus ante æquinoctium autū. ni.cum hoc corus incipit:corus autumnat.huic eſt contrarius uulturnus.poſt id æquinoctium die. bus fere quattuor &.xl.uergiliarum occaſus hyemmem incohat.Quod tempus in tertio idus nouē bris incidere conſueuit hoc eſt aquilōis hyberni : multumq; æſtiuo illi diſſimilis cu:us ex aduerſo ē africus.Ante brumam autem ſeptem diebus totidemq; poſtea ſternitur mare halcyonum fœturæ: & inde nomen ii dies traxere Reliquuꝫ tempus hyemat.Nec tamen ſæuitia tempeſtatum cōcludit ma. re.Piratæ primū coegere mortis periculo in mortem ruere:& hyberna ex periri maria nūc idē aut ricia cogit uentorum etiam frigidiſſimi ſunt quos a ſeptentriōe diximus ſpirare.uicinus his corus ii & reliquos compeſcunt :& nubes abigunt Humidi auſter africus:& præcipue auſter italiæ . Narrant & in ponto cæcian in ſe trahere nubes.Sicci corus & uulturnus præterq; deſinentes Niuales aqlo & ſeptētrio .Grandines ſeptentrio importat & corus.Aeſtuoſus auſter: Tepidi uulturnus & fauonius. Iidem ſubſolano ſicciores:& in totum omnes a ſeptentrōe & occidente ſicciores q̄ meridie & oriē. te.Salubertimus autem omnium aquilo.noxius auſter & magis ſiccus fortaſſis quia humidus frigi. dior eſt minus eſuſurite eo ſpirante creduntur animantes Eteſiæ noctu deſinunt flare: & a tertia diei horo oriuntur in hiſpania & aſia ab oriente flatus eſt eo rum in punto ab aquilone reliquis in parti bus a meridie.Spirant autem & a bruma qui uocantur ornithiæ :ſed leniores & paucis diebus per. mutant & duo naturam cum ſitu .auſter africæ ſerenus.aquilo nubilus.omnes uenti ui cibus ſuis ex pirant maiore ex parte.aut ut cōntrarius deſinenti incipiat cum proxime cadentibus . Surgunt a le uo latere in dextrum ut ſol ambiunt.De ratione eorum menſtrua quarta maxime luna decernit liſ. dem aūt uentis in contrarium nauigatur prolatis pedibus:ut noctu plerūq; aduerſa uela concurrāt. auſtro maiores fluctus edunt q̄ aquilone.quoniā ille infernus ex imo maris ſpirat:hic ſūma. Ideoq; poſt auſtros noxii præcipue terremotus.noctu auſter interdiu aquilo uehementior.Et ab ortu flātes diut urniores ſunt ab occaſu flantibus.Septentriones in pari fere deſinunt numero.quæ obſeruatio etiam in aliis multis reruꝫ naturæ partibus ualet.Mares itaq; exiſtimātur impares numeri.Sol & au. get.& comprimit flatu auget exoriens occidenſq;.Comprimit meridianus æſtiuis temporibus itaq; medio diei aut noctis plerunq; ſopiuntur:quia aut nimio frigore aut æſtu ſoluuntur.Et hymbnbus uenti ſopiunturExpectantur autem maxime unde nubes diſcuſſæ adaperuere cælum.omnium qui. dem ſi libeat obſeruare minimos ambitus redīt eaſdem uices quadriēnio exacto Eudoxus putat nō uentorum modo uerum & reliquarum tempeſtatum magna ex parte.Et ē principiū luſtri eius ſem. per intercalari anno caniculæ ortu.De generalibus uentis hæc.

De repentinis flatibus: cap.l.

n Vnc de repentinis flatibusqui exhalante terra ut dictū eſt coorti rurſuſq; diecti īterim ob ducta nubium cute multiformes exiſtunt.Vagi quippe & ruentes torretiuu modo ut ali. quibus placere oſtendimus:tonitrua & fulgura edunt.Maiore uero illati pondere īcurſuq; ſi late ſic cam rūperint nubē:procellā gignūt quæ uocaſ a græcis ecnephias.Sin uero depreſſo ſinu arctius ro tati effregerint ſine igne hoc eſt ſine.fulmine uerticē faciunt:qui typhō uocarur ideſt uibratus ecne phias defert.Hic ſecum aliquid abreptum e nube gelida conuoluens uenſanſq;& ruinam ſuam illo pondere aggrauans:& locum ex loco mutans rapida uertigine:præcipua nauigantium peſtis nō an tennas modo:uerum ipſa nauigia contorta frangens:tenui remedio aceti in aduenientem effuſi : cui frigidiſſima eſt natura.Idem illiſu ipſo repercuſſus correpta ſecum īn cælum refert.ſorbetq; ī excel. ſum Quod ſi maiore depreſſæ nubis eruperit ſpecu:ſed minus alto q̄ procella:nec ſine fragore turb nem uocant:proxima quæq; proſternentem:Idem ardentior accenſuſq; dum fuerit p̄ſtet uocaſ ami burens contracta pariter &proterens:

Alia prodigioſa genera tempeſtatum. cap.li.

On fit autem aquilonibus typhon nec niualis:aut niue iacente ecnephias.Quod ſimul ru pit nubem:exarſitq; & ignem habuit:aut poſtea concepit fulmen eſt.Diſtat a præſtere quo flamma ab igne.Hic late funditur flatu illud conglobaſ īpetu.Vortex aūt hic meandro diſtat a tur

bine quo ſtridor a fragore.procella latitudine ab utroq; diſiecta nube uerius q̃ rupta.Fit & caligo bel
uæ ſimilis nube dira nauigantibus.Vocatur & colũnia cum ſpiſſatus humor rigenſq; ipſe ſe ſuſtinet.
Ex eodem genere & in longam ueluti fiſtulam nubes aquam trahit.

Quibus in terris fulmina non cadant. cap.lii.

Yeme & æſtate rara fulmina contrariis de cauſis:quoniã hyeme dẽſatus aer nubiũ craſſio
b re corio ſpiſſatur:omniſq; terrarum exhalatio rigens ac gelida quicqd accepit ignei uapo
ris extinguit.Quæ ratio imunẽ ſcythiam & circa rigentia a fulminũ caſu ꝓſtat:& de diuer
ſo nimius ardor ægyptũ:Siqdẽ calidi ſicciq; halitus terræ raras admodũ tenueſq; & infirmas dẽſan
tur in nubes.Vere aut & autumno crebriora fulmina corruptis i utroq; tẽpore æſtatis hyemiſq; cau
ſis.Qua ratione crebra in italia fulmina quia mobilior aer mitiore hyeme & æſtate nimboſa:ſemper
quodammodo uernat uel autũnat.Italiæ quoq; partibus iis que a ſeptentrione deſcendũt ad teporẽ
qualis eſt urbis campanie tractus iuxta hyeme & æſtate fulgurat:quod non in alio ſitu.

Fulgurum genera & miracula. cap.liii.

Vlminum ipſorum plura genera tradũtur.Que ſicca ueniunt non adurunt ſed diſſipant.
f Que humida non urunt:ſed infuſcant.Tertium eſt quod clarum uocant mirifice maxime
nature:quo dolia exhauriuntur intactis operimentis:nulloq; alio ueſtigio ſlicto.Aurum &
es & argentum liquatur intus ſacculis ipſis nullo modo ambuſtis:ac ne confuſo quidem ſigno cere.
martia princeps romanorum icta grauida partu exanimato ipſa citra ullum aliud incõmodum uixit
in catilinianis prodigiis pompeiano ex municipio.M.Herennius decurio ſerẽo die fulmine ictus ẽ

De obſeruationibus. cap.liiii.

Huſcorũ littere nouẽ deos emittere fulmina exiſtimat:eaq; eſſe undecim generum.Iouem
t enim trina iaculari.Romani duo tantum ex his ſeruauere:diurna attribuentes ioui:noctur
na Summano.Rariora ſane eadem cã frigidioris celi hetruria rũpere a terra quoq; arbitrat
que infera appellat brumali tempore facta ſeua maxime & execrabilia:cũ ſint omnia que terrena exi
ſtimant non illa generalia:nec a ſyderibus uenientia:ſed ex proxima atq; turbidiore natura.argumẽ
tum euidens eſt ꝙ oĩa a ſuperiore celo decidentia obliquos habeãt ictus.hec autem que uocãtur ter
rena rectos.Sed quia ex propriore materia cadunt ideo creduntur e terra exire quoniam ex repulſu
nulla ueſtigia edãt cũ ſit illa ratio nõ inferni ictus ſed aduerſi.Saturni ea a ſidere proficiſci ſubtiliter
iſta conſectati putant ſicut cremantia a martis.Qualiter cum uulſcinii oppidum thuſcorum opu-
lentiſſimum totum concrematum eſt fulmine.Vocant & familiaria in totam uitam fatidica: que pri
ma fiunt familiam ſuam cuiq; indepto.Ceterum exiſtimant non ultra decem annos portẽdere priua
ta :preterq̃ hec que matrimonio primo facta aut natali die : publica non ultra triceſimum annum:
pteterq̃ in deductione oppidorum.

De fulminibus euocandis. cap.lv.

xtat ãnalium memoria ſacris quibuſdam:& precationibus uel cogi fulmina uel impetrari.
Vetus fama eſt hetrurie impetratum uulſinis & urbe & agris depopulatis: ſubeunte mon-
ſtro quod uocauere oltam:euocatum & a porſena ſuo rege & ante eum a Numma ſepius hoc facti-
tatum in in primo annalium ſuorum tradit.L.piſo grauis auctor.Quod imitatum parum riti Tullũ
Hoſtilium ictũ fulmine.Lucoſq; & aras & ſacra habemus:inter que ſtatores & tonantes & feretrios
elicium quoq; accepimus iouem.Varia in hoc uite ſententia & pro cuiuſlibet animo imperari na-
ture audacis eſt credere:nec minus hebetis beneficiis abrogare uires:quando in fulgurum quoq; in
terpretatione eo profecit ſcientia:ut uentura alia finito die precinat:& an peremptura ſint fatũ : aut
apertura potius alia fata que latea nt:innumerabilius in utroq; publicis priuatiſq; experimẽtis.Qua-
obrem ſint iſta(ut rerum nature libuit)aliiscerta:aliis dubia:aliis probata:aliis damnanda.Nos cete
ra que ſunt in his memorabilia non omittemus.

Catholica fulgurum. cap.lvi.

Vlgetrum prius cerni q̃ tonitrum audiri cum ſimul fiant certũ eſt:Nec mirũ quoniã lux ſo
nitu uelocior.ictum aũt & ſonitum cõguere ita modulante naturas Sed ſonitũ profecti eẽ
fulminis:non illati,etiãnum ſpiritum ociorem fulmine:ideo quati prius omne & afflari quã pcuti:
nec quẽq̃ tangi qui prior uiderit fulmen aut tonitrua audierit.Leua ꝓſpera exiſtimãtur qm̃ leua par
te mundi ortus eſt.nec tam aduẽtus ſpectatur q̃ reditus:ſiue ab ictu reſiliat ignis:ſiue oper e cõfecto
aut igne cõſũpto ſpiritus rameat.in.xvi.partes celũ in eo reſpectu diuiſere tuſci.prima eſt a ſeptẽtrio
nibus ad equinoctialem exortum.Secunda ad meridiem.Tertia ad equinoctialem occaſum Quar
ta optinet quod reliquum eſt ab occaſu ad ſeptentriones.Has in quaternas iterum diuiſere partes:
ex quibus octo ab exortu ſiniſtras totidem e contrario appellauere dextras. Ex iis maxime dira
que per ſeptẽtriones occaſum attingunt.Itaque per plurimum refert unde uenerint fulmina & quo

conceſſerint.optimum eſt in exortiuas redire partes.Ideo cum a prima cæli parte uenerint: & in eandem conceſſerint ſumma fœlicitas portenditur.Quale Syllæ dictatori oſtẽtum datum accipimus.cetera Ipſius mundi portione minus proſpera aut dira.Quædam fulgura enuntiare non putant fas nec audire:præterq̃ ſi hoſpiti indicentur aut parenti.Magna obſeruationis huius uanitas tacta iunionis æde romæ deprehenſa eſt Scauro conſule q̃ mox princeps fuit.Noctu magis q̃ interdiu ſine tõitrib⁹ fulgurat.Vnum animal hominẽ nõ ſemper extinguit cætera illico:hunc uidelicet natura tribuẽteho norem .cum tot beluæ uiribus præſtent.omnia contrarias incubant partes.Homo niſi conuertat̃ uipercuſſus non expirat.Suerne icti concidunt.Vigilans ictus coniuentibus oculis dormiens patentibus reperitur.Hominem ita exanimatũ cremantas nõ eſt:condi terra religio tradidit.Nullũ animal niſi exanimatum fulmine acceditur.Vulnera fulminitorum frigidiora reliquo corpore ſunt.

Quæ non feriantur.fulmine. cap.lvii.

xiis quæ terra gignũtur lauri fruticẽ nõ icit:Nec unq̃ altius quinq; pedibus deſcendit ĩ terram.Ideo pauidi altiores ſpecus tutiſſimos putant aut tabernacula pellibus beluarũ quas uitulos marinos appellant:quoniam hoc ſolum animal ex marinis nõ percutiat:ſicut nec uolucribus aquilam:quæ ob hoc armiger huius tæli fingitur ĩ italia inter terracinam & ædem ſerõie turres bellicis temporibus deſiere:fieri:quia non nullæ earum ſunt fulmine dirutæ

De prodigioſis pluuiis lacte & ſanguine carne ferro lana lateribus coctis. cap.lviii.

Ræter hec inferiore cælo relatũ in monumenta eſt lacte & ſanguine pluuiſſe.M.acilio .C.Portio conſ.Et ſæpe alias carne ſicut L.Volúnio Seruio Sulpitio cõſ.Exq; ea'nõ perputruiſſe quod non diripuiſſent aues iteũ ferro in lucanis anno ante q̃ M.Craſſus a parthis interemptus:eſt omneſq; cum eo lucani milites:quorum magnus numerus in exercitu erat.Effigies quæ pluerat ſpongiarum fere ſimilis fuit.Aruſpices cauenda præmouerunt ſuperna uulnera.L.autẽ paulo C.Marcello conſ.lana pluit circa caſtellum cariſſanum:iuxta quod poſt annum T. ánius Milo occiſus eſt.eodem cauſam dicente lateribus coctis pluiſſe in ejus anni acta relatum eſt.

De crepitu armorum & tubarum de cælo audito. cap.lix

Rmorum crepitus & tubæ ſõitus auditus e cælo cimbricis bellis accepimus crebroq; & prius & poſtea.Tertio uero conſulatu Martii ab amerinis & tudertibus ſpectata arma cæleſtia ab ortu occaſuq; inter ſe concurrentia pulſis quæ ob occaſu erant ipſum ardere cælum minime mirum eſt:Et ſæpius uiſum maiore ui ignis nubibus correptis.

De lapidibus e cælo cadentibus. cap.lx.

Elebrant græci anaxagoram clazomenium olympiadis ſeptuageſimæ octauæ ſecũdo ãno predixiſſe celeſtium litterarum ſcientia quibus diebus ſaxum caſſurũ eſſet e ſole.Idque factum interdiu in thraciæ parte ad egos flumen qui etiam lapis nunc oſtẽditur magnit udine uehiculi colore aduſto:comete quoq; illis noctibus flagrante. Quod ſi quis prædictum credat:ſimul fateatur neceſſe eſt maioris miraculi diuinitatem fuiſſe anaxagore:ſoluiq; rerum nature intellectum :& confundi omnia ſi aut ipſe ſol lapis eſſe:aut unq̃ lapidem in eo fuiſſe credatur. decidere tamen crebro non erit dubium in abidi gymnaſio ex ea cauſa colit̃ hodieq; modicus quidam:ſed quẽ in medio terrarum caſurum idem anaxagoras predixiſſe narratur.Colitur & Caſadrie:que potidea uocitata eſt ob id deducta.Ego ipſe uidi in uocantiorum agro pauloante delatum.

de arcu celeſti. cap:lxi.

Rcus notamus extra miraculum frequentes:& extra oſtentum. Nam nec pluuios q̃dẽ aut ſerenos dies cum fide portendunt:Manifeſtum eſt radium ſolis ĩmiſſum caue nubi repulſa acie in ſolem fringi:colorũq; uarietatẽ mixtura nubium aeris iniũq; fieri.Certe niſi ſole aduerſo non fiunt:nec eũq̃ niſi dimidia circuli forma nec noctu. Quãuis ariſtotiles prodat aliquando uiſum:quod tamen fatetur idem non niſi triceſima luna poſſe.Fiunt autem hyeme maxime ab equinoctio autumnali die decreſcente.Quo rurſus creſcente ab equinoctio uerno non exiſtũt nec circa ſolſtitium longiſſimis diebus:bruma uero hoc eſt breuiſſimis diebus frequenter.Idẽ ſublimes humili ſole:humileſq; ſublimi:& minores occidente uel oriente:ſed in latitudinem diffuſi.meridie exiles uerum ambitus maioris.Aeſtate uero per meridiem non cernuntur:poſt autumni equinoctium quacunq; hora.Nec unq̃ plures ſimul q̃ duo cetera eiuſdem nature non multis dubia eſſe uideo.

De grandine:niue:pruina:nebula:rore. cap.lxii.

Randinem coglaciato hymbre gigni & niuem eodem humore molluis coacto pruinã autem ex rore gelido.per hyemem niues cadere non grandines ipſaſq; grãdines interdiu ſepius q̃ noctu :& multo celerius reſolui q̃ niues.Nebulã nec eſtate nec maximo frigore exiſtere.Rores neq; gelu:neq; ardoribus:neq; uentis:nec niſi ſerena nocte:Gelando liquõrem minui:ſolutaq; glacie non eundem inueniri modum.

De Nubium Imaginibus Cap:lxiii.

Ariætates colorum figuratumq; in nubibus cerni prout admixtus ignis ſuperet aut uicatur

De Proprietatibus Cæli In locis. Cap.lxiiii.

Ræterea quaſdam proprietates cæli quibuſdam locis eſſe Roſcidas æſtate africæ noctes:In italia locris & lacu uelino nullo non die apparere arquus Rhodi & ſyracuſis nũq; tãta nubila obduci:ut non aliqua hora ſol cernatur:qualia aptius ſuis referẽtur in locis hæc ſint dicta de aere:

De Natura Terræ Capi.lxy.

Equitur terra cui uni rerũ naturæ partium:eximia propter merita cognomẽ indidimus maternæ uenerationis.Sic hoim illa:ut caelum dei quae nos naſcentes excipit:natos alit ſẽelq; ditos ſuſtinet ſemper:nouiſſime complexa gremio iam a reliqua natura abdicatos:tũmiaxime ut mater operiens:nulo magis ſacramento:q̃ quo nos quoq; ſacros facit:etiã monumenta ac titulos gerens nomenq; pro rogatus noſtum:& memoriam extendẽs contra breuitatem ætii.Cuius nũen ultimum iam nullis imp recamur rati graue:tamqua neſciamus hanc eſſe ſolã:quae nunquã iraſcatur homiui Aquae ſubeunt ynimbres:rigeſcunt in grandines:tumeſcunt influctus:praecipitantur in torrentes.aer denſatur nubibus:furit procelis:at haec benigna mitis:indulgẽs:uſuſq; mortalium ſẽper ãcila:quae coacta gẽerat:que preſpõte funditur:quos odores ſaporeſq; .quos ſuccos.quos tactus.quos colores q̃ bona fide creditum reddit fœnus.quae noſtri cauſa alit.peſtifera enĩ aniantia uitali ſpiritu habẽte culpam neceſſe eſt illi ſeminata excipere:& genita ſuſtinere.Sed in malis genrãtium noxa eſt Illaſerpentem homine percuſſo nonre cipit ãplius:pœnaſq; etiam inertium nõine exigit Illa medicas fundit haerbas:& ſemper hõini parturit Quin & uenena noſti miſerta inſtituiſſe credi poteſt:ne in tedio uitae dirae famis mors:terre metitis alieniſſima lenta nos cõſumeret tabe:ne lacerũ corpus abrupta deſpgerent:ne laquei torqueret pœna prepoſtera incluſo ſpiritu qui q̃rerctur exitus ne ĩ ꝓfundo queſita morte ſepultura ſabulo fieret.ne ferri cruciatus ſcinderet corpus.Ita ẽ:miſerta gẽuit id cuius facillimo hauſtu illibato corpore & cũ toto ſanguine extingueremur nullo labore ſitientibus ſimiles.Quo taliter defunctos non uolucres no fere attingerent.terreq; ſeruarerur.qui ſibi ipſe piſſet. Et ut uerum fateatur.terra nobis malorũ remedium genuit nos illud uite fecimus uenenũ.nos enim eroiſ & ferro quo carere non poſſumus ſimili modo utimur.nec tamen quereremur merito.etiã ſi maleficii cauſa attuliſſet.aduerſus unã quippe nature parte iarati ſumus. quaſi quẽ non ad delitias quaſq; nõ ad cõtũelias ſeruiat homini. In materia iacitur.ut freta admittamus eluitur aus.ferro.ligno igne lapide.fruge.omnibus cruciatur horis.multoq; plus ut delitiis q̃ ut alimentis noſtris famuletur . illa tamẽ que ſumma patiatur.atq; extrema cute tolerabilia uideãtur.penetramus in uiſcera auri argẽtiq; uenas:& eris ac plõbi metalla fodientes.Gemmas etiam & quoſdã paruulos querimus lapides ſcrobibus in profundum actis.Viſcera eius extrahimus.ut digyto geſtetur gẽma quam petimus. Quot manus atterũtur.ut unus niteat articulus.Si ulli eſſẽt.inferi.iam profecto illos auaritie atque luxurie cuniculi refodiſſent.Et miramur ſi eadem ad noxam genuit aliqua.Fere enim credo cuſtodiũt illam. arcentque ſacrilegas manus.nõne inter ſerpentes fodimus.Et uenas auri tractamus cũ ueneni radicibus placatione tamen dea utimur ob hoc.q; omnes hi opulẽtie exitus ad ſcelera cedeſque & bella tẽdunt queque ſãguine nro irrigamus.inſulpis oſſibus tegimus.Quibus tamen uelut exprobrato furore tandem ipſa ſe obducit.& ſcelera quoque mortaliũ occultat.inter crimina ingrati animi.& hoc dixerim.q; naturam eius ignoramus.

De forma Terre. cap.lxyi.

St autem figura prima de qua conſenſus iudicat:orbem certe dicimus terre globum. quez uerticibus includi fatemur.Nec que enim abſoluti orbis eſt fama in tanta montiũ excelſitate tãta cãpoꝛ planicie.ſed cuius amplexus ſi cuncta linearum comprehendantur ambitu.figuram abſoti orbis efficiat.id quod ipſa rerum nature cogit ratio nõ eiſdem cauſis quas attulimus in celo.namque in illo caua in ſe conuexitas uergit.& cardini ſuo hoc eſt terre undi incumbit Hec ut ſõlida atque conferta aſſurgit intumeſcenti ſimilis extraque protẽditur .Mõdus incẽtrũ uergit at terra exit a centro immenſum eius globum in formam orbis aſſidua circa eã mundi uolubilitate cogente.

De antipodibus an Sint. cap.lxyii.

Ngens hinc pugna litteratum.cõtraque uulgi opinionẽ circũfundi terre hies undique cõuerſiſque inter ſe pedibus ſtare:& cunctis ſimilem.eſſe celi uerticem:ac ſimili mõ ex quacũque parte mediam calcari.illo quærente cur nõ decidant contra ſiti:tanquam nõ & ratio preſto fit:ut nos non decidere mirentur.illi.interuenit ſententia ſiuis indocili ꝓbabilis turbæ ĩequali globo :& ſi ſit figura pineæ nucis.nihilominus terra undiq; incoli.Sed quid hoc refert alio mitacu

lo exoriente:penderé ipſam ac non cadere nobiſcũ ceu ſpiritus.uis mundo præſertim incluſi dubiũ ſit:an poſſit cadere natura repugnante & quo cadat negante.Nam ſicut ignium ſedes nõ ẽ niſi i ignibus:aquaꝝ niſi in aquis:ſpiritus niſi in ſpiritu:ita terræ arcentibus cunctis:niſi ĩ ſe locus non eſt.Globum tamen effici mirũ eſt in tanta planitie maris:cãpoꝝ.Cui ſentẽtiæ adeſt Dicæarchus:uir ĩ primis eruditus:regum cura permenſus montes:ex quibus altiſſimũ ꝓdidit pelion.M.ccl.paſſuũ ratiõe pẽdiculi nullã eſſe eam portionẽ uniuerſæ rotunditatis colligẽs.mihi incerta hec cõiectatio uidet Haud ignoro quoſdã alpiũ uertices:longo tractu:nec breuiore quinquaginta milibus paſſuũ aſſurgere.Sed uulgo maxima hæc pugna eſt:ĩ coactam in uerticem aquaꝝ quoqꝫ figurã credere cogaẽ atq non aliud in rerum natura aſpectu manifeſtius.Nãqꝫ depẽdẽtes ubiqꝫ gutte paruis globanẽ orbibus Et pulueri illatæ.frondiumqꝫ lanugini impoſitæ:abſoluta rotũditate cernũtur.Et i poculis repletis media maxime tumẽt.Quapropter ſubtilitate humoris:mollitiaqꝫ ĩ ſe reſidente ratõe facilius q̃ uiſu deprehenduntur.Idqꝫ etiam magis miꝝ in poculis repletis addito humore minimo circũfluere: qđ ſuperſit.Cõtra euenire ponderibus additis ad uicenos ſæpe denarios.Scilicet quia ĩtus recepta liquorem in uerticem attollant:ut cumulo eminente infuſa dilabantur.Eadẽ eſt cauſa propter quã e nauibus terra non cernatur:e nauium malis conſpicua.at procul recedente nauigio:ſi quid qđ fulgeat religetur in mali cacumĩe:paulatim deſcẽdere uideatur & poſtremo occultetur.Demqꝫ occeanus quẽ fatemur ultimum:qua nõ alia figura cohæreret:atqꝫ nõ decideret:nullo ultra margine icludẽte:ipſum id ad miraculum redit:quo nã modo etiam ſi globetur:extremum nõ decidat mare cõtra quod ut ſint plana maria:& qua uidentur figura:non poſſe id accidere:magno ſui gaudio magnaqꝫ gloria iuetores græci docẽt ſubtilitate gẽometrica.Namqꝫ cũ e ſublimi in inferiora aquæ ferãtur.& ſit hæc natura earum confeſſa:nec quiſquã dubitet in littore:ullo acceſſiſſe eas:q̃ longiſſime deuexitas paſſa ſit procul dubio apparere:quo quid humilius ſit:propius centro eſſe terre:oẽſqꝫ lineas que emittãtur ex eo ad proximas aquas breuiores fieri:q̃ que ad extremum mare.a primis aquis.ergo totas.oiqꝫ ex parte aquas uergere in centrum:ideoqꝫ nõ decidere:quoniã in interiora nitantur quod quidem & ita formaſſe artifex natura credi debet:ut cum terra arida& ſicca conſtare per ſe ac ſine hũore nõ poſſet:nec rurſus ſtare aqua:niſi ſuſtinente terra mutuo amplexu iungerentur: hacſinus pandẽte illã uero permeante totam:intra extra:ſupra:uenis ut uinculis diſcurrẽtibus:atqꝫ etiã in fũmis iugis erumpente quo ſpiritu acta & terre pondere expreſſa ſiphonum modo emicat.tantũqꝫ a periculo đcidẽdi abeſt:ut in ſumma queqꝫ & altiſſima exiliat.Qua ratione manifeſtum eſt quare tot fluminum quotidiano acceſſu maria non creſcant.

Pelion mons Paluisq̃

Quomodo Aqua Sit Terre inexa: cap.lxviii.

St igitur in toto ſub globo tellus medio ambitu precincta circũfluo mari:nec argumẽtis hoc inueſtigandum ſed iam experimentis cognitum.

De nauigatione maris & fluminum. cap.lxix.

nitoſq; confeſtim caneſcere. Item hominum genus qui monoſceli uocarentur ſingulis cruribus mirę pernicitatis ad ſaltum. Eoſdemq; ſciopodas uocari. qui in maiore æſtu humidi iacentes reſupini umbra ſe pedum protegant. non longe eos a troglodytis abeſſe. Rurſuſq; ab iis occidentem uerſus quoſdam ſine ceruice: oculos in humeris habentes. Sunt & ſatyri ſubſolanis indorum montibus: cartadulorum dicitur regio: perniciſſimũ animal tanq̃ quadrupedes tam recte currẽtes: humana effigie ut pp uelocitatem niſi ſenes aut ægri non capiantur. choromandarum gentem uocat Tauron ſilueſtrem ſine uoce: ſtridoris horrendi: hirtis corporibus: oculis: glaucis: dentibus caninis. Eudoxus inmeridianis Indiæ uiris platas eſſe cubitales. Fœminis adeo paruas ut ſtruthopodes appellẽtur. Megaſthenes gentẽ inter nomadas indos narium loco foramina tantum habentem: anguiũ modo loripedem: uocari ſcyritas. Ad extremos fines indiæ ab oriente circa fontem gangis aſtomorum gentẽ ſine ore: corpore toto hirtam ueſtiri frõdium lanugine: halitu tantum uiuentem & odore quẽ naribus trahant. Nullum illis cibum: nullumq; potum. Tantum radicum florũq; uarios odores ſilueſtrium malorũ: quæ ſecũ portant lõgiore itinere: ne deſit olfatus. Grauiore paulo odore haud difficulter exanimari. Super hos extrema in parte mõtium ſpithamæi pygmæi narrantur: ternas ſpitamas longitudine hoc eſt ternos dodrãtes non excedentes. Salubri cælo: ſemperq; uernante: mõtibus ab aquilone oppoſitis: quos a gruibus infeſtari Homerus quoq; prodidit. Fama eſt inſidẽtes arietum caprarumq; dorſis armatos ſagittis ueris tempore uniuerſo agmine ad mare deſcendere: & oua pulloſq; earum alitũ cõſumere: ternis eam expeditionẽ mẽſibus confici: aliter futuris gregibus nõ reſiſti. caſas eorũ luto penniſq; & ouorum putaminibus cõſtrui. Ariſtoteles in cauernis uiuere pygmeos tradit. Cætera de his ut reliqui. Circos indorum genus Iſigonus tradit annis centenis quadragenis uiuere. Itẽ æthiopas macrobios & ferас exiſtimãt: & qui athõ mõtem incolant. Hos quidem quia uiperinis canibus alant: itaq; nec capiti nec ueſtib⁹ eoꝝ noxia corpori ineſſe animalia. Oneſicritus quibus in locis indiæ umbræ nõ ſint. Corpora hoium cubitorum quinnum & binorum palmorum exiſtere: & uiuere annos. cxxx. nec ſeneſcere: ſed ut medio æuo mori. Crates pergamenus indos qui centenos annos excedant gymneſtas appellat: nõ pauci macrobios. Cteſias gentem ex iis quæ appellatur pandoræ in cõuallibus ſitam annos ducenos uiuere: in iuuenta cãdido capillo qui in ſenectute nigreſcat. cõtra alios quadragenos nõ excedere ãnos iunctos macobiis: quorum fœmine ſemel pariant. Idq; & Agatharchides tradit. præterea locuſtis eos ali: & eſſe perniceſ. Mandorum nomen iis dedit clytarchus & Megaſthenes: tricentoſque eorum uicos annumerant. Fœminas ſeptimo ætatis anno parere: ſenectam quadrageſſimo anno accidere. Artemidorus in taprobanam inſulam lõgiſſimam uitam ſine ullo corporis langore traduci. Viros indorum quoſdam cum feris coire: mixtoſq; & ſemiferos eſſe partus. In calingis eiuſdem indiæ gente quinquennes cõcipere fœminas: octauum uitæ annum nõ excedere. Et alibi cauda uilloſa homines naſci pernicitatis eximiæ. Alios auribus totos cõtegi. Soritas ab indis arbis fluuius diſterminat. ii nullum alium cibum nouere q̃ piſum: quos unguibus diſſectos. ſole torreant: atq; ita panem ex iis faciunt: ut refert clytarchus. Troglodytas ſuper æthiopiam uelociores eſſe equis Pergamenus crates. Item æthiopas octona cubita lõgitudine excedere: ſyrbotas uocari gentem eam nomadum æthiopum ſecũdum flumen aſtragũ ad ſeptẽtrionem uergentem. Gens meniſminorum appellata abeſt ab occeano dierum itinere. xx. Animalium quæ cynocephalos uocamus lactæ uiuunt: quorum armenta paſcit manibus interemptis præterq̃ ſobolis cauſa. in africæ ſolitudinibus hominum ſpecies obiuiæ ſubinde fiunt: momentoq; euaneſcũt. Hæc atq; talia ex hominum genere ludibria ſibi: nobis miracula ingenioſa fecit natura. Et ſingula quidem quæ facit indies aut prope horas quis enumerare ualeat. Ad degendam eius potẽtiam ſatis ſit inter prodigia poſſuiſſe gentes. Hic ad confeſſa in homine pauca.

Aſtapum

De prodigioſis partubus. Capi. iii.

Ergeminos naſci certum ẽ Oratiorũ curatiorũq; exẽplo. Supra inter oſtenta adducit: præterq̃ in egypto ubi fœtifer potu: nillus. Proxime ſupremis Diui Auguſti annis Fauſta quædã e plebe oſtiæ duos mares: totidem fœminas enixa famẽ quæ ſecuta ẽ portedit haud dubie. Reperitur & in pelopõneſo binos quater enixa: maiorẽq; partẽ ex omni eius uixiſſe ptu. Et. in ægypto ſeptenos utero ſimul gigni auctor ẽ Trogus. Gignunt & utriuſq; ſexus: quos hermophroditas uocamus: olym androgynos uocatos: & in ꝓdigiis habitatos: nunc uero in delitiis. Põpeius magnus i ornamentis theatri mirabiles fama poſuit effigies: ob id diligentius magnorum artificum ingeniis elaboratas. inter quas legitur Eutice a. xx. liberis rogo illata trallis enixa triginta ptus. Alcippe elephantũ q̃q̃ id inter oſtenta eſt. Nãq; & ſerpentem peperit inter initia marſici belli Ancilla. Multiformes plurib⁹ modis inter mõſtrum partus eduntur. claudius Cæſar ſcribt hippocentaurũ in theſſalia natum eodem die interiiſſe. Et nos principatu eius allatum illi ex ægypto in melle uidimus. Eſt inter exempla in uterum protinus reuerſus infans ſagunti quo anno ab Hannabile deleta eſt.

De mutatione ſexus & geminis partubus. Capi. iiii.

X fœminis mutari in mares non eſt fabuloſum. Inuenimus in annalibus Licinio craſſo. C
e Caſſio Lógino conſ. Caſimi puerum factum ex uirgine ſub parentibus: iuſſuq; auruſpicum deportatum in inſulam deſertam. Licinius Mutianus prodidit uiſum a ſe argis Ariſtótem cui nomen Areſtuſæ fuiſſet. Nupſiſſe etiam. Mox barbam & uirilitatem pueniſſe: uxorẽq; duxiſſe Eiuſdẽ ſortis & ſmyrnæ puerũ a ſe uiſum. Ipſe in africa uidi mutatũ i marem nuptiarum die. L. Coſſicium ciuem triſdritanum. Editis geminis rarũ eſſe aut puerperæ aut puerperio prætercq; alteri uitam. Si uero utriuſq; ſexus editi ſint gemini rariorem utriq; ſalutem. Fœminas gigni celerius q̃ mares ſicuti celerius ſeneſcere. Sæpius uero moueri mares in utero: & in dextra fere parte: in leua fœminas conſtat.

De homine generando: & pariendi tẽpore per illuſtria exempla a menſibus. vii. ad. xi. Capi. v.

Aeteris amantib⁹ ſtatutum & pariendi & partus egerendi tempus eſt. Homo tanto anno &
c incerto gignitur ſpatio. Alius ſeptimo menſe: alius octauo: & uſq; ad initia decimi undeci miq;. Ante ſeptimũ mẽſem haud unq̃ uitaliseſt. ſeptimo nõ niſi pridie poſtero ue plenilu-nii die aut interlunio cõcepti naſcũtur Tranſlatitiũ i ægypto ẽ & octauo gigni. Iá quidẽ & in italia tales ptus eſſe uitales. cõtra priſcorũ opiniones uariant hæc pluribus modis. Veſtilia. C. Herdicii ac poſtea Põponii atq; Orſiti clariſſimorum ciuinm cõiunx ex iis quatuor partus enixa ſemp ſeptimo menſe: genuit Suillum Ruffum undecimo. corobulonem ſeptimo utrũq; cõſulem. Et poſtea ceſoniam caii principis cõiugem octauo. In quo menſium numero genitis intra quadrageſimum diem maximus labor grauidis. Quarto autem & octauo menſe lœtales in iis abort⁹. Maſurius auctor eſt L. Papyrium prætorem ſecundo hærede lege agente bonorũ poſſeſſionẽ cõtra eum dediſſe cum mater partum. xiiii. menſibus diceret tuliſſe. quoniam nullum certum tempus pariendi ſtatutum uideretur.

De conceptibus & ſigna ſexus in grauidis pertinentia ante partum. Capi. vi.

Conceptu decimo die dolores capitis: oculorũ uertigines tenebræq;: faſtidiũ in cibis: redũ
a datio ſtomachi indices ſunt hois ichoati. Melior color marẽ ferenti & facilior ptus Motus in utero quadrageſſimo die. Cõtraria oia i altero ſexu. Ingeſtabile onus. Crurum & inguiũ leuis tumor. Primus ãt nonageſſimo die motus. Sed plurimum lãgoris i utroq; ſexu: capillum germinã te ptu & i plenilunio. Quod tẽpus editos quoq; ifantes præcipue ifeſtat. Adeoq; inceſſus atq; omne qcquid dici põt in grauida refert: ut ſalſioribus cibis uſæ carentẽ unguiculis partũ edãt. Et ſi reſpirauere: difficilius enitant. Oſcitatio quidẽ in enixu lœtalis eſt ſicut ſtemuiſſe a coitu abortiuum.

De conceptu hominum & generatione. Capi. vii.

Iſeret atq; etiã pudet æſtimantẽ q̃ ſit friuola animaliũ ſuperbiſſimi origo. Cũ plerũq; abor
m tus cã fiat odor a cicernarũ extincto. His principiis naſcunt tyranni. carnifex his animus. Tu qui corporis uiribus fidis. Tu qui fortunæ munera amplexaris: & te ne alũnũ quidem eius exiſtimas: ſed partum. Tu cuius ſemper in uictoria mens. Tu quite deum credis aliquo ſucceſſu tumens: tanti tamen perire potuiſti. Atqui etiã hodie minoris potes: quantulo ſerpẽtis ictuus dente. Aut etiam ut Anacreon poeta acino uuæ paſſæ. Vt Fabius ſenator prætor in lactis hauſtu uno pilo ſtranſgulatus. Is demum profecto uitam æqua lance penſitabit: qui ſemper fragilitatis humanæ memor fuerit.

De agrippis. Ciap. viii.

N pedes procedete naſcentem cõtra naturam eſt. E quo argumento eos appellauere agrip
i pas ut ægre partus. Qualiter. M. Agrippam ferunt genitum unico prope fœlicitatis exemplo in omnibus ad huc modum genitis. Quáq̃ is quoq; aduerſa pedum ualitudine. Miſera iuuenta exercito æuo inter arma hoſteſq; & ad mortem obnoxio acceſſu: infœlici terris ſtirpe omni: ſed per utraſq; Agrippinas maxime: quæ caium & Domicium Neronem priucipes genuere totidem faces generis humani. Præterea breuitate æui quinquageſſimo raptus anno in tormentis adulteriorem cõiugis: ſocerique prægraui ſeruitio luiſſe præpoſteri ortus augurium exiſtimatur. Neronem quoq; pauloante principem & toto principatu ſuo oſtem generis humani pedibus genitum parens eius ſcribit Agrippina. Ritu naturæ capite hominem gigni mos eſt: pedibus efferri.

Monſtroſi partus exciſi utero. Capi. ix.

Vſpicatius enecta parente gignuntur. Sicut Scipio Africanus prior uatus. Primuſq; cæſa
a a cæſo matris utero dictus. Qua de cauſa & cæſones appellari. Simili modo natus & Manlius qui carthaginem cum exercitu intrauit.

Qui ſiut uopiſci. Capi. x

Opiſcum appellant unum e geminis: qui recenti utero naſceretur alio interempto abor
u tu. Namq; maxima & ſi rara circa hoc miracula exiſtunt.

Exempla numeroſæ ſobolis. Capi. xi.

P Ræter mulierẽ pauca animalia coitũ nouere grauida. Vnnũ quidẽ omnino aut alterũ ſuperfœtat. Extat in monumẽtis etiã medicorũ: & q̃bus talia cõſectari curæ fuit: uno abortu

duo puerperia egesta. Sed ubi paululũ temporis iter duos cõceptus iterceſſit: uterq; eſt perfectus ut in Hercule & Iphiclo fratre eius apparuit. Et in ea quæ gemino partu alterum marito ſimilem: alterũ adul tero genuit. Item procõneſia ancilla quæ eiuſdem diei coitu alterum domino ſimilem alterum procu. ratori eius. Et in alia quæ unum iuſto partu: quinq; menſium alterum edidit. Rurſus in alia que ſeptem menſium edito puerperio in ſecutis menſibus geminos enixa eſt. Iam illa uulgata e uarie. Ex integris truncos gigni: ex truncis integros eademq; parte truncos. Signa quædam neuoſq; & cicatrices etiam
Aliquoꝫ regenerari. Quarto partu dacorum originis nota in brachio redditur.

Exempla ſimilitudinum. Capi. xii.

IN Lepidorũ gente tres itermiſſo ordine obducto menbrana oculo genitos accepimus. Si-
i miles quidem alios auo: Et ex geminis quoq; alterũ patri: alterũ matri. Antioq; poſt geni. tum maiori ſimilem fuiſſe ut geminũ. Quaſdam ſibi ſimiles ſemp parere: quaſdã uiro: quaſ dam nulli quaſdã fœminã patri: marẽ ſibi. Indubitatum exẽplum eſt Nicei nobilis poetæ bizantii geniti: q adulterio æthiopis nata matre nil a cæteris colore differente: ipſe in auum degeneta. mit æthiopẽ. Similitudinum quidẽ in mente reputatio eſt: & in qua credantur multa fortuita polleret uiſus: auditus: memoriaq;: hauſtæ imagines ſub ipſo conceptu. cogitatio etiã utriuſlibet animo ſubito tranſuolans effingere ſimilitudinem aut miſcere exiſtimatur. Ideoq; plures in homine q̃ in cæteris om nibus animalibus differentiæ: quoniã uelocitas cogitationũ animiq; celeritas & ingenii uarietas mul tiformes notas imprimit: cum cæteris animantibus immobiles ſint animi: & ſimiles omnibus ſinguliſ q; in ſuo cuiq; genere. Antiocho regi ſyriæ e plebe nomine Arteon in tantum ſimilis fuit: ut Laodice cõiunx regia necato iam Antiocho munus p eum cõmendationis regniq; ſucceſſionis peregerit. Ma. gno pompeio Vibius quidam e plebe & publitius etiam ſeruitute liberatus indiſcreta prope ſpecie fu ere ſimiles: illud os probum reddentes: ipſumq; honorem eximiæ frõtis. Qualis cauſa patri quoq; eius
ſcitia Menogenis coci ſui cognomen ipoſuit Strabonis a ſpecie oculorum nomen habentis uitium imita.
tione ta. Et Scipioni inſeruo Serapione uictimarii negociatoris uili mãcipio. Eiuſdem familiæ Scipioni poſt
Euum Cneum cognomen ſalutio minus dedit. Sicut Spinter ſecundanus: Retiariuſq; pãphylios collegio Lẽ
Tertianus tuli & Metelli conſulum. In quo pertq; in fortune fortuitum hoc quoq; fuit. Duorum ſimul conſulum in ſcœna imagines cerni. E diuerſo L. plancus orator hyſtrioni Rubrio cognomen impoſuit. Rurſus Curioni patri Burbuleus. Itẽq; Meſſalæ cenſorio Menogenes perinde hyſtriones. Suræ quidem pro-conſulis etiam rictum in loquendo cõtractiorem linguæ & ſermonis tumultum nõ imaginem modo piſcator quidam in ſicilia reddidit. Caſſio Seuero celebri oratori armẽtarii Mirmillonis obiect a ſimi-litudo eſt. Torannius. M. Antonio iam triumuiro eximios forma pueros alterum in alia gentiu: malte rum tranſalpes ut geminos uendidit: tanta unitas erat poſtq; deinde ſermone puerum detectafraude a furente increpitus Antonio eſt inter alia magnitudinem precii requirente nam ducentis erat mer-catus ſeſtertiis reſpondit uerſutus ingenii magno ob id ipſum ſe tanti uendidiſſe: quoniam non eſſet mira ſimilitudo in ullis eodem utero editis. Diuerſarum quidem gentium natales tam concordi figu-ra reperiri: ſuper omnem eſſe taxationem: adeoq; tempeſtiuam admirationem itulit: ut ille proſcriptor animus mero & contumelia furens non aliud in cenſu magis & infortuna ſua duceret.

Quæ ſit generandi ratio. Capi. xiii.

ET quædam priuatim diſſociatio corpoꝫ: & inter ſe ſterilis. At ubi cum aliis iũxere gignũt
e Sicut Auguſtus & Liuia. Item alii aliæq; fœminas tantũ generant: aut mares. plerũq; alter-nant. Sicut Gracchoꝫ mater duodecies. & Agrippia Germanici nouies. Aliis ſterilis eſt iu-uenta. Aliis ſemel in uita daẽ gignere. Quædã nõ perferunt partus. Quales ſi quando me-dicina & cura uicere: fœminam fere gignunt. Diuus Auguſtus in reliqua exẽplorũ raritate neptis ſuæ nepotem uidit genitum quo exceſſit ãno. M. Syllanus: qui cum aſiam optineret poſt cõſulatum. Neto-nis principis ſucceſſione ueneno eius interẽptus eſt. Q. Metellus Macedonicus cum ſex liberos relin-queret undecim nepotes reliquit Nurus uero generoſq; & omnes qui ſe patris appellatiõe ſalutarent. xxvii. In anctis Diui Auguſti temporum inuenitur. xii. conſulatu eius quem. L. Sylla collega ad. iii. idus aprilis geſſit criſpinum Hylarium ex ingenua plebe feſulana cum liberis nouem: in quo numero filiæ duæ fuerunt: nepotibus. xxvii. pnepotibus. xxix. neptibus. ix. præalta pompa cum omnibus his in ca-pitolio immolaſſe. Item de odem multiplicius. Capi. xiiii.

VLier poſt quinquageſimum annum poſt gignit: maiorq; pars quadrageſimo pfluuiũ ge-
m nitale fiſtit. Nã in uiris Maſiniſſam regem poſt octogintaſex ãnos generaſſe filiũ: quẽ Me timathnũ appellauerit clarũ ẽ. Catonem cẽſoriũ octogeſſimo exacto e filia Saloni cliẽtis ſui. Qua de cauſa aliorũ eius liberoꝫ propago Liciniani ſunt cognominati: hi Saloniani: ex quibus Vticenſis fuit. Nuper etiam L. Voluſio Saturnino in urbis præfectura ext incto notum eſt Corneliã e Scipionũ gente. Voluſiũ Saturnium q fuit conſul poſt. lxii. annũ genuiſſe. Et uſq; ad. lxv. apud ignobiles uulgaris reperitur generatio. De menſtruis mulierum Capi. xv.

Olum aũt animal menſtruale mulier eſt. In unius utero quas appellarunt molas. Ea eſt caro informis in anima ferri ictum & aciem reſpuẽs mouetur: ſiſtitq; mẽſes & ut partus: alias
¶ lœtalis: alias una ſeneſcẽs: aliquãdo aluo citatior excidens. Simile quiddam & uiris in uentre gignitur quod uocãt ſcyron. Sicut Oppido Capitoni prætorio uiro. Sed nihil facile repetitur mulierũ profluuio magis monſtrificũ. Aceſcunt ſuperuentu muſta. Sterileſcunt. Tactæ fruges. Moriuntur inſita. Exuruntur hortorũ germina: & fructus arborũ quibus inſidere decidunt. Speculorũ fulgor aſpectu ipſo hebetat. Acies ferri præſtringit: eboriſq; nitor. Aluei apum emoriunt. Aes ẽt ac ferrũ rubigo protinus corrũpit: odorq; dirus aera. Et in rabiẽ agũtur guſtato eo canes: atq; inſanabili ueneno morſus infigitur. Quin & bituminũ ſequax alioquin & lenta natura in lacu iudææ qui uocat aſ- corripit
phaltites certo tempore anni ſupernatans uequit ſibi auelli: ad omnẽ contactũ adhærens præterq; filo quod tale uirus infecerit. Ftiã formicis animali minimo ineſſe ſenſum eius ferũt: abiiciq; guſtatas fruges: nec poſtea repeti. Et hoc tale tantúq; omnibus tricenis diebus malũ in muliere exiſtit: & trimeſtri ſpatio largius. Quibuſdam uero ſæpius mẽſe: ſicut aliquibus nunq;. Sed tales non gigũt. Quãdo hæc eſt generando homini materia germinis e maribus coaguli modo hoc in ſeſe glomerãte. Quod deinde tempore ipſo animatur: corporaturq;. Ergo cum grauidis fluxit. inualidi aut nõ uitales partus edũtur: ant ſanioſi ut auctor eſt Nigidius.

Item de ratione partuum. Capi. xvi.

Dem lac fœminæ nõ corrumpi alẽti partũ: ſi ex eodẽ uiro rurſus cõceperit arbitratur. Inci-
¶ piẽte aũt hoc ſtatu aut deſinãte cõceptus facillime traduntur. Fœcũditatis in fœminis prærogatiuã accepimus inunctis medicamie oculis ſaluiã inſici. Cæterũ editis primores ſeptimo mẽſe gigni dẽtes: priuſq; in ſupera fere parte haud dubiũ eſt. Septimo eoſdẽ decidere anno alioſq; ſuffici. Quoſdã & cum dẽtibus naſci: ſicut. M. Curriũ qui ob id dentatus cognoſatus ẽ. Et Cn. Papyriũ Carbonẽ præclaros uiros. In fœminis ea res inauſpicati fuit exempli regum temporibus cũ ita nata eſſet Valeria exitio ciuitali ĩ quã deleta eſſet futurum reſponſo aruſpicũ uaticinãte. Seſſapiã etiã illa tempeſtate florentiſſimam deportata eſt neridico exitio cõſecuto. Quaſdã cõcreto genitali gigni infauſto omine Cornelia gracchorũ mater indicio eſt. Aliqui uice dentiũ continuo oſſe gignunt. Sicuti Pruſiæ regis bithynioꝝ filius ſuperna parte oris. Dẽtes aũt tantũ inuicti fũt ignibus: nec cremãtur cum reliquo corpore. Idẽ flãmis indomiti tabe canãtur pituita ue. cãdorẽ trahũt quodã medicamine. Vſu atterũtur: multoq; primum in aliquibus deficiũt. Nec cibo tantũ & alimẽtis neceſſarii. Quippe uocis ſermoniſq; regimẽ primores tenent concentu quodã excipientes ictum linguæ: ſeriemq; ſtructuræ: atq; magnitudine mutilantes moliẽtes ue aut hebetãtes uerba. Et cũ defluxere explanationẽ oẽm adimentes. Quin & auguriũ in hac eſſe credit parte. Tricẽi bini uiris attribuunt: excepta turdulorum gente. Quibus plures fuere iongiora promitti uite putãt ſpatia. Fœminis minor numerus. Quibus in dextra parte gemini ſuperne a canibus cognominati: fortunæ blandimenta pollicent. Sicut in Arippina Domitii Neronis matre: contra in leua. Hominẽ priuſq; genito dente cremari mos gentium nõ eſt Sed mox plura de hoc: cum mẽbratim hyſtoria decurret. Riſiſſe eodẽ die quo genitus eſſet unũ accepimus hoiem Zoroaſtren. Eidem cerebrũ ita palpitaſſe ut impoſitã repelleret mãum: futuræ præſagio ſcientie. In trimatu ſuo cuiq; dimidiam eſſe menſuram ſtaturæ certũ eſt. In plenũ aũt cũcto mortalium generi minore indies fieri propemodum obſeruatur. Raroſq; patribus ꝓceriores conſumente uberta tem ſeminũ exuſtione: in cuius uices nunc uergat æuum. in creta terræ motu rupto mõte inuentũ eſt corpus ſtans. xlvi. cubitorũ: quod alii Orionis: alii Etionis fuiſſe tradunt. Horeſtis corpus oraculi iuſſu
reſoſſum ſeptẽ cubitorũ fuiſſe monumentis tradit. Iam uero ante annos prope mille uates ille Homerus nõ ceſſauit minora corpora mortaliũ q̃ priſca cõqueri. Neuii Pollionis ãplitudinẽ ánales nõ tradũt. Sed quia populi cõcurſu pene interẽpt⁹ eẽt prodigii uice habitũ. Proceriſſimũ hoiem æras noſtra Diuo claudio principe Gabbarã nomĩe ex arabia aduectũ nouẽ pedũ & totidem unciarũ uidit. Fuere ſub Diuo Auguſto ſemipede addito. quoꝝ corpora eius miraculi gratia in conditorio Saluſtianorũ aſſeruabant hortoꝝ. Puſioni & Secũdillæ erant noia. Eodẽ præſide minimus hõ duos pedes & palmũ ſcopas
conopas noĩe in delitiis iuliæ neptis ei⁹ fuit. Et mulier Andromeda liberta iuliæ Auguſtæ Muniũ maximũ &. M. Tulliũ equites romanos binũ cubitorũ fuiſſe auctor eſt Varro. Et ipſi uidimus ĩ loculis aſſeruatos. Sex quipedales gigni quoſdam longiores ĩ trimatu ĩplentes uitæ curſum haũd ignotũ ẽ: inuenim⁹ in monumentis ſalaminæ Eutimenis filiũ in tria cubita triẽnio adoleuiſſe: inceſſu tardũ: ſenſu ſalamiæ
hebetem: & iam puberem factũ uoce robuſta: abſumptũ contradictione membrorũ ſubita teiennio circũacto. Ipſi nos pridem uidim⁹ eadem ferme omnia præter pubertatem in filio cornelii Taciti equitis Ectapelos
Ro. belgicæ galliæ rationes procurantis. Ectapelos græci uocant eos. In latino non habent nomen. aut hæcta
pales

Inſignia corporum. Capi. xvii.

¶ Vod ſit hoium ſpatiũ a ueſtigio ad uerticem: id eſſe ſparſis manib⁹ inter lõgiſſimos digytos

obſeruatũ eſt.ſicuti uires quibuſdã dextera parte maiores:quibuſdã æquas utraq; :aliquibus leua mi nu præcipuas.Nec id unq̃ in fœminis.Mares præſtare põdere.Et defuncta uiuentibus corpora oium animaliũ.Et dormiẽtia uigilãtibus.Viroq; cadauera ſpina fluitare.Fœminaq; ꝓna:uelut pudori defunctarum parcente natura.

Exempla uariarum figurarum. Capi.xviii.

Oncretis quoſdã oſſibus ac ſine medullis uiuere accepimus.Signũ eorũ eſſe nec ſitim ſentire:nec ſudorẽ emittere.quãq̃ & uoluntate ſciamus ſitim uictã.Equitẽq; Ro.Iuliũ Viatorẽ euocõtioq; gẽte fœderata in pupillaribus annis aquæ ſubter cutẽ fuſæ morbo ꝓhibitũ humore a medicis naturã teciſſe cõſuetudine:atq; ſenecta caruiſſe potu.Necnõ & alii multa ſibi impauẽt

c

Diuerſorum morum exempla Ca.xviiii.

Erunt craſſum auũ Craſſi in parthis interẽpti nunq̃ riſiſſe.Ob id Agelaſtũ uocatum.Sicuti nec fleſſe multos.Socratẽ claq; ſapiẽtia eodem ſemp uiſum uultu:nec aut hylari magis aut turbato.Exit hic animi tenor aliquãdo in rigorẽ quẽdã toruitatẽq; naturæ durã & inflexibilẽ:affectuſq; humanos adimit:quales apathes græci uocãt.Multos eius generis experti. quodq; mirũ ſit auctores maximæ ſapiẽtie.Diogenem cynicum.Pyrrhonẽ.Heraclitũ.Timonẽ.Hunc quidẽ etiam in totius odium generis humani euectum.Sed hæc parua naturæ inſignia in multis uaria cognoſcuntur.Vt in Antonia Druſi nunq̃ expuiſſe.In pomponio cõſulari poeta nunq̃ ructuaſſe.Quibus natu concreta ſunt oſſa:qui ſunt rari admodum:cornei uocantur.

f

De fortitudine & uelocitate. Capi.xx.

Orpore ueſco eſſe.ſed eximiis uiribus.Tritanum in gladiatorio ludo ſannitium armatura celebrẽ:filiũq; eius militẽ magni Põpeii:& rectos & trãſuerſos cãcellatim toto corpore habuiſſe neruos in brachiis etiã manibuſq; auctor eſt Varro ꝓdigioſa uiriũ elatione.Atq; etiã hoſtẽ ab eo ex ꝓuocatione dimicantẽ inermi dextra uno digyto ſuperatũ:& poſtremo correptũ in caſtra tranſlatũ.Alunius Valens meruit in prætorio Diui Auguſti centurio uehicula cum culeis onuſta donec exinanirentur ſuſtinire ſolitus.Carpenta comprehenſa una manu retinere obnixis contra nitentibus iumentis. Et alia mirifica facere:quæ inſculpta monumento eius ſpectantur. Ideo. M.Varro Ruticellus inquit Hercules appellatus:mulum ſuum tollebat.Fuſius Saluius duocentenaria pondera pedibus:totidẽ manibus:& ducenaria duobus humeris contra ſcalas ferebat.Nos quoq; uidimus Athanatum nomine:prodigioſæ oſtentationis quinquagenario thorace plumaeo indutum. Coturniſq; quingentorum pondo calciatum per ſcœnã igredi. C.Milonẽ athletã cũ conſtituiſſet nemo ueſtigio educebat.Malũ tenenti nemo digytũ corrigebat.Cucuruiſſe mille centũ.Ix.ſtadia:ab athenis lacedemonẽ biduo Philippidẽ magnum erat:donec Caniſtius curſor lacedemonius & Philõides Alexandri magni a ſytione helyn uno die.mil.cccii.ſtadia cucurrerunt.Nunc quidẽ in circo quoſdã.clx. paſ.toletate nõ ignoramus.Nuperq; Fonteio & Vipſano cõſ.ános.ix.genitum pueꝝ a meridie ad ueſperũ.lxx.M.p.cucurriſſe.Cuius rei admiratio ita demum ſolida perueniet:ſi quis cogitet nocte ac die longiſſimum iter uehiculis tribus Tyberium Neronem emenſum feſtinãtem ad Druſum fratrẽ ægrotantem in germania in ea fuerunt ducenta mil.paſ.

M.cc.xl. Aniſtius

xlv

De uiſu. Capi.xxi.

Culoꝝ acies uel maxime fidẽ excedentia inuenit exẽpla.in nauce incluſam iliada:Homeri carmen in mẽbrana ſcriptũ tradidit Cicero.Idẽ fuiſſe qui puideret.c.xxxv.mil.paſ.Huic & nomen.M.Varro reddidit Strabonẽ uocatum Solitum autẽ punico bello a lilybeo ſiciliæ ꝓmõtorio exeũte claſſe carthaginis portu ẽt numeꝝ nauiũ dicere.Callicrates ex ebore formicas & alia tam parua fecit animalia:ut partes eaꝝ a cæteris cerni nõ poſſent.Myrmecides quidam in eodẽ genere inclaruit.a quo quadrigam ex eadem materia quã muſca integeret alis fabricatam:& nauem quã apicula pennis abſconderet.

o

De auditu. Capi.xxii.

Vditus unũ exẽplũ habet mirabile.Prœliũ quo ſybaris deleta eſt:eo die quo geſtũ erat autum olympiæ.Nam cymbricæ uictoriæ Caſtoreſq; romãi qui perſicã victoriã ipſo die quo cõtigit nũciauere uiſus & audit9 & numinũ fuere præſagia.

a

Exẽpla patiẽtiæ. Ca.xxiii.

Atiẽtia corporis ut eſt crebrã ſors calamitatũ innumera documẽta pepit.Clariſſimũ i fœminis leænæ meretricis exẽplum:quæ torta nõ indicauit Harmodiũ & Ariſtogitonẽ tyrãnicidas.In uiris Anaxarchides q ſimili de cauſa cũ torqueret præciſam e dẽtibus linguam unãq; ſpem indicii in tyrãnos expuit.

p

Anaxarchus

Emoria neceſſariũ maxime uitæ bonũ cui præcipua fuerit haud facile dictu ẽ:tã multis gloriam eius adeptis. Cyrus rex oĩbus ĩ exercitu ſuo militibus noĩa reddit.L.Scipio populo ro.Cyneas Pyrrhi regis legatus ſenatui & æqueſtri ordini romæ poſtero die q̃ aduenerat. Mithridates duaꝝ &.xx.gẽtiũ rex totidẽ linguis iura dixit:ꝓ cõtiõe ſingulas ſine interꝑte affatus.Carmadas qdã in græcia quæ qs exegerit uolumina in bibliothecis legentis mõ repræſentauit.Ars poſtremo eius rei facta & inuẽta eſt a Simonide melico cõſumata a Metrodoro Sceptio.ut nihil non iiſdem

m

Charmidas

uerbis redderet auditū. Nec aliud est æque fragile in hoie morboꝝ & casus iniurias atq; etiā metus sen
tiens alias particulatim: alias universa. ictus lapide oblitus ē litteras tm̄. Ex prælto tecto lapsus matris
& affinium ꝓpinquorū cœpit obliuionē. Alius ægrotus seruoꝝ etiam: Sui uero nois oblitus Messala
Coruinus orator. itaq; sæpe deficere tentat & meditatur uel quieto corpore & ualido. Sōno quoq; ser-
pente computat: ut inanis mens quærat ubi sit loci.

Laus. C. Iulii Cæsaris. Capi. xxv.

Nimi uigore præstātissimū arbitrior C. Cæsarem dictatorē. Nec uirtutē constantiāq; nunc
2 cōmemoro: nec sublimitatē omniū capacē quæ cælo continent: sed ꝓprium uigorē celeri
tatēq; quodā igne uolucrē. Scribere & legere simul dictare & audire solitū accepimus. Epi
stolas uero tantaꝝ rerū quaternas pariter librariis dictare: aut si nihil aliud ageret: septenis. L. &. ii.
Idē signis collatis quinquagies dimicauit. Solus. M. Marcellum trāgressus q unde quadragies dimica Solinus
uerat. Nā præter ciuiles uictorias undecies centū & nonagintaduo milia hominū occisa prælis ab eo
nō qdem i gloria posuerim. Tantam etiā coactā humani generis iniuria. Quod ita esse cōfessus est ip-
se: belloꝝ ciuiliū stragem nō prodādo. Vt iustius Pompeio magno tribuatur: octingētas quadraginta
sex naues piratis ademisse. Cæsari propiū & peculiare fuit præter iā supradicta clæmētiæ insigne: qua-
usq; ad pœnitentiā oēs superauit. Idē magnanimitatis perhibuit exemplū: cui compari nō possit aliud
Spectacula enim edita effusasq; opes aut operū magnificentiā in hac parte enumerare luxuriæ fauētis
est. Illa fuit uera ꝫ incomearabilis inuicti animi sublimitas. Captis apud pharsaliam Pompeii magni
scriniis epistolarum iterūq; apud tapsum Scipionis ea optima concremasse fide: atq; non legisse.

Laus Pompeii magni. Ca. xxvi.

Erū ad decus imperii Ro. nō solum ad uiri unius pertinet uictōriam. Pōpeii magni titulos
u oēs triūphosq; hoc in luco nūcupare: æquato nō mō Alexādri magni rerū fulgore: sed ēt
Herculis ꝓpe ac Liberi patris. Igitur sicilia recuperata unde primū Syllanus i reipublicæ cā
exoriēs auspicatus ē. Africa uero tota subacta & in ditionem redacta. Magnioq; ncie spolio
inde capto eques romanus id quod antea nemo curru triūphali reuectus est: & statim ad solis occasū
transgressus excitatis in pyreneo tropheis oppida octingenta. lxxvi. ab alpib⁹ ad fines hispaniæ ulteno
ris i ditionē redacta uictoriæ suæ ascripsit: & maiore aio Sertoriū domuit: belloq; ciuili quod oia cōcu
tiebat externa extincto itetū triūphales curr⁹ eques Ro. induxit. Totiēs imperator anteq̄ miles. postea
ad tota maria & deinde solis ortus missus hos retullit patriæ titulos more factis certaminibus uincen
tiū. Neq; euī ipsi coronant: sed patrias suas coronant. Hos ergo honores urbi tribuit in delubro Miner
uæ quod ex manubiis dicabat. Cn. Pompeius magnus imperator bello. xxy. annoꝝ confecto fusis fu-
gatis occisis in deditionē acceptis hoium centies uicies semel octuagintatribus milibus. Depressis aut
captis nauibus. d. cccxlvi. Oppidis castellis mille quingētis. xxxviii. in fidem receptis. Terris a mæotis
lacu ad rubrū mare subactis uotum merito Mineruæ. Hoc est breuiariū eius ab oriēte. Triumphi uero
quē duxit ad. iii. kalen. octob. M. Messala. M. Pisone cons. præfatio hæc fuit. Cū oram maritimā a præ
donibus liberasset: & imperiū maris populo Ro. restituisset: ex asia: ponto: armenia: paphlagōia: cappa
docia: cilicia: syria: scythis: iudæis: albanis hiberia insula: creta: basternis: & super hæc de regibus Mithri
date atq; Tigrane triumphauit. Summa summarum in illo gloria fuit: ut ipse in contione dixit: cū de
rebus suis differeret: Asiam ultimam prouintiaꝝ accepisse: eadēq; mediam patriæ reddidisse. Si quis e
cōtrario simili modo uelit percensere Cæsaris res qui maior illo apparuit: totū profecto terraꝝ orbem
enumeret: quod infinitum esse cōueniet. Laus Catonis orimi. Capi. xxvii.

Aeteris uirtutū generibus uariæ & multi fuere præstantes. Cato primus portiæ gētis tres
c summas in homine res præstitisse existimatu⁹ est: optimus erator: optimus imperator: opti
mus senator. Quæ mihi omnia etiā si nō pri⁹ attamen clarius fuisse in Scipione Aemiliano
a uidentur. Dēpto præterea plurimoꝝ odio: quo Cato laborauit. Itaq; sit propriū Catonis q̄
ter & quadragies causam dixisse: nec quēq̄ sæpius postulatum: & semper absolutum.

Item de fortitudine. Capi. xxviii.

Ortitudo in quo maxime extiterit īmensæ quæstionis est. Vtiq; si recipiat poetica fabulo
f sitas. Q. Ennius. T. Ceciliū Teucrū fratrēq; ei⁹ præcipue miratus propter eos sextū annalē
adiecit. L. Sicini⁹ Dētatus: qui tribunus plebis fuit. Sp. Trapeio. A. Thermo cons. haud mul
to post exactos reges innumerosissima suffragia habet centies uicies prœliat⁹: ocies ex pro
uocatione uictor. xly. cicatricib⁹ aduerso corpore insignis nulla in tergo. Itē spolia cœpit. xxxiiii. Do-
natus hastis puris duodeuiginti. Phaleris. xxv. Torqbus trib⁹ &. lxxx. Armillis. c. lx. Coronis. xxxvi. Ci
uicis. xiiii. Aureis octo. Muralibus trib⁹. Obsidiōali una. Fisco æris. x. Captiuis. xx. milib⁹ Imperatores
nouē ipsius maxime opa triūphāte secut⁹. Præterea qd optimū in opib⁹ eius reor uno ex ducibus. T.
Romulo ex cōsulatu ad populū cōuicto male acti iperii rei militaris. Haud minora forēt Mālii Capito
lini decora: ni perdidisset illa exitu uitæ ante. xxii. ānos bina cœpat spolia. primus oīum eques coronā

muralē acceperat.vi.ciuicas.xxxvii.dona.xxxiii.cicatrices aduerſo cōpore exceperat.P.Seruiliū magiſtrū eqtū ſeruauerat:ipſe uulneratus humerū ac femur.Super oīa capitoliū ſummāq; rem in eo ſolus a gallis ſeruauerat:ſi non regno ſuo ſeruaſſet.Verū ſunt in his quidē uirtutis opera magna ſed maiora fortunæ.M.Sergio ut eqdē arbitrior nemo quemq; hoium iure prætulerit:licet pronepos Catilina gratiā noi derogant.Secūdo ſtipendio dextrā manū perdidit.Stipēdiis duobus ter & uicies uulneratꝰ ē: ob id neutra manu neutro pede ſatis utilis.Vno tantū ſeruo plurimis poſtea ſtipendiis debilis miles. Bis ab Hānibale captus.Neq; enī cū quolibet hoſte res fuit.Bis uinculorum eius profugus.xx.mēſibus nullo non die in cathenis aut cōpedibus cuſtoditus.Siniſtra manu ſola quater pugnauit:duobus eqs inſidente eo ſuffoſſis.Dextrā ſibi fecit ferreā:eaq; religata prælians.Cremonā obſidione exemit. Placentiam tutatus eſt.Duodena caſtra hoſtiū in gallia cœpit.Quæ oīa ex orōne eius apparēt habita cum in prætorio ſacris arceretur a collegiis ut debilis.Quos hic coronarū aceruos cōſtructurus hoſte muto?Etenim plurimū refert in quæ cuiuſq; uirtus tēpora inderit.Quas trebia ticinuſq; aut tranſimenus ciuicas coronas dedere.Quæ cānis corona menta.unde fugiſſe uirtutis ſummū opus fuit.Cæteri profecto uictores hoium fuere.Sergius uicit etiā fortunā.Ingenioq; gloriæ qs poſſit agere delectum p tot diſciplinarum genera & tātā req; operūq; uarietatē.niſi forte Homero uate græco nullū fœlicioré extitiſſe cōuenit:ſiue operis fortuna ſiue materia æſtimet.

Diuerſæ laudes plurimorum Capi.xxix

i Taq; Alexander magnus (eteni inſignibus iudiciis optime citraq; inuidiā tā ſuperba cēſura pagetur) inter ſpolia Darii pſarū regis unguentoq; ſcrinio capto quod erat auro gēmiſq; ac margaritis præcioſum uarios eius uſus amicis demonſtrantibus:quādo tedebat unguēti bellatorē & militia fordidū:imo Hercule inquit liberoq; Hōeti cuſtodiæ deēt:ut præcioſiſſimū hūani animi opus q̄ maxime diuiti ope ſeruaret.Idē Pindari uatis familiæ penatibuſq; iuſſit parci:cū thebas raperet.Ariſtotelis philoſophi patriam condidit:tantæq; rerū claritati tā benignum teſtimoniū miſcuit.Archilochi poetæ interfectores Apollo arguit delphis.Sophoclē tragici cothurni principem defunctum ſepelire Liber pater iuſſit obſidentibus mœnia lacedemōiis.Lyſandro eoq; rege inquiete ſæpius admonito ut patereť humari delicias ſuas.Requiſiuit rex qui ſupremū diem athenis obiſſet:nec difficulter ex iis quæ deus ſignificaſſet intellexit:pacemq; funeri dedit.

Suam credit

De platone Ennio Virgilio M.Varrone & M.Cicerone. Capi.xxx.

p Latoni ſapientiæ antiſtiti Dionyſius tyraunus alias ſæuitiæ ſupbiæq; natus uitatā nauē miſit obuiā.ipſe quadrigis albis egredientē in littore excepit.Viginti talētis unā orationem Iſocrates uēdidit.Aeſcies atheniēſis ſūmus orator cū accuſationē qua fuerat uſus rhodi legiſſet:legit & defenſionē Demoſthenis:ob quā in illud depulſus fuerat exiliū. Mirātibuſq; tū magis fuiſſe miraturos dixit:ſi ipſum orātē audiuiſſent:in calamitate teſtis ingēs factus inimici.Tu cydidē ipatorē atheniēſes in exiliū egere.rerū cōditorē reuocauere:eloquentiā mirati cuius uirtutem dānauerāt Magnū & Menādro in comico ſocco teſtimoniū regū ægypti & macedoniæ cōtingit claſſe & p legatos petito.Maius ex ipſo regiæ fortunæ prælata litteraq; cōſcientia.Perhibuere & rōani peceres etiā ex terris teſtimonia.Cn.Pōpeius cōfecto mithridatico bello intraturus poſidonii ſapiētiæ profeſſione clari domū fores percuti de more a littore uetuit:& faſces lictorios ianuæ ſubmiſit is:cui ſe oriens occidēſq; ſubmiſerat.Cato cēſorius in iila nobili triū ſapiētiæ procerū ab athenis legatōe audito carneade:q̄ primū legatos eos cēſuit dimittēdos:quoniā illo uiro argomētāte quid ueri eſſet haud facile diſcerni poſſet.Quāta morū cōmutatio.Ille ſemp alioquin exitiali appellās noie uniuerſos ex italia pellēdos cenſuit græcos. At puepos eius uticenſis cāton unū ex tribunatu militū philoſophū. alterū ex cypria legatione deportauit.Eadēq; lingnā ex duobus catonibus in illo abieciſſe.i hoc iportaſſe memorabile eit.Sed & noſtroq; gloriā pcēſeamus.prior Africanus.Q.Enni ſtatuā ſepulchro ſuo imponi iuſſit:clarūq; illud nomē imo uero ſpoliū ex tertia orbis parte taptū i cinere ſupremo cū pœtæ titulo legi.Diūus auguſtus carmia Virgilii cremari cōtra teſtaméti eius uerecūdiā uetuit.Maiuſq; ita uati teſtimoniū cōtigit:q̄ ſi ipſe ſua carmina pbauiſſet.M.Varronis i bibliotheca quæ primā orbe abaſinio pollione de manubiis publicata romæ & unius uiuentis poſita imago eſt:haud minore ut equidē reor gloria principe oratore & ciue ex illa ingeniorū quæ tūc fuit multitudine uni hāc coronā dāte: q̄ cū eidē magnus pōpeius pyratico ex bello nauali dedit.Innumerabilia deinde ſunt exépla romana ſi perſequi libeat:cum plures una gens in quocūq; genere eximios tulerit:q̄ cæteræ terræ.Sed quo & te M.Tulli piaculo taceā.quo ue maxime excellentē inſigni prædicē:quo potiꝰ q̄ uniuerſi populi & illiꝰ gentis ampliſſimo teſtimonio:& tota uita tua ad cōſulatū tantum operibus electis.Te dicente legem agrariā hoc eſt alimenta ſua abdicauerūt tribꝰ.Te ſuadente Roſcio theatralis ſeditionis auctori leges ignouerunt:notataſq; ſedes ignominiæ diſcrimine æquo animo tulerūt.Te orāte pſcriptorū liberos honores peterepuduit.Tuū catilina fuit ingeniū.Tu M.Antoniū pſcripſiſti.Salue primꝰ omnium patrēs patriæ appellate.ptimus in toga triūphū:linguæq; laurea merite:& facundiæ litteraq; latinaq; pa-

septimus

rens æque ut dictator Cæsar hostis quondã tuus de te scripsit:oium tñ ũpho☞ laureã adepte maiorem. Quanto plus est ingenii romani terminos in tantum promouisse q̃ imperii.

De morum maiestate. Capi.xxxi.

Eliquis animi boni præstitere & apud cæteros mortales sapĩa:ob id Cati Corculi apud ro
r manos cognominati. Apud græcos Socrates oraculo Apollinis Phytii prælatus cunctis.

De auctoritate. Capi.xxxii.

Vrsus mortales oraculorũ socieratẽ dedere Chiloni lacedæmonio tria præcepta eius del/
r phis cõsecrando aureis litteris quæ sunt hæc. Nosse se quẽq̃:& nihil nimiũ cupere. Comitẽ q̃ æris alieni atq̃ litis esse miserĩã. Quin & fun⁹ eius cũ uictore filio olympiæ expirasset gau Sponsio
dio tota græcia prosecuta est De diuinitate. Capi.xxxiii. nem
d Iuinitas & quædã cælitũ societas nobilissima ex fœminis in sybilla fuit. Ex uiris in Melã-
pode apud græcos apud romanos in Martio.

De Nasica. Capi.xxxiiii.

u Ir optimus semel a cõdito æuo iudicatus est Scipio Nasica a iurato senatu. Idẽ in toga can
dida bis repulsa notatus a populo. In sũma ei i patria mori nõ licuit. Non hercule magis q̃
extra uincula illi sapiẽtissimo ab Apolline iudicato Socrati. De pudicitia. Capi.xxxv.

Vdicissima fœmina semel matrõa☞ sentẽtia iudicata ẽ Sulpitia Paterculi filia:uxor Fuluii
p Flacci electa ex cẽtũ precipuis:quæ simulacrũ Veneris ex sybillinis libris dedicaret. Ite☞ re-
ligiõis expimẽto claudia iducta romã deo☞ matre. De pietate. Capi.xxxvi.

Ietatis exẽpla infinita q̃dẽ toto orbe extitere:sed romæ unũ:cui compari cuncta nõ possint
p Humilis in plebe & iõ ignobilis puerpera supplicii cã carcere iclusam mattẽ cum ipetrasset
aditũ a ianitore semp excussa ne qd iferret cibi:deprehensa ẽ uberibus suis alẽs eã. Quo mi
raculo matri salus donata filiæ pietatæ est. Ambæq̃ ppetuis alimẽtis. Et locus ille eidẽ consecratus est
deæ. C. Quinto. M. Attilio cons. tẽplo pietatis extracto in illius carceris sede:ubi nũc Marcelli theatrũ
est. Gracchorũ pater anguibus apprehensis in domo cum responderetur ipsum uicturũ alterius sexus in
terempto:immo uero inquit meum necate. Cornelia. n. iuuenis est:& parere adhuc põt:hoc erat uxori
parcere:& reipublicæ cõsulere:idq̃ mox consecutum est. M. Lepidus Apuleiæ uxoris caritate post repu
dium obit. P. Rutilius morbo leui impeditus nuntiata fratris repulsa in consulatus petitõe ilico expi-
rauit. publius Catienus philotimus patronum adeo dilexit ut hæres omnibus bois istitutus i rogũ ei⁹
se iaceret. De arciũ plurimar☞ excellẽtia:astrologia:grãmatica:geõetria. Ca.xxxvii.

Ariarũ artiũ sciẽtia innumerabiles enituere:quos tamẽ attingi par sit florem hoium libanti
u bus. Astrologia Berosus cui ob diuinas prædictiões atheniẽses publico ingymnasio statuã
in aurata lingua statuere. Grãmatica Apollodorus:cui ãphyctiões græciæ honorẽ habue-
re. Hippocrates medicina pollens:qui ueniẽtẽ ab illyriis pestilẽtiã prædixit:& discipulos ad auxilian-
dũ circa urbes dimisit. Cui ob meritũ honores illos quos Herculi decreuit græcia. Eãdẽ scientiam in
Teõbroto ptolemæus rex megalensibus sacris donauit centũ talentis seruato Antiocho rege. Magna
& Critobulo fama est extracta philippi regis oculo sagitta:& citra deformitatẽ oris curata orbitate lu
minis. Summa autem Asclepiades prusiensis condita nona secta spretis legatis & pollicitatiõibus Mi-
thridatis regis:repta ratione qua uinũ ægris medeẽ:relato e funere hoie & cõseruato:sed maxime spõ
sione facta cum fortuna ne medicus crederẽ:si unq̃ ualidus ullo modo fuisset ipse:& uictor suprema
in senecta iapsu scala☞ examinatus est. Grãde & Archimedi geometricæ ac machinalis sciẽtiæ testimo
niũ. M. Marcelli cõtingit interdicto cũ syracusæ caperentẽ. ne uiolaretẽ unus:nisi fefellisset imperiũ mi-
litaris imprudẽtia. Laudatus Ctesiphon Gnosius æde ephesiæ Dianæ admirabiliter fabricata. philon-
athenis armamentario mille nauiũ. Ctesibius pneumatica ratione & hydraulicis organis repertis. Di-
nocrates metatus Alexandro cõdente in ægypto alexãdriã. Idẽ hic iperator edixit ne quis ipsũ alius Cinocra
q̃ Appelles pingeret:q̃ pyrgoteles sculperet:q̃ Lisippus ex ære duceret. Quæ artes pluribus inclaruere tes
exemplis. Item mira opera artificis. Capi.xxxviii.

Ristidis thebani pictoris unam tabulã cẽtum talẽtis rex Attalus licitatus est. Octingenta
a emit duas Cæsar dictator. Mediã & Aiacẽ Timomachi in tẽplo Veneris genitricis dicatu-
rus. Candaules rex Bularchi picturã magnetum exitii haud mediocris pari rependit auro.
Rhodũ non incẽdit rex Demetrius expugnator cognominatus ne iabulã protogenis cre-
maret a parte ea muri locatam. praxiteles marmore nobilitatus est:gnidiaq̃ Venere præcipue: uesano
amore cuiusdam iuuenis insigni:& Nicomedis æstimatione regis grandi gnidiorum ære alieno per-
mutare eam conati. phidie Iupiter olympius quotidie testimonium perhibet. Mẽtori Capitolinus &
Diana ephesia:quibus fuere consecreta artis eius uasa. De seruitiis. Capi.xxxix.

Ræciũ hois in seruitio geniti maximũ ad hanc diẽ quod eqdẽ cõperierim fuit grãmaticæ
p agis Daphnidis Cn. pisaurense uendẽte:&. M. Scauro principe ciuitatis. iii. mil. d. cc. sestes

tiis licente. Excesſere hoc in noſtro æuo nec modice hiſtriões. ſed libertatẽ ſuã mercati. Quippe cũ iã apud maiores Roſcius hiſtrio. iii. mil. d. anniã mercaſſe prodat: niſi ſi quis in hoc loco deſiderat atme-
niaci belli paulo ante ꝓpter Tyridatẽ geſti diipẽſatoré qué Nero. iii. cxxx. manumiſit. Sed hoc preciũ
Fortunæ belli nõ hois fuit. Tã hercule q̃ libidinis nõ formæ paronete mi ſpadonis Seiano. iii. mil. d. mercãtea
Sutorio priſco. Quam quidem iniuriam lucrifecit ille mercatus i luctu ciuitatis quoniam arguere nul-
li uacabat.

De præſtantia gentium. Capi. xl.

g Entium in toto orbe præſtãtiſſima una oĩ uirtute haud dubie romana extitit. Fœlicitas cui præcipua fuerit hõi nõ eſt humani iudicii: cũ proſperitatẽ ipſam alius alio mõ & ſuopte ingenio quiſq; terminet. Si uerũ facere iudiciũ uolumus ac repudiata omni fortũæ ambitione decernere: mortaliũ nemo eſt fœlix. abunde igiť atq; indulgenter fortuna deciditur cũ eo' qui iure dici nõ infelix põt. Quippe ut alia nõ ſit: certe ne laceſcat fortuna metus eſt. Q uo ſemel recepto ſolida fœlicitas non eſt. Q uidq; nemo mortalium omnibus horis ſapit: utinãq; falſum hoc & nõ a uate dictũ q̃ plurimi iudicent. Vana mortalitas: & ad circũſcribẽdã ſeipſam ingẽioſa: cõputat more thraciæ gẽtis: quæ calculos colore diſtinctos pro experimẽto cuiuſq; diei in urnã cõdit: ac ſupremo die ſeparatos dinumerat: atq; ita de unoquoq; pronuntiat. Q uid ꝙ iſte calculi cãdore illo laudatus dies originẽ mali habuit. Q uãmultos accepta afflixere imperia. Q uãmultos bona perdidere: & ultimis merſere ſupplicis. Iſta nimirũ bona: ſi cui inter illa horaĩ gaudio fuit. Ita eſt ꝓfecto alius de alio iudicat dies: & tamẽ ſupremus de oĩbus. Ideoq; nullis credẽdũ é. Q uid ꝙ bona malis paria nõ ſunt etiam pari numero? Nec lætitia ullo minimo mœrore pẽſanda. Heu uana & ĩprudẽs diligẽtia. Numerus dierum computatur ubi quæritur pondus.

Vana mõia, lium

De fœlicitate fœminæ. Capi. xli.

Na fœminaq; in omni æuo Lampido lacedæmonia refertur: quæ regis filia: regis uxor: re-
u gis mater fuit. Vna Berenice: quæ filia ſoror mater Olympiõicarum. Vna familia Curionũ in qua tres continua ſerie oratores extiterunt. Vna Fabiorum: in qua tres cõtinui principes ſenatus. M. Fabius Ambuſtus. Fabius Rutilanus filius. Q. Fabius Gurges nepos.

Varia exempla fortunæ. Capi. xlii.

c Aetera exempla furtunæ uariãtis innũera ſunt. Etenim quæ facit magna gaudia niſi ex malis. aut quæ mala immenſa niſi ex ingentibus gaudiis.

De bis proſcriptis. L. Sylla. Q. Metello. Capi. xliii.

Eruauit ꝓſcriptũ a Sylla. M. Fiduſtiũ ſenatorẽ annis. xxxvi. Sed iterũ ꝓſcriptus ſupſtes Syl-
f læ uixit uſq; ad Antoniũ. Cõſtat nulla alia de cã ab eo ꝓſcriptum q̃ quia ꝓſcriptus fuiſſet. Triũphare P. Ventidiũ de parthis uoluit quidẽ ſolũ: ſed eundẽ in triũpho aſculano. Cn. Põpeii Strabonis duxit pueq;. Quãq; Maſſurius auctor eſt bis in triũpho ductũ. Cicero mulionẽ caſtrẽſem ſuffraganeũ fuiſſe. Plurimi iuuẽtã inopẽ in caliga militari toleraſſe. Fuit & Balbus Cornelius maior cõſul. ſed accuſatus atq; de iure uirgarũ in eũ iudicẽ in exiliũ miſſus. Primus externoq; atq; etiã in occeão genitoq; uſus illo honore quẽ maiores latio quoq; negauerũt. Eſt &. L. Fuluius interſignia exẽpla tuſculanorũ rebellantiũ cõſul: eodẽ quoq; honore cũ tranſiſſet exornatus confeſtim a populo ro. q ſolus eodẽ ãno quo fuerat hoſtis romæ triũphauit ex iis: quoq; cõſul fuerat. Vnus hominũ ad hoc æui fœlicis ſibi cognomẽ aſſeruauit. L. Sylla ciuili nẽpe ſanguinæ ac patriæ oppugnatiõe adoptatus: & qbuſdã fœlicitatis inductus argumentis: ꝙ ꝓſcribere tot milia ciuiũ ac trucidare potuiſſet. O parua interpretatio & futuro tpe infœlix. Nõ melioris ſortis tũc fuere pereuntes: quoq; miſeremur hodie: cũ Syllã nemo nõ oderit. Age nõ exitus uitæ eius oĩum ꝓſcriptorum ab illo calamitate crudelior fuit. erodẽte ſeipſo corpore & ſupplicia ſibi gignente: qđ ut diſſimulauerit & ſupremo ſomno eius cui immortuus quodãmodo eſt: credamus ab uno illo inuidiã gloria uictã. Hoc tamẽ nẽpe fœlicitati ſuæ defuiſſe cõfeſſus eſt ꝙ capitoliũ nõ dedicauiſſet. Q. Metellus in ea oratiõe quã habuit in ſupremis laudibus patris ſui L. Metelli pont. bis cõſulis: dictatoris magiſtri equitum. Quindecim uiri agris dãdis. q primus elephantos primo punico bello duxit in triũpho ſcriptũ reliqt. Decẽ maximas res optimaſq; in qbuſq; querẽdis ſapientes ætatẽ exigerent: cõſumaſſe eũ. Voluiſſe. n. primariũ bellatorẽ eſſe. Optimum oratorẽ. Fortiſſimum iperatorẽ. Auſpicio ſuo maximas res geri. Maximo honore uti: ſumma ſapiẽtia eſſe. ſummũ ſenatorẽ haberi. Pecuniã magnã bono modo inuenire. Multos liberos relinquere: & clariſſimũ in ciuitate eſſe. Hæc cõtigiſſe ei: nec ulli alli poſt romam cõditam. Lõgum eſt refellere & ſupuacuum: abunde uno caſu refutante. Siquidẽ is Metellus orbam luminibus exegit ſenectã amiſſis incendio cum palladium raperet ex æde ueſte memorabili cauſa: ſed euentu miſero. Quo fit ut infœlix qdẽ dici nõ debeat: fœlix tamẽ eſſe nõ poſſit. Tribuit ei po. ro. quod nunq̃ ulli alii ab cõdito æuo ut quotiens in ſenatum iret: curru ueheretur ad curiam. magnum & ſublime ſed pro oculis datum.

De altero Metello. Capi. xliiii.

h Vius quoq; Q. Metelli qui illa de patre dixerat filius inter rara fœlicitatis humãæ exẽpla

numerat̃.Nam præter honores ampliſſimos cognomenq; macedoniæ a quattor filiis illatus eſt rogo uno prætore:tribus conſularibus:duobus triũphalibus:uno cenſorio.quæ ſingula quoq; paucis conti gere.In ipſo tamen flore dignitatis ſuæ ab catinio Labeone cui cognomẽ fuit Macerioni:tribuno ple bis:quem e ſenatu cenſor eiecerat reuertens e campo meridiano tẽpore uacuo foro & capitolio ad tar peium raptus ut præcipitaretur conuolante quidã tam numeroſa illa cohorte quæ partẽ eum appella bat.Sed ut neceſſe erat i ſubito tarde & tanq̃ in exequias cũ reſiſtendi ſacroq; factũ repellendi ius non eẽt:uirtutis ſuæ opera & cenſura perituras:ægre tribuno qui intercederet repto a limie ipſo mortis re uocatus alieno beneficio poſtea uixit.Bonis inde etiã conſecratis a damnatu ſuo tanq̃ parũ eẽt fauciũ certe intortarũ:expreſſiq; p aures ſanguinis pœnã exactã eſſe.Equidẽ & Africani Aemiliani inimicum fuiſſe inter calamitates duxerim ipſo teſte Macedonico.Siquidẽ liberis dixit.Ite filii celebrate exequas nunq̃ ciuis maioris funus uidebitis.Et hoc dicebat iã balearicis & creticis diadematis iã macedonicus ipſe.Verũ ut illa ſola iniuria æſtimet̃:quis hunc iure fœlicem dixerit periclitatum ad libidinem inimi ci:nec Africano ſaltẽ perire.quos hoſtes uiciſſe tanti fuit:aut quos non honores curruſq; illa ſua uio lentia fortuna retroegit per mediã urbẽ cenſore tracto.Etenim ſola hæc moriendi ratio fuerat tracto in capitoliũ illo in quod triũphans ipſe deoq; exuuiis ne captiuos quidẽ ſic traxerat.Manus hoc ſcelus fœlicitate cõſecuta factũ ẽ periclitato macedonico uel funus tãtũ ac tale pderet:ſi quo a triũphalibus li beris portaret̃ in rogũ uelut exequiis quoq; triũphãs.Nulla é ,pfecto ſolida fœlicitas.quã contumelia nulla uitæ rũpit:nedũ tãta. Quod ſupereſt neſcio maior gloriæ an indignatiõi dolor accedat:inter tot Metellos tã ſcelerata Catinii audaciã ſemper fuiſſe inultam.

De Diuo Auguſto. Capi.xlv.

I N Diuo quoq; Auguſto quẽ uniuerſa mortalitas in hac cẽſura nũcupat:ſi diligẽter æſtimẽ
i tur cũcta:magna ſortis humanæ reperientur uolumia.Repulſa in magiſterio equitũ apud auunculum:& cõtra uolũtatem eius prælatus Lepidus.Proſcriptionis inuidia in collegam Collegium in triumuiratu peſſimorũ ciuiũ:nec æqua ſaltẽ portiõe:ſe prægraui Antonio. Philippẽſi prœlio morbo:fuga:& triduo in palude latebræ ægroti.Et ut fatenẽ Agrippa & Mœcenas aqua ſubter cutẽ ſuſa.Turgida latera.Naufragia ſicula.Et alia ibi quoq; in ſpelunca occultatio.Iã in na uali fuga urgẽte hoſtiũ manu preces Proculeio mortis admotæ.Cura peruſinæ cõtẽtiõis.Sollicitudo martis actiaci:pannoniciq; belli.Ruinæ põtis.Tot ſeditiões militũ.Tot ancipites morbi corporis.Suſ pecta Marcelli uota.pudẽda Agrippæ ablegatio.Totiẽs petita iſidiis uita.Incuſatæ liberorũ mortes:lu ctuſq; nõ tãtum orbitate triſtes.Adulteriũ filiæ.Et cõſilia patricidæ palã facta.Cõtumelioſus priuignI Neronis receſſus.Aliud neptis adulterium.Iuncta deinde tot mala.Inopia ſtipendii.Rebellio illyrici. Seruitiorũ delectus.Iuuẽtutis penuria.peſtilẽtia urbis.Fames ſitiſq; italiæ.Deſtinatio expirãdi.Et qua tridui inedia maior pars mortis in corpus recepta.iuxta hæc uariana clades:& maieſtatis eius fœda ſu gillatio.Abdicatio poſtumi Agrippæ poſt adoptionẽ.Deſideriũ poſt relegationẽ.Inde ſuſpitio in Fa bium:archanorũq; proditionẽ.Hinc uxoris & Tyberii cogitationes ſuprema eius cura.In ſumma de us ille celumq; neſcio adeptus magis an meritus hærede hoſtis ſui filio exceſſit.

Quos beatiſſimos dii iudicauerunt. Capi.xlvi.

Hõſtis ſuæ uel ſui.

V Beunt in hac reputatione delphica oracula uelut ad canſtigandã hoíum uanitatem a deo
f emiſſa.Duo ſunt hæc.phediũ fæliciſſimũ qui pro patria proximo occubuiſſet. Iterũ a Gi ge rege tunc ampliſſimo terrarũ coſultum aglauũ prophodiũ eſſe fœliciorem. Senior hic in anguſtiſſimo archadiæ paruũ ſed ãnuis uictibus large ſufficiẽs prædiũ colebat nũq̃ ex eo egreſſus atq; ut e uitæ genere manifeſtum eſt:minima cupidine minimum in uita mali expertus.

Quem uiuentem ut deum coli iuſſerunt. Capi.xlvii.

O Nſecratus eſt uias ſentienſq; oraculi eiuſdẽ iuſſu & iouis deorũ ſnmmi a ſtipulatu Euthy
c mus poeta ſemp olympiæ auctor & ſemel uictus.patria ei locri initialia.ibi imaginem eius eẽ:& olympiæ alterã eadẽ die tactã flumine.callimachũ ut nihil aliud miratum uideo: ad eũq; iuſſiſſe ſacrificari:quod & uiuo factitatum & mortuo:nihilq; adeo mirũ aliud q̃ hoc placuiſſe diis.

De ſpatiis uitæ longiſſimis. Capi.xlviii.

E ſpatio atq; longinquitate uitæ hoíum nõ loco; mõ ſitus:ue; exẽpla ac ſua cuiq; ſors na
d ſcẽdi icertũ fecere.Heſiodus qui primus de hoc aliqua ꝓdidit fabuloſe ut reor multa de ho minũ æuo referẽs cornici nouẽ noſtras attribuit ætates.Quadruplũ eius cernis.id triplica tũ coruis.Et reliqua fabuloſius in phœnice ac nymphis.anacreon poeta argãtonio tarteſi orum regi.cl.tribuit ános.cyniræ cyprio; .x.ános amplius. Aegimio ducẽtos.Theopõpus Epimẽidi Gnoſio.clvii.Helläicus quoſdã in ætolia epio; gẽtis ducẽtos explere.cui aſtipulat̃ Damiates memo rans pictoreũ ex iis præcipuũ corpore uiribuſq; ẽt trecẽtis uixiſſe.Ephodorus arcadũ reges trecẽtis an nis.alexãder & cornelius Dãdonẽ quædã i illyrico qngẽtis uixiſſe.Xenophon Impetrim pulutiniorũ iſulæ regẽ octingẽtis:atq; ut parce mẽtitus eſt filium eius ſexcẽtis.Quæ oĩa iſcitia tẽpo; acciderũt.an

nũ.n.alii æstate unũ determinabãt:& alterũ hyeme.Alii quadripartitis tẽporibus sicut arcades:quorũ anni trimestres fuere.Quuidam lunæ senio ut egyptii.Itaq; apud eos aliqui & singula milia annorum uixisse produnt.Sed ut ad cõfessa trãseamus.Argãtoniũ gaditanũ octoginta annis regnasse prope certũ est.Putãt quadragesimo cœpisse.Maximissam.lx.annis regnasse indubitatum est.Gorgiam siculum centum octo uixisse.Q.fabius Maximus sexagintatribus annis augur fuit.Mil.Perpenna & nuper.L. C.v.aut C.vii. Volusius Saturnius oium quos in consulatu sententiã rogauerãt superstites fuere.Perpetua septem reliquit ex iis quos censor legerat.Vixit annos nonagintaocto.Qua i re & illud adnotare succurrit: unũ oino quinquenniũ fuisse quo senator nullus moriret.Cũ Flaccus & Albinus censores lustrum cõdidere usq; ad proximos censores ab anno urbis qugentesimo septuagesimonono.M.Valerius Corninus cẽtũ annos impleuit.Cuius inter primũ & sextũ cõsulatũ.xlvi.anni fuere.Idem sella curuli semel ac uicies sedit:quotiens nemo alius.Aequauit eius uitæ spatium Metellus Pontifex.Et ex fœminis Liuia Rutuli nonaginta,septem annos excessit.Statilia Claudio principe ex nobili domo nonagintanouẽ. Terentia Ciceronis.cvii.Clodia Ofeli.cxv.Hæc quidem etiã enixa quindecies.Luceia mima centũ annis in scæna pronũtiauit.Valeria Copiola Emboliaria repucta est in scænã Cn.Pompeio.Q.Sulpitio cons.Iudis pro salute Diui Augusti uotiuis annum centesimũ quartum agens.Quæ ꝓducta fuerat tyrocinio a M.Pompeio ædili plebis.C.Mario.Cn.Carbone cons.ante annos nonagintaunũ.Et a magno pompeio magni theatri dedicatione anus ꝓ miraculo reducta.Sammullã quoq; centum decẽ annis uixisse auctor est Asconius Pedianus.Minus miror Stephanionẽ qui primus togatus saltare instituit utriusq; secularibus ludis saltasse:& diui Augusti & quos Claudius Cæsar cõsulatu suo quarto fecit quãdo sexagintatres nõ amplius anni interfuere:q̃q̃ & postea diu uixerũt.In tmoli mõtis cacumine qđ uocãt templin.cl.annis uiuere Mutianus auctor ẽ.Totidẽ annos item cẽsum Claudii Cæsaris cẽsura. T.Fulloniũ bononiẽsem:idq; collatis censibus quos ante detulerat:uitæq; argumẽtis(etenim id curæ principierat)uerum apparuit.

De uarietate nascendi. Capi.xlix.

Oscereuidetur locus ipse sydralis scientiæ sententiã.Epigenes.cxxii.annos impleri negauit posse.Berosus excedi cẽtum septẽdecim.Durat & ea rõ quã Petosyris ac Necepsos tradiderũt:& trimoriõ appellãt a triũ signorũ portione:qua posse in italiæ tractu.cxxvi.ãnos uitæ cõtingere apparet.Negauere illi quẽq̃ nonagita partium exortiuam mẽsuram quod anaphoras uocant transgredi:& has ipsas icidi occursus malefitiorũ sydrum:aut etiam radiis eorũ solisq;.Rursus Aesculapii sententiã secuti:qui statuta uitæ spatia a stellis accepi dicit.Sed quãtũ primum tribuat in certũ est.Rara autem esse dicunt longiora tẽpora:quãdoquidẽ momẽtis horarũ insignibus ix. lunæ dierũ ue septem atq;.xxiiii.quæ noctæ ac die obseruãtur ingẽs turba nascatur:scãsili annorum lege occidua:quã climactaras appellãt:nõ fere ita genitis qnquagesimũquartum annũ excedẽtibus.Primũ ergo artis ipsius incõstãtia declarat q̃ incerta res sit.Accedũt exprimẽta & exẽpla recẽtissimi cẽsus: quem intra quadriẽnium impatores Cæsares Vespasiani pater filiusq; censores egerũt.Nec sũt omnia uasaria excutiẽda.Mediæ tm̃ ptis interapẽninum mõtem padũq; ponemus exempla.Centum uiginti natos ãnos parmæ tres edidere.Brixelli unũ.cxxv.parmæ duos.cxxx.placẽtiæ unum.cxxxi. Fauentiæ unã mulierẽ.cxxxii.Bonõiæ.L.Terẽtiũ Marci filiũ.Arimini uero.M.Apomũ.c.&.L.Tertulã.cxxxvii. Citra placẽtiã in collibus oppidũ est uelleiaciũ:in quo.cx.natos ãnos sex detulere. Quattuor cẽtenos uicenos.Vnũ.cl.M.Mutius.M.filius Galerius fœlix ac ne pluribus moremur in re confessa in regione italiæ octaua centenum annorũ cẽsi sunt hoies.liiii.Centenum denũ hoies.lvii.Cẽtenũ uicenũ quinũ hoies duo.Centenum tricenũ hoies quattuor.cẽtenũ tricenũ quinũ aut septenũ totidẽ.cẽtenum quadragenum hoies tres.Alia mortalitatis cõstantia.Homerus eadẽ noctæ natos Hæctorẽ & polydamanta tradit tam diuerse sortis uiros.C.Mario.C.Carbone.iii.cons.ad.v.kalẽ.iunias.M.Celius Ruffus & Cornelius Lucinius Caluus eadem die geniti sunt:oratores quidẽ ambo:sed tamẽ dispari euẽtũ.Hoc etiam iisdem horis nascentibus in toto mundo quotidie euenit:pariterq; domini ac serui gignuntur: reges & inopes. In morbis uaria exempla. Capi.L.

Vblius cornelius Ruffus q cõsul cũ Manio curio fuit dormiẽs oculoꝝ uisum amisit:cum Pharæus ꝑ id sibi accidere somniaret.E diuerso phalereus iam tum deplorat⁹ a medicis uomicæ morbo:cũ mortẽ in acie quæreret uulnerato pectore medicinã inuenit ex hoste.Q.Fabius Maximus cõs.apud flumẽ isarã proelio cõmisso aduersus allobrogũ regẽ aruernorũq; gentes ad.vi.idus augustas.cxxx.pduelliũ cæsis febri quartana liberatus est in acie.Incertũ ac fragile nimirũ est hoc munus naturæ quicquid dat̃ nobis.Malignum uero & breue in iis etiã quibus largissime contingit:uniuersum utiq; æui tempus intuẽtibus.Quuid ꝙ æstimatione nocturnæ quietis dimidio q̃sq; spatio uitæ suæ uiuit?pars æqua morti similis exigit̃:aut pœnæ nisi cõtingit quies.Nec reputant̃ infãtiæ anni qui sensu carent:nec senectæ ĩ pœnã uiuacis.Tot perculorum genera:tot morbi: tot metus: tot curæ:totiẽs inuocata morte ut nullũ frequẽtius sit uotum.Natura uero nihil hoibus breuitate ui-

æ præstitit melius. Hebescunt sensus Mẽbra torqueũt. præmóritur uisus: auditus: incessus dẽtes etiam ac ciborũ instrumenta: & tamen uitæ hoc tempus annumeratur. Ergo pro miraculo & id solitariũ repe
ritur exemplum. Xenophilum musicum centum & quinq; annis uixisse sine ullo corporis icommodo. At hecule reliquis omnibus per singulas menbrorum partes qualiter nullis aliis aĩalibus: certis pesti-
fer calor remeat horis: aut rigor: neq; horis mó: sed & diebus notibusq; trinis quadrinis ue etiã toto an
no. Atq; etiam morbus est aliquis per sapientiam mori. Morbis enĩ quoq; quasdã leges natura iposuit.
Quadrini circuitus febrem nunq; bruma nunquam hybernis mensibus icipere. Quosdam post sexage-
simum uitæ spatium non accedere. Alios pubertate deponi a fœminis præcipue. Senes minime senti-
re pestilentiam. Namq; uniuersis gentibus ingruunt: morbi: & generatim modo seruitiis: modo proce
rum ordini aliosq; per gradus. Q ua ĩ re obseruatum im meridianis partibus ad occasum solis pestilen
tiam semper ire. Nec unq; fere aliter fieri nisi hyeme: nec ut ternos excedat menses.

De signis mortis. Capi. li.

Am signa lœtalia in furoris morbo risum. Sapientiæ uero ægritudine fimbriarum curã &
i stragulæ uestis plicaturas. A somno mouentiũ neglectũ pfundi humoris e corpore essiu- Pergan-
uiũ ĩ oculoꝝ qdem & narium aspectu idubitata maxime etiã supino assiduo cubitu. Vena dis
rum ĩæquali aut formicãte percussu. Et alia quoq; Hippocrati pricipi medicinæ obseruata
sunt. Et cum ĩnumerabilia sint mortis signa: salutis securitatisq; nulla sunt. Quippe cum cẽsori9 Cato
ad filiũ deualitudinis quoq; obseruatiõe ut ex oraculo aliquo ꝓdiderit senilem iuuẽtã ꝓmaturæ mor
tis esse signum. Morborũ uero tam ĩfinita ẽ multitudo ut pherecides Syrus copia serpentiũ ex corpo-
re eius erũpente expirauerit. Q uibusdã ꝓpetua febris est ut. C. Mœcenati. Eidem triẽnio supremo nul
lo horæ momẽto cõrigit somnus. antipater sydõius poeta omnibus ãnis uno die natali tantũ coripie
batur febre. & eo consumptus est satis longa senecta. De his qui elati reuixerunt. Capi lii.

Viola. cõsularis ĩ rogo reuixit. Et quoniã subueniri nõ potuerat prævalente flamma uiuus
a crematus est. Cimilis causa in L. Lamia prætorio uito traditur. Nã Celiũ Tuberonẽ ꝓtura Forte de
fũctum a rogo relatum. messala: Rufus & pleriq; tradunt. Hæc est conditio mortalium. trahendũ
ad has & eiusmodi occasiones fortunæ gignimur: uti de hoĩe ne forte morti quidẽ debeat esi.
credi. Reperimus inter exẽpla Hermotinii Clazomeni aiam relicto corpore erare solitam: uagamq; e
lõginquo multa annũtiare: quæ nisi a præsenti nosci non possent: corpore iteri semianimi: donec cre Equidem
mato eo inimici q candaridæ uocabantur remeanti animæ uelut uaginam ademerint. A ristæi etiã ui
sam euolantẽ ex ore ĩpcõeso corui effigie magna quæ sequitur fabulositate: quã equidẽ & in gnosio
Epimenide simili mõ accipio. Puerũ æstu & ĩ itinere sessum ĩ specu septẽ & quinquagita dormisse ánis
rex facie mutationéq; mirantẽ uelut postero expertectũ die. Hinc pari numero dieꝝ senio ĩgruente:
ut tamẽ ĩ septimũ & quiquagesimũ atq; cẽtesimũ uitæ duraret annũ. Fœminaꝝ sexus huic malo uidet
maxie oportunus cõuersione uuluæ: quæ si corrigat spiritus restituit. Huc pertinet nobile illud apud
græcos uolumẽ heraclidis septẽ diebus fœminæ exanimis ad uitã reuocatæ. Varro quoq; auctor est ui
ginti uiris agros diuidẽtibus capuæ quendã q efferet Pheretro domũ remeasse pedibus. Hoc idẽ aqui
ni accidisse. Romæ quoq; Corfidiũ materteræ suæ maritũ funere locato reuixisse: & locatorem fune-
ris ab eo elarũ. Adiecit miracula quæ tota indicasse cõueniat. E duobus fratribus equestris ordinis cor
fidio maiori accidisse ut uideretur expirasse: apertoq; testamẽto recitatũ hæredẽ minorẽ funeri istituis
se. Interim eum q uidebatur extinctus plaudendo cõcinuisse mysteriã: & narrasse a fratre se uenisse Cõ Cõciuisse
mendatã sibi filiã ab eo. Demõstratum præterea quo in loco defodisset aurum nullo cõscio. & rogasse misteria
ut iis funeribus quæ cõparasset efferetur. Hoc eo narrãte fratris domestici prope annunciauere exani-
matũ illum: & aurum ubi dixerat repertum est Plena præterea uita est his naticiniis: sed nõ cõferenda:
cum sæpius falsa sint. Sicut ingenti exemplo docebimus. Bello siculo Gabienus Cæsaris classium fortis
simus captus a Sex. Pompeio iussu eius incisa ceruice & uix cohærente iacuit ĩ littore tota die. Deinde
aliquẽ ex caris mitteret. Se autem ab inferis remissum: haberetq; quod nunciaret. Misit plures pompe-
ius ex amicis: quibus Gabienus dixit. Inferis diis placere pompeii causas & partes pias. proinde euen-
tum futurũ quẽ optaret: hoc se nunciare iussum. Argumentum fore ueritatis ꝙ peractis mandatis ꝓti-
nus expiraturus esset. Idq; ita euenit. post sepulturã quoq; uisorum exempla sunt: uisi ꝙ naturæ opera
non prodigiosa consectamur. De mortibus repentinis Capi. liii.

N primis autẽ miraculo sunt atq; frequenter mortes repentinæ. Hoc est summa uitæ fœli-
ĩ citas: quã eẽ naturalem docebimus. plurimas prodidit Verrius. Nos cũ delectu modũ ser- Frequẽti
uabimus. Gaudio obiere præter Chilonẽ de quo diximus Sophocles & Dionysius siciliæ iam
tyranus uterq; accepto tragicæ uictoriæ nũtio. Mater pugna illa cannẽsi filio icolumi uiso
cõtra falsum nũtiũ. pudore Diodorus sapiẽtiæ dialeticæ ꝓfessor lusoria quæstione ñ ꝓtinus ad iterro
gationes Stilbonis dissoluta. Nullis euidẽtibus causis obiere dũ calcianẽ matutino: duo Cæsares præ-

tor & prætura populi ro.functus dictatoris Cæsaris pater.Hic pisis exanimatus illæ romæ.Q.Fabius maximus in cousulatu suo pridie kalen.ianua.In cuius locum.M.Orellius pauciſſimarũ horarũ consulatũ petiit.Item.C.Vulcatius Gurges senator.Oẽs adeo sani atq; tẽpestiui ut de ꝓgrediẽdo cogitarẽt. Q.Aemilius Lepidus iam egrediens incusso pollice limini cubiculi.C.ausidius cum egressus i senatũ iret offenso pede i comitio.Legatus quoq; qui rhodios ꝛe cãm i senatu magna cũ admiratione orauerat in liniæ curiæ ꝓtinus expirauit progredi uolens.Cn.Bebius pamphilus præfectura & ipse functus cũ a puero quæsiſſet horas.A.põpeius in capitolio cum deos salutasset.M.Iuuentius Thalna cõs.cum sacrificaret.C.Seruilius pansa cum starei in foro ad tabernam hora diei secunda:in p.pansam fratrem innixus.Bebius iudex dum uadimonium differri iubet.M.Terrentius Corax dum tabellas scribit i foro Necnõ & ꝓximo anno dum cõsulari uiro in aurem dicit eques romanus ante Apollinem eboreũ qui est i foro Augusti.Super oẽs.C.Iulius medicus dum iungit specillũ per oculũ trahens.A.Mãlius Torquatus cõsularis cũ in cœna placentam appeteret.L.Dutius medicus Valla dum mulsi potionem hausit.Ap.Sauferius cũ a balneo reuersus mulsum bibisset:ouũq; sorberet.p. Quintius scapula cum apud Aquiliũ Gallũ cenaret.Decimus saufeus scriba cũ domi suæ prãderet.Cornelius Gallus prætorius & Q.Heterius eques ro.in Venere obiere.Et quos nostra adnotauit ætas duo æquestris ordinis in eodẽ pantomimo Mythico tum forma præcellente.Operosissima tamẽ securitas mortis in.M.Otilio Hyla ro ab antiqs traditur comœdiaꝛe histrione:cũ populo admodũ placuisset natali die suo:cõuiuiũq; haberet edita cœna calidam potionem i pulrario popposcit:simulq; psonã eius diei acceptam intuẽs coronã e capite suo in eam transtulit:tali habitu rigens nullo sentiente:donec accubantiũ ꝓximus tepescere potionem ammoneret.Hæc fœlitia exẽpla:at cõtra miseriaꝛe innumera.L.Domitius clarissimæ gẽtis apud massiliam uictus:cosini captus ab eodem cæsare ueneno poto propter tediũ uitæ.postq̃ biberat: omni opere ut uiueret annixus est.Inuenitur in actis Fælicis Rũssei aurigæ iã igne illato in rogũ eius unũ e fauentibus iecisse sese:Friuolum dictu:ne hoc hloriæ artificis daretur:aduersis studiis copia odorum coruptũ criminantibus.Cũ ante nõ multo M.Lepidus nobilissimæ stirpis quẽ euẽti anxietate diximus mortuum:flammæ ui e rego iectus recõdi propter ardorem nõ potuisset:iuxta sarmentis aliis nudus crematus est. Ruffari

De sepultura. Capi.liiii.

pſum cremaræ apud rómanos nõ fuit ueteris instituti.Terra cõdebanẽ.At postq̃ lõginquis
i bellis obrutos erui cognouere:túc istitutũ.Et tamẽ multifarie priscos seruauer ritus.Sicut in cornelia domo nemo ante Syllam dictatorẽ traditur eẽ crematus.Idq; eũ uoluisse ueritum lionem.Eruto.C.Marii cadauere.Sepultus intelligitur quoquo mõ cõditus humatus uero humo contectus.

De anima uel de manibus uel de resurrectione uerba gentilium inania Capi.lv. Gentium

Ost sepulturam aliæ atq; aliæ maniũ ambages.Omnibus a suprema die eadẽ q̃ ante primũ
p Nec magis a morte sensus ullus aut corpori aut animæ q̃ ante natalem.Eadẽ.n.uanitas in futurũ etiã se ꝓpagat:& i mortis quoq; tẽpora ipsa sibi uita mentitur.Alias ĩmortalitatem aiæ:alias transfigurationẽ:alias sensum inferis dando:& manes colẽdo:deũq; faciẽdo:quiam ẽt hõmo eẽ desierit.Ceu uero ullo nũ spirandi ratio hoi a cæteri aialibus distet.Aut nõ diuturnio ra in uita multa reperiantur:quibus nemo similem diuinat immortalitatem.Quod autem corpus aiæ ꝓsequitur materiam.Vbi cogitatioilli quomodo uisus auditus aut qui tãgitur qui usus eius aut quod sine his bonum.Quæ deinde sede qua ue multitudo tot seculis animarum uelut umbrarũ. puerilium ista deliramentorium auidæq; nunq̃ desinere mortalitatis cõmẽta.sũt Similis &de asseruãdis corporibus hominst ac reuiuiscendis promissa a Democrito uanitas:qui non reuixit ipse. Quæ malum ista dementia est iterari uitam morte.Quæ genitis quies unq̃ si in sublimi sensus animæ manet.inter inferos umbræ perdit profecto ista dulcedo credulitasq; præcipium naturæ bonum mortem: ac duplicat obitus si dolere etiam post futuri æstimationem euenit.Etenim si dulce uiuere:cui potest esse uixisse.Atq; eo facilius cercius q; sibi quenq̃ credere:ac specimen securitatis antegenitali sumere experimento. Morbi

Quæ quis inuenerit in uita. Cap.lvi.

Onsentaneũ uidet priusq̃ digrediamur a natura hominũ ĩdicare q̃ cuiusq; scientia a quoq;
c ingenta sunt.Emere ac uendere instituit Liber pater.Idem diadema regũ isigne & trũphũ inuenit.Ceres frumẽta cũ antea glande uescerent.Eadem molere & conficere in attica italia & sicilia:ob id dea iudicata.Eadẽ prima leges dedit.Vt alii putauer Rhadamãthus.Litteras semper arbitror assyrias fuisse.Sed alii apd ægyptios a Mercurio ut Gellius.Alii apud syros repertas uolũt.Vtiq; in grꝛciã attulisse e pœnice cadmum sexdecim numero.A.B.C.D.E.G.I.L.M.N. O.P.R.S.T.V.Quibus troiano bello palamedẽ adiecisse quattuor hac figura ϴ ϋ φ X.Totidẽ post eũ Simonedẽ melicũ ζηψω. Qarũ omnibus uis i nostris recognoscitur.Aristoteles decem & octo priscas fuisse.ἀ β γ λ ξ ẏ ι λ ω ῥ ξ ο π ῥ σ τ φ ψ Et duas abepicharmo additas ϴ X q̃ a palamede maulit Anticlides in ægypto inuenisse quendam nomine Menona tradit qnindeci annis ante phoroneũ an

tiquissimum græciæ regem. Id monumentis approbare conatur. E diuerso Epigenes apud babylonios septingẽtorũ uiginti annorũ obseruationes sydꝛ coctilibus laterculis inscriptas docet: grauis auctor in primis. Qui minimũ Berosus & Critodemus quadrigẽtoꝝ octoginta annoꝝ. Ex quo apparet æternus litteratũ usus. In latium eas attulerunt pelasgi. Laterarias domos cõstituerunt primi Euryalos & Hyperbios frates athenis: antea specus erant pro domibus. gelio Doxius Celii filius intei ædificii inuẽtor placet: exemplo sumpto ab hirũdinũ nidis oppidum cecrops a se appellauit cecropiã: quæ nunc est arx hatenis. Aliq argos a phoroneo rege ãte cõditum. uolunt Quidã & sicyonem. Aegyptii multo ante apud ipsos diospolin. Tegulas inuenit Cinyra Agriopæ filius: & metalla æris: utrũq; i insula cypro. Itẽ forcipem: marculum: uectem: incudem. puteos Danaus ex ægypto aduectus in græciam qua uocabatur argos, dipsion: Lapicidinas Cadmus thebis aut ut theophraitus in phenice. Trason muros. Turres ut Aristoteles cyclopes phœnices ut Theophrastus Aegyptii textilia. Infecere lanas fardibus Lydi. Fusos in lanificio closter filius Arachnæ. linum & retia arachne Fulloniam artem Nitias megarensis. Sutrinam Boetius. Medicinam ægyptii apud ipsos uolunt repertam. Alii per arabum babilonis & apollinis filium. Hærbariam & medicamentariam a chyrone Saturni & phylliæ filio. Aes cõflare & temperare aristoteles Lydum scytem mõstrasse. Theophrastus Delam phrygem putat aerarinam fabricã alii chalibas: alii Cyclopas. Ferrum Hesidiodus in cretas eos qui uocati sunt Dactyli idæi argentum inuenit Erichthonius athenensis: ut alii ceacus. auri metalla & conflaturam cadmus phœnix ad pangeum montem. Vt alii Thoas & Eaclis in panchaia aut sol Occeani filius: cui Gellius medicinæ quoq; inuẽtionem ex melle assignat. plumbum ex cassiteride insula primus apportauit Midacritus. Fabricam ferream inuenere cyclopes. Figulinas chorebus athenensis. In iis orbem anacharsis scythes: ut alii Hiperbeos corinthus. Fabricam materiariam Dedalus: & in ea serrã: asciam: perpediculum: terebram: glutinum: lithocollam Normam: fornicem autem & libellam & tornũ & clauem Theodorus samius. Mẽsuras & pondera phidon argiuus: aut palemedes ut maluit Gellius. ignem e silice pyrodes cilicis filius. Ateundem asseruare in ferula pmetheus. Vehiculum cum quattuor rotis phryges Mercaturas pæni. culturas uitium & arborum Eumolphus athenensis. Vinũ aqua misceri Straphilus Sitheni filius. Oleum & trapetas aristæus athenensis. Idem mella. Bouem & aratrum Briges athenensis: Vt alii Triptolemeus. Regiam ciuitatẽ ægyptii. popularem attici. post Theseum tyrrãnum primus fuit phalaris agrigenti. Seruicium inuenere lacædemonii Iudicium capitis in ariopago primũ actum est prœlium afri cõtra ægytios primi fecere frustibus quos uocant phalangas. clypeos inuenerunt prœtus & Acritus inter se bellantes: siue chachus athamantis filius. Loricam Mydias messenius. Galleam: gladium: hastam lacedemonii Ocreas & cristas Cares. Arcum & sagittam Scytem. Iouis filium. alii sagittas Perseu persei filium inuenisse. Lanceas ætholas. Iaculum cum amento ferũt inuenisse aetolũ Martis filiũ. Hastas uelitares Tyrrhenũpilumq;. Penthesileam amazonem securim. piseum uenabula. Et in tormentis scorpionem Cretas Catapultã syros Phœnicas balistam & fundam. Aeneam tubã piseum Tyrrhenũ. Testudines Artemonem clazomenum. Equum qui nunc aries appellatur in mutalibus machinis Epeum ad troiam. Equo uehi Bellorophontem. Frænos &. strata equorum peletrouium. pugnare exequo tessalos qui centauri appellati sunt: habitantes secundum prelium montem. Bigas primũ iunxit phrygũ natio. Quadrigas Erichtonius. Ordinem exercitus: signi dationẽ: tessaras: uigilias iuenit palamedes troiano bello. Specularem significationẽ eodẽ bello Sinon. Inducias lycaon. Fœdera Theseus. auguria ex auibus. Caras a quo caria appellata. Adiecit ex cæteris aialibus Orpheus haruspicium Delphus. ignispicia Amphiaraus. Auspitia auium Tyresias thebanus. Interpretationem ostentorũ & somniorũ amphyctyon. astrologiam Atlas lybiæ filius ut alii ægyptii: ut alii assyrii. Spherã in ea milesius Anaximãder. Vẽtorũ tationẽ Aeolus Hellenis filius. Musicã amphion. Fistulam pan. Monaulum Mercurius. Obliquã tibiã Mydas in phrygia. Geminas tibias Marsias. In eadem gente lydios modulos amphion. Dorios Thamitas thrax. Phrygios Marsias phrix. Citharã amphion: ut alii Orpheus: ut alii linus. Septem cordis additis Terpãder Octauam Simonides addidit Nonam Timotheus. Cithara sine uoce cecinit Thamyras prius. Cum cantu amphion: ut alii linus. Cithara edite catmia cõposuit Terpander. Cum tibiis canere uoce Troezenus Dardanus instituit. Saltationẽ armatam Curetes docuere. Pyrrhycen pyrrhus utrunq; in creta. uersum herocum pythio oraculo debemus. De poematũ origine magna quæstio est. ante troianũ bellũ probantur fuisse. prosaicam orationem cõdere pherecides Syrius instituit tpe Cyri regis. Hystoriã cadmus milesius. Ludos gymnicos i arcadia lycaon. funebres acastus i iolcho. post enm Theseus in isthmo. Hercules olympiæ athleticam. pythus pilam luxoriã giges lydius picturã In ægypto. in græcia uero pyrrhus Dedali cognatus ut aristoteli placet: ut Theophrasto polignotus athenienſis. Nauem primus in græciam ex ægypto Danaus aduexit. ante ratibus nauigabatur inuentis in mari rubro inter insulas a rege Erytrha. Reperiuntur qui mysos & troianos priores excogitasse in hellespõto putent cum transirent aduersus thracas etiam nunc in britannico oceano uitiles corio' circunsutæ fiunt in nilo ex papyro & scirpo & arundine. longa naue Iasonem primum nauigasse philostephanus

Ichthyocollam

Car

auctor est.Egresias parthalum:Ctesias.Samyrã.Saphanus Semiramin:Archimachus Aegæonnẽ:Bye remẽ Damasthenes erythreos feciſſe.Tritemẽ Tucydides Amoclen corinthiũ.Quadritemẽ ariſtoteles carthaginenſes.Quinqueremẽ iſtituit Neſichthõ ſalaminius.Sex ordinũ Zenazoras ſyracuſius.ab ea ad deciremẽ Neſigitõ.alexandrũ magnum ferunt inſtituiſſe ad duodecim ordines.philoſtephanus ptolemæum Soterem ad quindecim.Demetrium antigoni ad.xxx.ptolemæum philadelphum ad.xl. Cercuron ptolemæum philopatorem qui Triphõ cognominatus eſt ad.l.Onerariam hippus tyrius inuenit.lembum cyrenẽſes.Cymbam phœnices.Celocem rhodi cerciram cyprii.Syderũ obſeruationem in nauigãdo phenices.Remum copæ latitudinem eius plateæ.Vela icarus.Malum & antẽnam Dedalus Hypagum ſalaminii.aut pericles atheniẽſis Tectas longas taſii:antea ex prora tantum & puppi pugnabat Roſtra addidit piſeus.& irtheni anchoram. Eupalamius eandem bidentem.anacharſis harpagonas. Et manus pericles atheniẽſis.amminicula gubernandi typhis .claſſe princeps depugnauit Minos.animal occidit primus Hyperbius Martis filius promætheus bouem.

In quo primus gentium conſenſus. Capi.lvii.

g Entium conſenſus tacitus primus omnium conſpirauit ut ionum litteris úterentur.

De litteris antiquis. Capi.lviii.

Eteres græcas fuiſſe eaſdem pene quæ nunc latinæ inditio erit delphica tabula ãtiqui æris: a quæ eſt hodie in palatio dono principum Mineruæ dicata in bibliotheca cu iſcriptiõe tali. ΗΑΥΣΙ.ΚΡΑΤΩ ΤΙΣΑΜΕΝΟΥ ΑΘΗΥΑΙΟΣ ΑΝΕΘΕΝ.

Quando primum tonſores romæ. Capi.lix

Equẽs gentium cõſenſus i tonſoribus fuit:ſed romanis tardior.in italiam ex ſicilia uenere s' poſt romã conditã anno q̃dringenteſimo quinquageſſimoquarto:adducẽte.p.ticinio menaut auctor eſt Varro:ante intonſi fuere:primus oium radi quotidie iſtituit africanus.Sequẽs Diuus auguſtus cultris ſemper uſus. Quando primum horologia. Cap.lx.

Ertius conſenſus fuit in horarum obſeruatione iam hac ratione accedens.Quãdo & a quo t in græcia reperta diximus in ſecundo uolumine.Serius etiam hoc romæ cõtigit. Duodeci tabulis ortus tantũ & occaſus nominatur.poſt aliquot ános adiectus ẽ & meridies accenſo cõſulum id ꝓnuntiante cum curio inter roſtra & græco ſtaſin ꝓſpexiſſet talem ſolem a columna ænea ad carcerẽ inclinato ſydere ſuprema ꝓnuntiauit.Sed hoc ſerenis tantũ diebus uſq; ad primum punicũ bellum.princeps romanis ſolariũ horologium ſtatuiſſe ante.xii.ãnos q̃ cum pyrrho bellatum eſt ad ædẽ Quirini.L.papyrius curſor cũ eãdem dedicaret a parte ſuo uocatam a Fabio Veſtali ꝓditur.Sed neq; facti horologii rationẽ uel artificis ſignificat:nec unde tranſlatum eſt:aut apud quẽ ſcriptum id inuenerit.M.Varro primum ſtatutum in publico ſecundum roſtra i colũna tradit bello punico primo.a.m.Valerio meſſala cõſule catina capta in ſicilia.Deportatum inde poſt:xxx.ános q̃ de papyriano horologio traditur anno urbis quadringenteſimo ſeptuageſimoſeptimo.Nec congruebãt ad horas eius lineæ.paruerunt tamen ei annis undecim:donec. Q.martius philippus qui cum. L.paulo fuit cenſor diligentius ordinatum iuxta poſuit.idq; munus inter cẽſoria opera gratiſſime eſt acceptum Etiãnum tamen nubilo incertæ fuere horæ uſq; ad proximum luſtrum.tunc Scipio Naſica collega lanati primus aqua diuiſit horas æque noctium ac dierum idq; horologium ſub tecto dicauit ãno urbis .d.lxxxv.Tam diu po.ro.indiſcreta lux fuit.Nunc reuertamur ad reliqua animalia:primũq; terreſtria.

CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER.VIII.

De animalibus terreſtribus.Elephantorum commendatio:& de ſenſu eorum.Capi.i.

D reliqua tranſeamus animalia:& primum terreſtria.maximũ eſt elephas:pxĩmũq; humanis ſenſib⁹.Quippe itellectus illis ſermonis patrii.Et i primis obediẽtia: officiroũq;:q̃ didicere memoria.Amoris & gloriæ uoluptas:imo uero quæ ẽt in hoie rara probitas:prudẽtia:æquitas.Religio quoq; ſydez:ſoliſq; ac a lunæ ueneratio.Auctores ſunt i mauritaniæ ſaltibus ad quẽdã amnẽ:cui nomẽ ẽ anulo niteſcente luna noua græges eorũ deſcẽdere:ibiq; ſe purificates ſolẽnit aq̃;circũſpergi:atq; ita ſalutato ſydere i ſyluas reuerti: uitulorũ fatigatos ꝓ ſe ferẽtes.Alienæ quoq; regionis itelectu credunt maria trãſituri nõ ante naues cõſcẽdere:q̃ iuitari tectoris inreiurãdo de reditu.Viſiq; ſunt feſſi ægritudine:quando & illas moles infeſtant morbi:per ærbas ſupini i celũ iacentes: ueluti tellure præcibus alligata.Nam quod ad docilitatem attinet.Regem adorant.Genua ſubmittunt coronas porrigũt.Indicis arabici minores:quos appellant nothos. Quando primum iuncti. Capi.ii.

I Omæ iuncti primum ſubire currũ Pompei magni africo triumpho.Quod prius india uicta

triumphante Libero patre memoratur. Procilius negat potuisse pompeii triumpho iunctos ingredi porta. Germanici Cæsaris munere gladiatorio quosdam inconditos motus edidere saltantium mõ. Vulgare erat per auras arma iacere non auferentibus uentis: atq; iter se gladiatorios congressus edere: aut lasciuiente pernicitate colludere. Postea & per funes incessere. Lecticas etiam ferentes quaterni singulas: puerperas imitãtes: plenisq; hominum triclinijs accubitu: iere per lectos ita libratis uestigijs. ne qs potantium attingeretur.

De docilitate eorum. Capi. iii.

c' Certum est unum tardioris ingenii in accipiendis quæ tradebantur sæpius castigatũ uerberibus eadẽ illa meditantẽ noctu repertum. Mirum maxime & aduersis qdem funibus subire. Sed regredi magis utriq; pronis Mutianus ter cõsul auctor est aliquem ex iis & litterarũ ductus græcarum didicisse: solitumq; præscribere eius lingue uerbis. Ipse Ego hæc scripsi: & spolia celtica dicaui. Itemq; se uidente puteolis cum aduecti de naue egredi cogerentur: territos spacio ꝑcul pontis a continente porrecti ut: sese longinquitatis æstimatione salerẽt: auersos retrorsus isse: Predam ipsi inse expetendam sciunt solam esse in armis snis quæ luba cornua appellat. Herodotus tãto antiquior & consuetudo melius dentes. Quam ob rem deciduos casu aliquo uel senecta defodiunt hoc solum ebur est. Cæterum & in iis quoq; quod corpus intexit uilitas ossea. Quãq; nuper ossa etiam in laminas secari cœpere penuria. Etenim rara amplitudo iam dentium præterq; ex idia reperitur. Cæterum in nostro orbe cessere luxuriæ. Dentium candore intelligitur iuuenta. Circa hos belli cura summa. Alterius mucroni parcunt: ne sit præliis hebes alterius operario usu fodiunt radices. Impellũt moles. Circunuentiq; a uenantibus primos constituunt: quibus sunt minimi: ne tanti prœliũ putetur. Posea sessi impactos arbori frangunt: prædaq; se redimunt.

De clæmentia eorum. & ꝙ pericula sua intelligant: & de tigridis truculẽtia. Cpai. iiii.

m Itũ in plerisq; animaliũ scire quare petant. Sed & per cuncta quid caueant. Elephas hoie obuio forte i solitudine & simpliciter oberrãte clemẽs placidusq; etiã demõstrare uiã tradit. Idẽ uestigio hois aiaduerso priusq; hoie itremiscere insidiaꝝ metu. Subsistere ab olfatu. Circũ spectare. Iras ꝑflare Nec calcare: sed erutum ꝓximo tradere. Illũ sequenti mutio simili usq; ad extremũ tunc agmen circumagi: & reuerti: aciemq; dirigi. Adeo omnium odor durare uirus illud maiore ex parte ne nudorum quidẽ pedũ. Sic & tigris etiam feris cæteris truculenta: atq; ipsa elephãti quoq; spumeus uestigia. Hoie uiso trãsferre dicitur protinus catulos. Quo nam modo agnito ubi ante cõspecto illo: quẽ timet. Etenim tales siluas minime frequentari certum est. Sane mirantur ipsam uestigii raritatem. Sed unde sciunt timẽdos esse imo uero cur uel sæpius conspectum paueant. tanto uiribus magnitudine uelocitate præstantiores. Nimirum hæc est natura rerum: hæc potentia eius sæuissimas ferarum maximasq; quæ nunq; uidissent: quod debeant timere: statim intelligere cur sit timendum.

De intellectu & memoria eorum. Capi. v.

Elephanti gregatim semper ingrediũtur. Ducit agmen maximus natu. Cogit ætate ꝓxim⁹
e amnẽ transituri minimos ꝑmittunt. ne maiorum ingressu atterẽte alueũ crescat gurgitis altitudo. Antipater auctor ẽ duos Antiocho regi in bellicis usibus celebres ẽt cognominib⁹ fuisse. Etenim nouere ea. Certe Cato cũ imperatorum noia annalibus describeret: eum qui fortissime præliatus esset in punica acie Sutrum tradidit uocatum altero dẽte multilato. Antiocho uadum fluminis experienti renuit Aiax. alioquin dux agminis semper. Tum pronunciatũ eius fore principatũ qui trasisset: ausumq; patroclũ. Ob id phaleris argenteis quo maxime gaudent: & reliquo omni primatu donauit. Ille qui notabatur inedia mortẽ ignominiæ prætulit. Mirus namq; pudor est. Victus q; uocem fugit uictoris. Terram ac uerbenas porrigit. pudore nunq; nisi in abdito coeunt. Mas quiquẽ nis: fœmina decennis. Initur autem biennio: quis ut ferunt cuiusq; anni diebus: nec amplius. Sexto profunduntur amne nõ ante reduces ad agmen. Nec Adulteria nouere. Nulla ue ꝓpter fœminas inter se ptœlia: cæteris animalibus puicialia. Nec quia desit illis amoris uis. Namq; traditur unus amasse quandam in ægypto corollas uendẽtem. Ac ne quis uulgariter electã putet: miretur gratã Aristophani. celeberrimo in arte grãmatica. alius Menãdrum syracusanum incipientis iuuentæ in exercitu. ptolomæi desiderium eius quotiens nõ uideret inedia testatus. Et ungueutariam quandam delectam iuba tradit. Otium amoris fuere argumenta gaudium a cõspectu: blandicieq; incõdite: stipes quas populus dedisset seruatæ: & in sinum effusæ: Nec mirum esse amorem quibus sit memoria. Idem namq; tradit agnitum i senecta multos post annos qui rector in iuuẽta fuisset. idem diuinationem quandã iusticiæ. Cũ Bocchus rex. xxx. elephantis totidem in quos sæuire instituerat stipitibus alligatos obiecisset: procurrantibus iter eos qui lacesserent: non potuisse effici ut crudelitatis alienæ ministerio fungeretur.

Quando primum in italia. Cap. vii.

Elephantes italia primũ uidit pyrrhi regis bello. & boues lucas appellauit i lucanis uisos anno urbis quadringentesimo septuagesimo secundo. Roma autem in triumpho septẽ annis
a ad superiorẽ numeꝝ additis. Eadẽ plurimos ãno quingẽtesimo secũdo uictoria. L. Metelli

pontificis in ficilia de pœnis captos.cxlii.fuere trauecti ratibus:quas doliorum cõfertis ordinibus ipo fuerant.Verius eos pugnasse in cyrco:interfectosq; iaculis tradit penuria cõsilii.Quoniam neq; ali pla cuisset:neq; donari regibus.L.piso inductos dũtaxat in cyrcum.atq; ut contẽptus eorum incresceret ab operariis hastas præpilatas habentibns:per cyrcum totum actos.Nec quid deinde iis factum sit aucto. res explicant:qui non putant interfectos. pugnæ eorum. Cap.vii.

Lara est unius e romanis dimicatio aduersus elephãtum.cum Hãnibal captiuos nostros di
c micare inter se coegisset.Náq; unum qui supererat obiecit elephanto & illũ dimitti pactus
si itereremisset.Solus ergo i harena cõgressus magno pœnorũ dolore cõfecit.Hãnibal cũ
famã eius dimicationis cõtẽptũ allaturã belluis intelligeret:equites misit qui abeũtẽ inter
ficerent.promuscidẽ eorũ facillimæ amputari pyrrhi prœliorũ experimentis patuit.Romæ pugnasse Fenestella tradit primũ omniũ i cyrco Claudii pulchri ædilitate curuli.M.Antonio.A.posthumo cõs. anno urbis sexcentesimo quinquagesimoquito.Itẽ post annos.xx.luculorũ ædilitate curuli aduersus tauros.Pompei quoq; altero cõsulatu dedicatione tẽpli Veneris uictricis pugnauere i cyrco.xx.aut ut quidã tradunt xvii.Getulis ex aduerso iaculantibus mirabili unius dimicatione:qui pedibus confossis repsit genibus in cateruas:arrepta scuta iaciens in sublimæ:quæ decidencia uolubilitate spectãtibus uo lubilitate spectantibus uoluptati erãt in orbem circũacta:uelut arte non furore beluæ iacerentur. Magnum & i altero miraculũ fuit uno ictu occiso.pilũ sub oculo adactum in uitalia capitis uenerat. Vniuersi e ruptionẽ tentauere nõ sine uexatione populi circundãtis claustris ferreis.Qua de causa Cæsar dictator postea simile spectaculum editurus euripis harenã circũdedit:quos Nero princeps sustulit eq ti loca addens.Sed pompeiani amissa fugæ spe misericordiam uulgi inenarrabili habitu quærẽtes sup plicauere quadam sese lamentatione complorãtes:tãto populi dolore:ut oblitus imperatoris ac muni ficentiæ honori suo exquisitæ flens uniuersus consurgeret diraq; pompeio quas ille mox luit pœnas imprecaretur.pugnauere:& Cæsari dictatori tertio consulatu eius.xx.contra pedites quingentos.Iterum totidem turriti cum sexagenis prõpugnatoribus eodem.quo priores numero peditũ:& pari equitum e diuerso dimicante.postea singulis principibus Claudio & Neroni in consumatione gladiatorum.ipsius animalis tanta narratur clæmentia contra minus ualida:ut in grege pecudum concurrẽtia manu dimoueat:ne quid obterat imprudens.Nec nisi lacessiti noceant.ideoq; gregatim semper ambulent.Minime ex omnibus soliuagi.Equitatu circũuecti infirmos aut fessos uulneratosue in medium agmen recipiunt:ac uelut imperio aut ratione per nites subeunt.capti celerrime mitificãt ordei sncco.

Quomodo capiantur Cap.viii.

Apiantur aũt in india unũ ex domitis agente rectore:q deprehensum solitariũ abactumue
c a grege uerberat ferum.Quo fatigato trãscendit i eũ.nec secus ac prioré regit.Africa foueis
capit i quas deerrante aliquo protinus cæteri cõgerunt ramos: moles deuoluunt:aggeres
cõstruũt:oiq; ui conantur extrahere.Antea domitandi gratia gregis equitatu cogebant in cõuallem manufactam.& longo tractu fallacem.Cuius inclusos tipis fossisq; fame domabant. Argumentum erat ramus homine porrigente clæmenter acceptus.Nunc dentium cauas.pedes eorum iaculantur alioquin molissimos Troglodytæ contermini æthiopiæ.qui hoc solo uenatu aluntur arbores propinquas itineri eorum conscendunt.Inde totius agminis nouissimũ speculati extremas in cluner desiliunt.Leua aprehenditur cauda.pedes stirpantur i sinistro fœmore.Ita pendẽs alteq; poplitẽ dextra cædit:ac præacuta bipẽni hoc crure tardato profugiens alterius poplitis neruos ferit:cuncta præceleri pernicitate peragens.Alii tutiore genere:sed magis fallaci intentos ingentes arcus defigunt humi longius.Hos præcipui uiribus iuuenes continẽt.Alii cõnixi pari conatu tendunt:ac prætereuntibus sagittarũ uenabula infigunt:mox sanguinis uestigiis sequuntur.Elephantorum generis fœminæ multo pauidores. Quomodo domantur. Cap.ix

Omantur aũt rabidi fame & uerberibus:elephãtis aliis ad motis qui tumultuantẽ cathenis
d coerceant.Alias circa coitus maxime efferantur:& stabula indoq; dentibus sternũt.Quapp
arcent eos coitu:fœminarúq; penuria separant:quæ haud alio modo q armentoq; habent
domiti militãt:& turtes armatoq; in hostes ferunt:magnaq; ex parte oriẽtis bella cõficiunt
prosternunt acies pterũt armatos.Iidem minimo suis stridore terrẽtur:uulneratiq; & territi retro semper cedũt.haud minore partiũ suarum pernicie.Indicum afri pauent:nec cõtueri audent.nam & maior indicis magnitudo est. De partu eorum & relíqua natura. Cap.x

Ecem annis gestare i utero uulgus existimat.Aristoteles biennio:nec amplius q singulos
d semel gignere:pluresq; uiuere ducentis annis:& quosdã trecentis.Iuuẽta eorũ sexagesimo
incipit.Gaudent ãnibus maxime.Et circa fluuios uagãtur cum alioquin nare pp magnitudinẽ corporis nõ possint.Iidem frigoris impatientes.Maximũ hoc malum:iflactionẽq;:& profluuiũm'alui:nec alia morborũ genera sentiũt.Olei potu tæla quæ corpori eorũ inhæserãt decidere i uenio.A sudore autem facilius adhærescere.Et terram ediſſe iis tabificum est:nisi sæpius mandant.

Deuorant autē & lapides. Truncos quidem gratissimo in cibatu habēt palmas excelsiores frōte pferentes. Ac ita iacētiū assumunt fructū. Mandunt ore. Spirant: & bibūt: odorantur haud iproprie appellata manu. Animalium maxime odore murem: & si pabulum in præsepio positum attingi ab eo uidere: fastidiunt. Cruciatum i potu maximū sentiunt hausta hirudine quā sanguisugam uulgo cœpisse appellari ad uerto. Hæ cubi in ipso animæ canali se fixit: itolerando afficit dolore. Durissimum dorso tergus. Ventres moles. Setarum nullum tegumentum: ne in cauda quidem prælidium abigendo tedio muscarum. Nāq; id & tanta uastitas sentit. Sed cancellata cutis & inuitans id genus animalium odore. Ergo cum extenti recepere examina arctatis in rugas repente cancellis comprehensas enecant. Hoc iis pro cauda: p iuba: pro uillo est. Dentibus ingens ptium: & deoꝝ simulacris laudatissima ex iis materia. Inuenit luxuria commendationem: & aliam expetit in calo manus uim saporis haud alia de causa credo q̄ quia ipsum ebur sibi mandere uidetur. Magnitudo dentium uidetur quidem in templis præcipua. Sed tamen in extremis africæ qua confinis æthiopiæ est: postium uicem in domiciliis p̄bere. Sepeq; ea iis & pecoꝝ stabulis palos elephantoꝝ dētibus fieri polybius tradit auctore Gaulusa Regulo.

Vbi nascantur: & de discordia eorum & draconum. Cap. xi

Lephantes fert africa ultra syrticas solitudines: & in mauritania. Ferūt æthiopes & tro gro
e dytæ: ut dictum est. Sed maximos india bellantesq; cū iis perpetua discordia dracones tantæ magnitudinis: ut & ipsos circūflexu facili ambiāt: nexuq; nodi prestringant. Cōmoritura dimicatio uictusq; corruens complexum elidit pondere.

De solertia animalium. Cap. xii.

Ira animalium pro se cuiq; præcipua solertia ē: ut iis una scandendi in tātam altitudinem
m difficultas. Draco itaq; iter ad pabula speculat̄. Ab excelsa se arbore iniicit. Scit ille imparē sibi luctatum contra nexus. Itaq; arborum aut rupium attritum quærit. Cauēt hoc dragones ob idq; gressus primum alligant cauda. Resolūt illi nodos manu. At hi in ipsa nare capud cōdunt: pariterq; spiritum plæcludunt: & mollissimas lancināt partes. Iidem obuii deprehensi in aduersos erigunt se: oculosq; maxime petunt. Ita fit ut plerūq; cæci ac fame & mœroris tabe cōfecti reperiantur. Quā quis aliam tante discordiæ causam attulerit: nisi naturæ spectaculū sibi ac paria componentis. Est & alia dimicationis huius fama. Elephantus frigidissimum esse sanguinem: ob id æstu torrēte præcipue a draconibus experti. Quamobrem in amnes mersos insidiari bibentibus: arctatisq; illigata mānu in aurē morsum defigere. Quoniam is tantum locus defendi non possit manu. Dracones esse tantos: ut totum sanguinem capiant. Itaq; elephantos ab iis ebibi. siccatosq; condidere: & dracones inebriatos opprimi commoriq;.

De draconibus. Cap. xiii.

Enerat dracones æthiopia indicis pares uicenum cubitorum. Id modo mirum unde cristatos luba crediderit. A sachæi uocantur æthiopes: apud quos maxime nascantur. Narratur i
g maritimis eorum quaternos quinosq; inter se cratuū modo implexos erectis capitibus uilificantes ad meliora pabula Arabiæ uehi fluctibus.

De serpentibus maximis & bois. Cap. xiiii.

Egasthenes scribit in india serpētes in tantā magnitudinem adolescere: ut solidos hauriāt
m ceruos tauroſq;. Metrodorus circa rhindacū amnem in ponto: ut superuolātes quāuis alte perniciterq; alites hausta raptas absorbeant. Nota ē in punicis bellis ad flumen bragradā a regulo iperatore balistis tormentisq;: ut oppidū aliquod expugnata serpens. cxx. pedum longitudinis. Pellis eius maxillæ usq; ad bellū numantiū durauere tomæ i templo. Faciunt his fidem in italia appellatæ boæ i tantā magnitudinem exeuntes: ut Diuo Claudio principe occisæ in uaticano solidus in aluo spectatus sit infans. Alūtur primo bubuli lactis succo: Vnde nomen traxere. Cæterorum animalium: quæ modo conuecta undiq; italiæ cōtigere sæpius: formas nihil attinet scupulose referre.

De sythicis animalibus & septentrionalibus. Cap. xv.

Auciſſima scythia gignit inopia fructum. Pauca contermina illi germania. Insidia tamen
p boum ferarū genera: iubatos bisontes: excellentiq;: & ui & uelocitate uros: quibus imperitū uulgus bubalorū nomen imponit: cum id gignat Africa uituli potius ceruiue quadā similitudine. Septentrio fert & equorū greges ferorū: sicut asinorum asia & africa. Præterea alcē ni ptoceritatis auriū & ceruicis distinguat: iuméto simile. Item natam in scardinania insula: nec unquā uitam i hoc orbe: multis tamē narratā Machlin haud dissimilem illis: & nullo suffraginū flexu. ideoq; Alces
non cubantem. Sed acclinem arbbori in somno: eaq; incisa ad insidias capi. Alias uelocitatis memoratæ. Labrum ei superius prægāde: ob id retrogradi tur i pascendo: ne i priora tendens inuoluatur. Tradunt in pæonia feram: quæ bonasus uocetur equina iuba: cætera tauro similem: cornibus ita in se infle xis: ut non sint utilia pugnæ. Quapropter fuga sibi auxiliari: reddentem ea fimum interdum: & trium iugerum longitudine: cuius contactus sequentes: ut ignis aliquis comburat. Mirum pardos pantheras

leones.& ſimilia condito in corporis uaginas unguiũ mucrone ne refringantur hebetenturq; ingredi auerſiſq; falculis currere:nec niſi apetendo prætendere

De leonibus. Cap.xvi.

Leoni præcipua generoſitas:tunc cũ colla armoſq; ueſtiunt iubæ.Id.n.ætate contingit e le
1. one conceptis.Quos uero pardi generauere ſemp inſigni hoc carent.Simili modo fœmi/
næ.Magna iis libido coitus.& ob hoc marib⁹ ira.Africa hæc maxime ſpectat inopia aqua
rum ad paucos amnes congregantib⁹ ſe feris.Ideo multiformes ibi aialiũ partus:uarie fœ
minis cuiuſq; generis mares aut ui aut uoluptate miſcente.Vnde etiam uulgare græciæ dictum ſemp
aliquid noui africam afferre.Odore pardi coitum ſentit in adultera leo:totaq; ui conſurgit in pœnam
idcirco aut culpa flumine abluitur:aut lõgius comitatur.Semel autem edi partum lacerato unguium
acie utero in enixu uulgum credidiſſe uideo.Ariſtoteles diuerſa tradit:uir quem i iis magna ſecuturus
in parte præſandũ reor.alexandro magno rege inflammato cupidine aialiũ naturas noſcendi:delega
taq; cõmentatione Ariſtoteli ſummo in oĩ ſcientia uiro:aliquod milia hominũ i totius aſiæ græciæq;
tractu parere iuſſa:omniũ quos uenatus aucupia piſcatuſq; alebant.Quibuſq; niuaria:armẽta:alueana
piſcinæ:auiaria i cura erãt:neqd uſquam gentiũ ignoraretur ab eo.Quos pcontãdo.L.ferme uolumi
na illa p̃clara de aĩalib⁹ condidit.Quæ a me colecta in arctũ cum iis:quæ ignorauerat.quæſo ut legen
tes boni cõſulant in uniuerſis rerũ naturæ operibus:medioq; clariſſimi regũ oĩum deſiderio cura no
ſtra breuiter peregrinãtes.Is ergo tradit leænã prio fœtu parere quinq; catulos:ac per annos ſingulos
uno minus:ab uno ſterileſcere.Informes minimaſq; carnes magnitudine muſtellaꝝ eſſe initio.Seme
ſtres uix ingredi poſſe:nec niſi bimeſtres moueri.In europa aũt iter acheloũ tantũ & neſtũ amnes leo
nes eſſe:ſed longe uiribus p̃ſtantiores iis quos africa aut ſyria gignant.Leonũ duo genera cõpactile &
breue criſpioribus iubis.Hos auidiores eſſe q̃ longo ſimplicique uillo:eos contẽptores uulneꝝ.Vrinam
mares crure ſublato reddere ut canes.Grauẽ odorẽ:nec minus halitum.Raros in potu. Veſci altemis
diebus.A ſaturitate interim triduo cibis carere.Quæ poſſint i mandendo ſolida deuorare:nec capien
te aluo coniectis i fauces unguibus extrahere:ut ſi fugiendũ ſit non i ſatietatẽ abeat.Vitam iis longam
docet argumento q̃ pleriq; dẽtibus defecti reperiãtur.Polybius Aemiliani comes i ſenecta hoiem ap
peti ab iis refert.Quoniã ad perſequendas feras uires non ſuppetant.Tunc obſidere africæ urbes: eaq;
de cã crucifixos uidiſſe ſe cũ Scipione.quia cæteri metu pœne ſimilis abſterrerent eadẽ noxa.Leoni tã
tum exferis clæmentia in ſupplices p̃ſtratis parcit:& ubi ſæuit in uiros prius q̃ i fœminas fremit:infan
tes non niſi magna fame.Credit libya intellectũ prouenire ad eos precũ.Captiuã certe getuliæ reducẽ
audiui multoꝝ ſiluis ĩpetum a ſe mitigatũ alloquio auſæ ſe dicere fœminã profugã infirmã ſupplicem
aĩalis oĩum generoſiſſimi:cæteriſq; imperantis:indignã eius gloria prædam. Varia circa hæc opinio
ex ingenio cuiuſq; uel caſu mulceri alloquiis feras.Quippe iam ſerpentes extrahi cãtu:cogiq; in pœ
nã.Verũ falſumue ſit uita decreuerit.Leonũ aĩ index cauda:ſicut & equorũ aures.Náq; & has notas ge
neroſiſſimo cuiq; natura tribuit.Immota ergo placido clæmẽs blãdientiq; ſimilis:qd rarũ ẽ. Crebros
enĩ iracũdia eius In principio terra uerberat.Incremẽto terga ceu quodam ſcitamento flagellãtur.Vis
ſumma in pectore.Ex oĩ uulnere ſiue ungue ĩpreſſo ſiue dẽte ater p̃fluit ſanguis.Iidẽ ſatiati ĩnoxi ſunt
Generoſitas maxime i piculis deprehẽditur:nõ in illo tantũ mõ q̃ ſpemẽs tæla diu ſe terrore ſolo tue
tur:aut uelut cogi teſtat.Cogiturq; nõ tanq̃ periculo coactus:ſed tanq̃ amẽtia iratus.Illa nobilior ani
mi ſignificatio q̃libet magna canũ & uenãtiũ urgẽte ui contẽpti reſtitãſq; cedit i cãpis: & ubi uideri po
teſt. Idẽ ubi uirgulta ſiluaſq; penetrauerit acerrimo curſu fertur:uelut deputans abſconſiõe turpitudi
nem.Dũ ſequitur:inſilit ſaltu:quo in fuga nõ utitur.Vulneratus obſeruatiõe mira percuſſorem nouit:
& in quãtalibet multitudine appetit.Eum uero qui tæla quidem miſerit:ſed tamen non uulnerauerit
correptum raptatumq; ſternit nec uulnerat.Cum pro catulis fœta dimicat:oculorum aciem traditur
defigere interram:ne uenabula expaueſcat. Cæterum dolis carent & ſuſpitione. Nec limis intuentur
oculis:aſpiciq; ſimili mõ nolunt.Creditum eſt a moriente humũ morderi:lachrymãq; lœto dari.Atq;
hoc tale tanq; ſæuũ aĩal rotarũ orbes circũacti:curruſq; inanes:& gallinaceorum criſtæ cantuſq; etiam
magis terrent ſed maxime ignes. Aegritudinẽ faſtidii tantum ſentit:in qua medetur ei contumelia:in
rabiem agente annexarum laſciuia ſimiarũ.Guſtatus deinde ſanguis ĩ remedio eſt. Leonum ſimul pu
gnam plurimũ romæ princeps dedit.Q.Sceuola.p.filii in curruli ædilitate.Centum aũt iubatorũ pri
mus omniũ.L.Sylla:qui poſtea dictator fuit in prætura.poſt eum põpeius magnus in cyrco.dc.ac iiis
iubatorũ.cccxv.Cæſar dictator q̃dringẽtos.Capere eos ardui erat quondã operis:foueiſq; maxime prin
cipatu claudii caſus rationem docuit putendam pene talis feræ noĩe:paſtoris getuli ſago contra igniẽ
THura præter arabiã nullis ac nec arabiæ quidem uniuersæ. In medio eius sunt fere attramitæ pago labæorũ capite regni sabota: in monte excelso: a quo octo mansionibus distat regio eorũ thurifera: Saba appellatur: quod significare græci mysterium dicunt: spectans ortus solis æstiui undiq; rupibus inuia & a dextra maris scopulis inaccessa. Id solum e rubro lacteũ traditur. Siluarũ longitudo est schœnorũ. xx. Latitudo dimidiũ eius. Schœnus patet Erathostenis ratione stadia. xl. hoc est passus quinq; milia. Aliqui. xxii. stadia singulis schœnis dedere: attollũtur colles alti: decurruntq; & in plana arbore sponte natæ. Terram argillosam esse conuenit: raris fontibus ac nitrosis. Attingũt & minæi pagus alius: per quos euehitur uno tramite angusto. Hi primi cõmerciũ thuris fecere: maximeq; exercent. A quibus & minieũ dictũ est. Nec præterea arabum alii thuris arborẽ uident: ac ne horũ quidem omnes. Feruntq; .ccc. non amplius esse familiarũ: quæ ius per successiones id sibi uendicent. Sacros uocari ob id: nec ullo congressu fœminarum funerũq; cum incidant eas arbores: aut metant pollui. Atq; ita religione merces augeri. Quidam promiscuũ ius iis populis esse tradunt in siluis. Alii per uices annorũ diuidi. Nec arboris ipsius quæ sit facies constat. Res in arabia gessimus: & romana arma in magnã partem eius penetrauere. C. etiam Cæsar Augusti filius inde gloriã petiit: nec tamen ab ullo (quod equidem sciam) latino arborũ earum tradita est facies. Græcorũ exempla uariãt: Alii folio pyri minore dũtaxat & hærbidi coloris pdidere. Alii lentisco similẽ subrutilo folio. Quidã terebinthum esse: & hoc uisum antigono regi allato frutice. Iuba rex iis uoluminibus quæ scripsit ad C. Cæsarem, Augusti filium ardentẽ fama arabiæ tradit contorti esse caudici: ramis aceris maxime ponti. Succum amygdalæ mõ emittere. Talesq; in carmania apparere: & in ægypto satas studio ptolomæorum regnantium. Cortice lauri esse constat. Quidam & folium simile dixere. Talis certe fuit arbor sardibus. Nam & asiæ reges serendi curã habuerũt. Qui mea ætate legati ex arabia uenerũt: noia incertiora secerunt. Quod iure miremur uirgis etiã thuris ad nos cõmeantibus quibus credi potest: matrẽ quoq; teretem & enodi fructificare trunco. Meti semel anno solebat minore occasione uendẽdi: Iam quæstus aliam uiam affert.

De natura thuris & generibus. Cap. xv.

PRior atq; naturalis uindemia circa canis ortũ flagrantissimo æstu incidentibus: qua maxime uideat esse pregnans: tenuissimusq; tendi cortex. Laxatur hic plaga. non adimitur. Inde profilit spuma pinguis. Hæ cõcreta densatur: ubi loci natura poscat tegete palmea excipiente. Aliubi area circũ pauita. Purius illo mõ: sed hoc ponderosius. Quod in arbore hæsit ferro depectit: ideo corticosum. Silua diuisa certis portionibus mutua inocentia tuta est. Neq; ullus saucias arbores custodit. Nemo furatur alteri, at hercule alexandriæ ubi thura interpollantur: nulla satis custodit diligẽtia officinas. Subligaria signant opifici. Persona adiicit capiti: densus sue reticulus. Nudi emittunt: tanto minus fidei apud nos pœna: quã apud illos siluæ habẽt. autumno legitur ex æstiuo parum. Hoc purissimũ candidum. Secunda uindemia est uere: ad eam hyeme corticibus incisis. Ruffum hoc exit nec comparandũ priori. illud carfiatum: hoc dathiathum uocant. Creditur & nouellæ arboris cã didius esse: sed ueteris odoratius. Quidam & in insulis melius putãt gigni. Iuba in insulis negat nasci. Quod ex eo rotunditate guttæ pependit masculũ uocamus: cum alias non fere mas uocetur: ubi non sit fœmina. Religioni tributum ne sexus alter usurparetur. Masculum aliqui putant a specie testium dictum præcipua autem gratia est mãmoso cum hærente lachryma priore consecuta alia miscuit se. Singula hæc manum implere solita inuenio. Cũ minori diripiẽdi auiditate lentius nasci liceret Græci stagoniam & atomum tali modo: appellant: minorem autem arabiam. Micas concussu elisas mammam uocamus. Etiamnum tamen inueniuntur guttæ: quæ tertiam partem minæ: hoc est .xxxix. denariorũ pondus æquent. alexandro magno in pueritia sine persimonia thura ingerenti aris pædagogus Leonides dixerat ut illo modo cum deuicisset thuriferas gẽtes supplicaret. at ille arabia potitus thure onustã nauium misit ei. Large: exortatus: ut deos adoraret. Thus collectum sabotam camelis conuehitur porta ad id una patente. Digredi uia capitale leges fecere. Ibi decimas deo: quem uocant Sabin. Mensura non pondere sacerdotes accipiunt. Nec ante mercari licet. inde impensæ publicæ tollerantur. Nam & benigne certo itinerum numero deus hospites pascit. Euehi non potest nisi per gebbanitas. Itaq; & horum regi panditur uectigal. Caput eorũ Tomna abest a gaza nostri littoris iudææ oppido. lxxx. xxxvii. milia passu. Quod diuiditur in mansiones camelorum. lxii. Sunt & quæ sacerdotibus dantur portiones scribisq; regum certæ. Sed præter hos & custodes satellitesq; & hostrarii & ministri populantur. iã quacunq; iter est aliubi pro aqua aliubi pro pabulo aut pro mansionibus uariis portoriis pendunt: ut sumptus in singulos camelos denarium. dc. lxxxviii. ad nostrum littus colligat. iterumq; imperii nostri publicanis pẽditur. Itaq; optimi thuris libra sicilorũ. vi. Preciũ habet secunda. xii. tertia. xiiii. apud

Mamna

nos adulteratur refinæ cãdidæ gemma per quam ſimili: ſed deprehenditur quibus dictum eſt mõdis. Probatur candore: amplitudine: fragilitate: carbone. Vt ſtatim ardeat. Item ne dentem recipiat potius quam in micas frangatur.

De myrrha & arboribus myrrhæ. Cap. xvi.

m Yrrhã in eiſdẽ ſiluis permixtã arborẽ naſci tradidere aliqui: plures ſeperati. Quippe multis in locis arabiæ gignit: ut apparebit in generibus. Cũ uehit & ex ſiluis laudata: petuntq; eã etiã a troglodytis ſabbæi tranſitu maris. Satiua quoq; puenit multũ ſilueſtri ꝓlata. Gaudet raſtris & ablaqueatiõibus. Melior radice refrigerata. Arbori altitudo ad quinq; cubita. nec ſine ſpina caudice duro & intorto: craſſiore q̃ thuris: & ab radice etiã q̃ reliqua ſui parte. Corticẽ lenẽ ſimilẽq; unedoni. Scabrũ alii ſpinoſũq; dixere. Foliũ oliuæ: uerũ criſpius. & aculeatũ. Iuba oluſatri: alitq; ſimilẽ iunipero ſcabrioꝛẽ tanto: ſpiniſq; horridã: folio: rotũdiore: ſed ſapore iuniperi. Nec nõ fuere q̃ e thuris arbore utrunq; naſci mentirent. Incidunt bis & ipſæ iiſdẽq; tpibus: ſed a radice uſq; ad ramos q̃ ualent. Sudant autẽ ſponte priuſq̃ icidant. ſtacten dictã: cui nulla prefertur. Ab hac ſatiua & in ſilueſtri quoq; melior æſtiua. Non dant ex myrrha portiones deo: quoniã & apud alios naſcit Regi tamẽ gebbannitaꝛe quartas partes eius pendunt. Cætero paſſim ac uulgo coemptam in folles confaciunt. ipſiq; unguentarii digerunt haud difficulter odoris atq; pinguedinis argumentis.

De generibus myrrhæ: & natura & prætio eius. Cap. xvii.

Enera complura. Troglodytica ſilueſtriũ prima. Erythrea ſequens & Minea in qua ſtactea g & attramitica eſt gebbannitica & auſeritis gebbannitarum regno. Tertia dianitas. Quarta collatia. Quita ſembracena a ciuitate regni ſabeorum mari proxima. Sexta quam duriſitin uocant. Eſt & candida uno tantum loco: quæ in meſſalum oppidum confertur: Probatur troglodytica pinguedine: & q̃ aſpectu aridor eſt: ſordidaq; atq; barbara: ſed acrior cæteris. Sembracena prædictis caret uitiis: ante alias hylatis: ſed uiribus tenuis. In plenum ãt probatio eſt minutis glebis: nec rotundis in concretu albicantis ſucci & tabeſcentis: utiq; confracta candidos ungues habeat: guſtu leniter amara. Secunda bonitas: intus uaria. Peſſima quæ intus nigra. Peior ſi ſit etiam foris. Pretia ex occaſione ementium uaria. Stactæ uero a .vi. ad .l. Satiuæ ſummũ ad .xxi. Erithreæ ad .xvi. hanc uolunt æſtiuæ arabicam intelligi. Troglodyticæ nucleo ad .xiii. Seæ uero quam odorariam uocant ad .xliii. Adultera Eius uel tur lentiſci glebis & gummi. Item cucumeris ſucco amaritudinis cauſa: ſicut ponderis ſpuma argenti. ſextæ Reliqua uitia deprehenduntur ſapore gummi dente lentiſcentis. Facillime autem adulteratur indica myrrha: quæ ibidem quadam e ſpina colligitur. Hoc ſolum peius india affert facili diſtinctione: tanto deterior eſt.

De maſtice: ladano: & bruta: enhemo: & ſtrobo: & de ſtyrace. Cap. xviii.

Rgo tranſit in maſticẽ quæ ex alia ſpina fit in india. Itẽq; in arabia lamã uocãt. Sed maſtice e quoq; gemina eſt: qm̃ & in aſia græciaq; hærba reperit e radice folia emittẽs: & carduũ ſimilem malo ſeminis plenũ lachrymaq;: erũpit inciſa parte ſũma uix ut dinoſci poſſit a maſtice uera. Necnon & tertia in ponto eſt bituminis ſimilior. laudatiſſima autem chia candida: cuius preciũ in libras .xx. nigræ uero .xii. Chia e lentiſco tradit gigni gũmi modo. Adulteraſ ut thura reſina. Arabia etiamnũ & ladano gloriaſ: forte caſuq; hoc & iniuria fieri odores plures tradidere. Capras Thure & maleficũ alias frondibus aial odoratoꝛe uero fucticũ expetentius tanq̃ intelligãt precia carpere germi Reſina nũ caules ꝓdulci liquore turgentes diſtillantẽq; ab iis caſus mixtura ſuccũ iprobo barbaꝛe uillo abſtergere. Hunc glomerari in puluerẽ: & incoqui ſole. Et ideo i ladano capraꝛe pilos eſſe. Sed hoc nõ alibi fieriq; in nabatheis: q̃ ſunt ex arabia cõtermini ſyriæ: Recẽtiores ex auctoribus ſtrobon hoc uocãt Tradunteq; ſiluas arabũ paſtu captaꝛe ifringi: atq; ita ſuccũ uillis inhæreſcere. Verũ ãt ladanũ cypri in inſula eſſe: Vt obiter quæq; genera odoꝛe dicãtur: q̃is nõ terraꝛe ordine Similiter & hoc ibi fieri tradũt: & eſſe ceſyphũ hyrcoꝛe barbis genibuſq; uilloſis inhærẽs. Sed hedere flore deroſo paſtibus matutinis cũ eſt rorulenta cypros. Deinde nebula ſole diſcuſſa in puluerẽ madentibus uillis adhæreſcere: atq; ita ladanũ ad pecti. Sunt qui hærbam in cypro ex qua id fiat ladam appellent: etenim illi ladanum uocant: huius pingui inſidere. Itaq; attractis funiculis hærbã eã cõuolui: atq; ita offas fieri. Ergo in utraq; gente uina genera: terrenum: & factitium. Id quod terrenum eſt friabile: factitium lentum. Necnon & fructicem eſſe dicunt in carmania & ſuper ægyptũ per Ptolomæos tranſlatis plantis. Aut ut alii generari & id in iis: ut thuris arbore colligiq; ut gũmi iciſo cortice: & caprinis pellibus excipi. Prætia ſunt laudatiſſimo i libras aſſes .xl. Adulteratur myrti baccis: & aliis aialium ſordibus. Sinceri odor debet eſſe ferus: & uqodammodo ſolitudinem redols. ipſum uiſu aridũ: ſtatim tactu molleſcere. Accenſum fulgere: odore iucundo gratuitum Myrrata deprehendunt: crepitantq; i igne. Præterea ſincero calculi potius erupibus ihærent: q̃ puluis. In arabia & olea dotatur lachryma qua medicamẽtum conficitur a græcis enhemon dictũ ſingulari effectu contrahendis uulnerũ cicatricibus. In maritimis eæ fluctibus æſtuq; operiuntur. Nec baccæ nocetur cum conſtet & in foliis ſalem relinqui. Hæc ſunt peculiaria arabiæ. Et pauca præterea alibi cõia dicenda qm̃ in iis uincit pegrinoſoſq; ipſa myrrhæ odores & ab exteris petit

Tanta mortalibus suæ rei satietas est alienarũq; auiditas. Petũt igitur in helimæos arborem brutam cupresso fulæ similem: exalbidis ramis iucundi odoris accensam: & cũ miraculo historiis Claudii Cæsaris predicatam. Folia eius inspergere potionibus parthos tradit. Odorem proximum esse cedro: fumumq; eius contra ligna alia remedio. Nascitur ultra pasitigrĩ in finibus oppidi sittacæ mõte santhro: Petunt & in carmanos arborẽ strobũ ad suffitus perfusam uino palmeo accedẽtes. Huius odor teddit a cameris ad solũ iocũdus: sed aggrauans capita citra dolorẽ tamen. Hoc somnũ ægris quærũt. His cõmertiis carracẽ oppidũ aperuere: quod est illis nundinariũ. Inde gabbã oẽs petere solebant dieꝝ. xx. itinere: & palestinã syriã: Postea characẽ peti cœptũ: ac regna parthoꝝ ex ea cã. Iuba auctor ẽ. Mihi & ad persas etiã prius ista portasse: q̃ in syriã aut ægyptũ uident: Herodoto teste qui tradit singula milia talẽtum thuris annua pensitasse arabas regibus persarũ. Ex syria reuehunt styracem acri odore eius in focis abigentes suoꝝ fastidiũ. Cætero nõ alia lini genera sunt in usu q̃ odorata. Ciboſq; sabæi coquunt thuris ligno: alii myrrhæ. Oppidoꝝ uicorũq; non alio q̃ ex aris fumo atq; nidore. Ad hunc ergo sanandũ urunt styracem in pellibus hyrcinis sufficiuntq; tecta. Adeo nulla est uoluptas quæ non assiduitate sui fastidium panat. Eundem & ad serpentes fugandas urunt in odiferis siluis frequentissimas.

Zagro

Carras

De fœlicitate arabiæ. Cap. xix.

On sunt eoꝝ cynamomũ aut casia. Et tñ fœlix appellat̃ arabia falso & ingrati cognominis quæ hoc acceptũ superis ferat: cũ plus ex eo inferis debeat. beatã illã fecit hominũ etiam in morte luxuria: q̃ diis intellexerat genita adhibens urendis defunctis. Periti reꝝ adstruxerũt nõ ferre tantũ annuo fœtu: quantũ Nero princeps nouissimo pompæ suæ die cõcremauit. Aestiment̃ postea toto orbe singulis annis tot funera: aceruatimq; cõgesta honori cadaueꝝ: quæ diis p̃ singulas micas dant̃. Nec minus p̃pitii erãt mola falsa supplicãtibus. Immo uero: ut palã est: placatiores. Veꝝ arabiæ etiãnum fœlicius mare é. Ex illo nãq; margarittas mittit. Minima quæq; computatiõe milies centena milia sestertiũ ãnis oĩbus india & seres peninsulaq; illa ĩperio nostro adimũt. Tãto nobis delitiæ & fœminæ constant. Quota enim portio ex illis ad deos queso iam uti ad inferos pertinet?

n

De cynamomo & xylocynamomo & casia. Cap. xx.

Ynamomum & casias fabulosa narrauit antiquitas: princepsue Herodotus auium nidis: & priuatim phœnicis: in quo situ liber pater educatus esset ex inuiis rupibus arboribusq; decuti carnis: quam ipsæ inferrent pondere aut plumbatis sagittis. Item casiam circa paludes p̃pugnante unguibus diro uespertilionũ genere: aligerisq; serpentibus: his commentis augentes reꝝ precia. Comutata uero fabula, est ad meridiani solis repercussus: in arenarabilẽ quendam uniuersitatis halitum e tota peninsula existere tot generꝝ auris spirante concentu. Magnicq; Alexandri classibus arabiã odore primum nunciatam in altum. Omnia falsa: siquidem cinnamomũ idemq; cinnamũ nascitur in æthiopia troglodytis cõnubio permixta. Ii mercantes a conterminis uehunt p̃ maria uasta ratibus: quas neq; gubernacula regant: neq; remi trahant uel impellant: nõ uela: non ratio ulla adiuuet: cum omnium instar ibi sint homo tantum & audacia. Præterea hybernum mare exigant circa brumã euris tum maxime flantibus. Ii recto cursu per sinus impellunt: atq; a promontorii ambitu argeste deferunt in portum gebbanitarum: qui uocatur ocila. Quamobrem illi maxime id petunt. Produntq; ix quinto ãno reuerti negociatores: & multos interire. Contra reuehunt uitrea: & æneas: uestes fibulas cũ armillis ac mõilibus. Ergo negociatio illa fœminaꝝ maxie fide cõstat. Ipse frutex duoꝝ cubitoꝝ altitudine amplissimus: palmiq; minimus. iiii. digytoꝝ crassitudinis: stati a terra sex digytis furculosos aiido similis. Cũ uiret nõ odoratus: folio origani: siccitate gaudẽs: sterilior hybre: ceu diræ naturiæ. Gignitur quidem in planis: sed densissimis in uepribus: rubisq; difficilis collectu. Metitur non nisi permittente deo. Iouem hunc intelligunt aliqui. Assabinum illi uocant. xliiii. boum caprarumq; & aretum extis ĩperatur uenia metendi. Non tamen aut ante ortũ solis: aut post occasum licet. Sarmenta hasta diuidit sacerdos: deoq; parte ponit. Reliquũ mercator in nassas condit. Est & alia fama: cũ sole diuidi: ternasq; partes fieri. Deinde sorte germina discerni. Quodq; soli cesserit relinqui: ac sponte conflagare. Præcipua bonitas uirgultoꝝ tenuissimis partibus ad longitudinem palmi. Secunda proximis breuiore mensura atq; ordine. Vilissimũ quod radicibus proximũ: quoniam ibi minimũ corticis: in quo summa gratiæ. Qua de causa præferunt̃ cacumina: ubi plurimus cortex. Ipsum uero lignum in fastidio est pp̃ origani aerimoniã: xylocynamum uocatur. Præcium est in libras. xx. Quidam cinnami duo genera tradidere candidũ nigricansq; & quondã præferebat̃ candidũ. Nunc cõtra nigrum laudat̃. Atq; etiã uarũ præferunt candido: certissima tamen æstimatio ne sit scabrum atq; ut inter sese tritũ tarde feriatur. Dãnatur in primis molle: aut cui albet cortex. ius eius a gebbanitaꝝ rege solo proficiscitur. is edicto mercatu uendit. Precia quondã fuere in libras denarioꝝ mille. Auctũ id parte dimidia est: incensis ut ferũt siluis ira barbaroꝝ. id acciderit ne ob iniquitatẽ præpotentiũ: an forte: non satis constat. Austros ibi tã ardenter flare: ut æstitatibus siluas accendant: inuenimus apud auctores. Coronas ex cynnamomo interrasili auro inclusas primus omnium in templis capitolii atq; pacis dicauit imperator Vespasianus au

guſtus.Radicẽ eius magni põderis uidimus in palatii tẽplo:quod fecerat Diuo Auguſto conuum Augusta auteæ pateræ impoſitã:ex qua guttæ editæ annis oĩbus in grana durabantur:donec id delubrũ incendio conſumptum eſt.Frutex & caſia:eſt iuxtaq; ſynami campos naſcif:ſed in mõtibus craſſiore ſarmento:tenui cute:uerius q̃ cortice:quẽ conteri atq; i cynamomo leuari:& exinaniri p̃cium eſt.Amplitudo fruticis triũ cubitorũ.Colos triplex.Cum primũ emicat candidus pedali menſura.Deinde rubeſcit addito ſemipede.Vltra nigricãs.Hæc pars maxime laudaf:ac deinde p̃xima.Dãnatur uero candida.Tum ſecant ſurculos longitudine binũ cubitorũ.Mox præſuũt recentibus coriis quadrupedum ob id inter emptorũ:ut iis putreſcentibus uermiculi lignũ erodant:& excauent corticẽ tutum amaritudine.Probaf recens maxime & quæ ſit odoris molliſſimi:guſtuue q̃ maxime feruens:potiuſq̃ lento tepore leniter mordens:colore purpureo:quæq; plurima minimũ ponderis faciat breui tunicæ fiſtula & nõ fragili.Ladã uocant talẽ barbaro noie.Alia eſt balſamodes ab odore ſimili appellata:ſed amara ideoq; utilior medicis:ſicut nigra unguentis:Precia nulli diuerſiora.Optimæ in libras.xl.cæteris.xv.

De iſocynamo:& chancamo:ac taro. Cap.xxi.

Meſocynamon

h Is addidere mãgones q̃ daphonoides uocãt iſocynamõ cognominatã:preciũq; eius faciũt .ccc.Adulteraf ſtyrace.& p̃pter ſimilitudinẽ cortice lauri tenuiſſimis ſurculis.Quin & i nostro orbe ſeritur:extremoq; i margine impii:qua rhenus alluit.Vidit in aluearijs apũ ſata. Color abeſt ille toridus ſole:& ob id ſimul idẽ odor.Ex confinio caſiæ cynamiq; & chancamũ actæ inuehitur:ſed per nabathæos troglodytaſq; connes qui conſidere ex nabathæis.

De ſerichato & gabalio & de mirobalano. Cap.xxii

e O cõportatur & ſerichatum & gabalium.quæ intra ſe cõſumunt arabes:noſtro orbi tantũ nominibus cognita:ſed cum cynamomo caſiaq; naſcentia.Peruenit tamen aliquando ſerichatum:& in unguenta additur ab aliquibus:Permutatur in libras.vi.Myrobolanum troglodytis & thebaidi & arabiæ:quæ iudæam ab ægypto diſterminat commune eſt:naſcens unguento ut ipſo nomine apparet.Quo item indicaf & glandem eſſe:arboris heliotropio:quam dicemus inter hærbas ſimili folio.Fructus magnitudine auellanæ nucis.Ex iis in arabia naſcens ſyriaca appellatur:& eſt candida.Contra in thebaide nigra.Præſerf illa bonitate olei quod exprimif.Sed copia thebaica.Inter hæc troglodytica uiliſſima eſt. Sunt qui æthiopicam iis præferant glandẽ nigram nec pinguem:nucleoq; gracili:ſed liquore q exprimitur:odoratiori naſcentem in campeſtribus:Aegyptiã pinguiorẽ eſſe & craſſiori cortice rubentem:& q̃is in paluſtribus naſcatur breuiorẽ ficcioremq;. Ediuerſo arabicã uiridem ac tenuiorem:& quoniã ſit montoſa ſpiſſiorem.Longe autem optimam petream:ex quo diximus oppido:nigro cortice:nucleo candido.Vnguentarii autem tantum cortices præmunt.Medici nucleos tondunt affuſa eis paulatim calida aqua.

De phœnicobalano.& calamo odorato. Cap.xxiii.

m Ythobalano in unguentis ſimilẽ proximũq; uſum habet palma in ægypto q̃ uocaf ad ipſos:uiridis:odore mali cotonei:nullo intus ligno.Colligitur ãt pauloante q̃ incipiat maturescere.Quod relinquif phœnicobalanus uocaf:& nigreſcit:ueſcenteſq; inebriat.Myrobalano preciũ i libras binas.Inſtitores & fecẽ unguenti hoc noie appellãt.Calamus quoq; odoratus i arabia naſcẽs cõmunis indis atq; ſyriæ é:In qua uincit ois a noſtro mari centũ.l.ſtadiis. inter libanũ montẽ aliũq; ignobilẽ nõ(ut quidã exiſtimauere)antilibanõ in conuale modica:iuxta lacũ cuius paluſtria æſtate ſiccanf:tricenis ab eo ſtadijs calamus & iuncus odorati gignuntur.Sane.n. dicamus:& de iunco q̃is alio herbis dicato uolumine:qñ tamen hic unguentorũ materia tractaf.Nihil ergo a cæteris ſui generis differũt:aſpectu:ſed calamus p̃ſtantior odore ſtatim e longinquo imitat.mollior tactu.meliorq; q minus fragilis:& qui a ſolo ſe potiuſq̃ qui & raphani'mõ frãgit.Ineſt fiſtulæ araneũ quod uocãt floreẽ.Præſtãtior é cui numeroſius.Reliqua p̃batio ut niger ſit.Damnaf alibi.Meliot quo brenior & craſſior:lentuſq; in frangẽdo.Calamo preciũ in libras.i.iunco.v.Traduntq; iuncũ odoratum & in cãpania inueniri.Diſceſſimus a terris oceanũ ſpectantibus ad conuexas in noſtra maria.

Aſſuloſe uel haſtuloſe,

De hammoniaco & ſpagno. Cap.xxiiii.

e Rgo æthiopiæ ſubiecta africa hãmoniaci lachrymã ſtillat in harenis ſuis.Inde ẽt noie Hãmonis oraculo iuxta quod gignif arbor:quã meropion uocãt reſinæ mõ aut gũmi.Generacius duo Thrauſton maſculi thuris ſimilitudine:quod maxime p̃batur.Alteq; pingue & reſinoſum:qd phyrana appellãt.Adulteraf harenis uelut naſcẽdo apprehẽſis.Igiſq̃ minimis glebis probaf & q̃ puriſſimis.Preciũ optimi in libras aſſes.xl.Spagnos iter eos ſitus in cyrenaica p uincia maxime p̃batur.Alii bryon uocant.Secundũ locũ optinet cyprius.Tertiũ phœnicius.Fertur in ægypto naſci.Quin & i gallia nec dubitauerim.Sunt.n.hoc noie cani arboq; uili quales in quercu maxime uidemus:ſed odore præſtãtes.Laus prima candidiſſimis atq; altiſſimis.Secunda rutilis.Nulla nigris.Et in inſulis petriſq; nati improbantur omneſq; quibus palmarum atq; non ſuus odor eſt.

Splagnos

De cypro & aſpalatho:& maro. Cap.xxv.

Ypro ī ægypto ē arbor ziziphi foliis:ſemine coriādri:flore cādido ódorato.Coquit hoc ī
e oleo:præmiturq; poſtea quod cyprus uocatur.Preciū ei in libras quinq;.Optimū habet e
canopica in ripis nili nata:ſecundū aſcalone iudææ:tertium cypro inſula odoris ſuauitate.
Quidā hanc eē dicunt arborē:quæ ī italia linguſtrū uocet.In eodē tractu aſpalathos naſci
tur:ſpina candida:magnitudine arboris modicæ:flore roſæ.Radix unguentis expetit.Tradūt in quo-
cunq; frutice curuetur arcuus cæleſtis:eandē quæcunq; ſit aſpalathō ſuauitatē odoris exiſtere:ſed in aſ-
phalato inenarrabilē quadā.Quidā eum Erili ſceptrū uocant:alii ſceptrū Eliſei.Cuius ꝓbatio eſt in co
lore ruffo uel igneo:tactuq; ſpiſſo:& odore caſtoreo.Permutat in libras.xv. In ægypto naſcit & matō
peius q̄ lydiū maioribus foliis ac uariis.Illa breuia ac minuta & odorata.

De balſamū & opobalſamo:& xylobalſamo:& ſtyracæ:& galbana. Cap. xxvi.

Ed omnibus odoribus præfert balſamū uni terrarū iudææ cōceſſum.Quōdam in duobus
s tantū hortis utroq; regio:altero iugerū.xx.nō amplius:altero paucioꝝ.Oſtendere arbuſcu
lam hāc urbi imperatores Veſpaſiani.Clarūq; dictu a Pompeio magno in triūpho arbores
quoq; diximus.Seruit nunc hæc & tributa pēdit cū ſua gēte.In totū alia eſt natura q̄ noſtri
externiq; ꝓdiderant.Quippe uiti ſimilior ē q̄ myrtho.Malleolis ſeri dicit nuper iuncta ut uitis:& iplet
colles uineaꝝ mō quæ ſine adminiculis ſe ipſæ ſuſtinent.Tondet ſimiliter fructicās:ac raſtris niteſcit.
Properat naſci.intra tertiū annū fructifera.Foliū ꝓximū:Rutæ perpetua coma.Seuiere ī eadē iudæi ſi-
cut in uitā quoq; ſuā.Cōtra defendere romani.& dimicatū ꝑ fructice ē.Seritq; nūc eā fiſcus.Nec nunq̄
fuit numeroſior aut ꝓcerior.Proceritas intra bina cubita ſubſiſtit.Arbo tria genera.Tenui & capillacea
coma:quod uocāt Eutheriſton.Alteꝝ ſcabro aſpectu:incuruū fruticoſū:odoratius:hoc Trachy appel-
lant Tertiū eumeces:quia eſt cæteris ꝓcerius:leui cortice:Huic ſecunda bonitas nouiſſima eucheriſto.
Semē eius eſt uino ꝓximū guſtu:colore ruffum:nec ſine pingui.peius ī grano quod leuius atq; uiridi-
us.ramus craſſior myrto.Incidit uitro:lapide:oſſeiſue cultellis.Ferro lædi uitalia odit.Emorit ꝓtinus.
Eadē amputari ſuperuacua patiens.Incidētis manus librat artifici temperamēto:ne quid ultra corticē
uiolet.Succus e plaga manat:quē opobalſamū uocant eximiæ ſuauitatis:ſed tenui gutta.ploratu lanis
parua colligit in cornua.Ex iis nouo fictili conditur:graſſiori ſimilis oleo:& in muſto candida.Rube-
ſcit deinde:ſimulq; dureſcit & tranſlucida.Alexādro magno res ibi gerente toto die æſtiuo unam con
cham impleri iuſtū erat.Omni uero fœcunditate e maiore horto cūgios ſenos.Minore ſingulos:& cū
dupplo rependebat argento.Nunc etiam ſingulaꝝ arborum largior uena ter omnibus percutitur æſta
tibus poſtea deputatur.Ft ſarmenta quoq; in merce ſunt.Dcccc.amputatio ipſa ſurculuſq; uenit intra
quintū demū annum.Xylobalſamū uocat:& coquitur in unguentis.Pro ſucco ipſum ſubſtituere offi-
cinæ.Corticis etiam ad medicamenta precium eſt præcipua autem graria lachrymæ:ſecūda ſemini:ter
tia cortici:minima ligno.Ex hoc buxoſum eſt optimū:quod eſt odoratiſſimum ex ſemine autem maxi
mū & ponderoſiſſimū mordens guſtu:ſeruēſq; in ore.Adulterat petreo hyperico quod coarguit ma-
gnitudie:īmanitate:latitudine ſeu lōgitudie odoris ignauia:ſapore piperi.Lachrymæ ꝓbatio ut ſit pin
guis:tenuis:ac modice ruffa:& in fricando odorata.Secundus candido colos. Peior uiridis:craſſuſq;.
Peſſimus niger:Quippe ut oleū ſeneſcit.Ex omini inciſura maxime probatur quod ante ſemel fluxit.
Et alias adulteratur ſemine ſucco:uixq; maleficium deprehenditur guſtu amariore. Eſſe enim debet
lenis non ſubacidus:odore tantum auſterus. Vitiatur & oleo roſæ:cyperi:lentiſci:balani:terebinthi:
myrthi:reſin :galbano:cæra cypria:prout quæq; res.fuit.Nequiſſime autem gummi: quoniam ipſum
quoq; inareſcit in manu inuerſa:& in aqua:ſidetq;.probatio eius gemina eſt.Debet ſincerum & inareſ-
cere:ſed hoc & gummi addita fragili cruſta euenit:& guſtu deprehenditur.Carbone uero quod cæta
reſinaq; adulteratum eſt nigriori flamma.Nam melle mutatum ſtatim cōtrahit muſcas.præterea ſince
re denſatur in tepida aqua gutta fidens ad ima uaſis.Adulterata olei modo innatat:Et ſi metopio uitia
tum eſt:circulo candido cingitur.Summa probatio eſt:ut lac coagulet:& in ueſte maculas non faciat.
Nec manifeſtior alibi fraus.Quippe milibus denariorum ſextarii empti uendente fiſco.ccc.denariis ue
nerunt.In tantum expedit augere liquorem.Xylobalſamo precium in libras ſex.proxima ſyria iudææ
ſupra phœnicem ſtyracem gignit circa gabala & marathunta & caſſium ſeleuciæ montem. Arbor eſt
eodē nomine:cotoneo malo ſimilis lachrimæ ex auſtero iucundiores:intus ſimilitudo harūdinis: ſuc
coq; prægnans.In hanc circa canis ortum aduolant pennati uermiculi erodentes:ob id in ſcobe ſorde
ſcit.Styrax laudatur poſt ſupradicta ex piſidia:ſidone:cypro:cilicia.creta minime.Ex amano ſyriæ me
dicis:ſed unguentariis magis.Colos ī quacūq; natione præfert ruffus & pinguiter lentus:deterior fur
furoſus:& cano ſitu obductus.Adulteratur cedri reſina:uel gummi:alias melle:aut amygdalis amaris
Oiaq; ea deprehenduntē guſtu.præcium optimo.xix.Exit & in páphylia.ſed actior:minuſq; ſuccoſus.
Dat & galbanū ſyria in eodē amano monte eferula quā eiuſdē nois reſiæ modo ſtagonitim appellāt.
Quod maxime laudant.cartilaginoſum:purum:ad ſimilitudinem hammoniaci:minimeq; lignoſum
Sic quoq; adulteratur,faba aut ſagabeno.Sincerum ſi uratur fugat nidore ſerpentes.Permutatur in li-

bras.y.medicinæ hoc tantum.

De panace:& ſpondylió:& malobathro. Cap.xxvii.

Anacé & uiguentis eadẽ gignit naſcentẽ & in ipſo fine arcadiæ circaq; erimáthi fontes:& Phineo
p in africa & i macedonia ferula ſui generis qnq; cubitoꝝ:foliis primo quaternis:mox ſenis uel pſo-
i terrã iacẽtibus:ápla magnitudine rotũdis:in cacumẽ uero oleagineis:ſemine i muſcatiis phide
dependẽte ut ferulæ.Excipiť ſuccus iciſo caule meſſibus:radice i autũno. Laudatur cádor
eius coacti Sequẽs pallido ſtatera.Niger color iprobatur.Preciũ optimo i libras bini aſſes.Ab hac fe-
rula differt quæ uocaťſpondylion:foliis tantũ qa ſunt minora:& platani diuiſura.Nõ niſi in opacis gi
gnitur.Semen eodẽ noie ſili ſpeciẽ habet:medicinæ tantũ utile.Dat & malobathron ſyrie arboꝛẽ fo-
lio cõuolato.arido colore:ex quo exprimiť oleũ ad unguenta.Fertilioꝛẽ eiuſdẽ ægypto:laudatius ex
india uenit.In paludibus ibi gigni tradũt lentis modo:odoratius croco:nigricans:ſcabrũq; quodá;ſa-
lis guſtu.Minus probaťcandidũ.Celerrime ſitum in uetuſtate ſentit.Sapor eius nardo ſimilis eſſe de-
bet ſub lingua.Odor uero in uino ſufferuefacti antecedit alios.In precio quidẽ ꝓdigio ſimile eſt a ſin-
gulis ad.ccc.peruenire libras.Oleum autem ſibi in libras.lx.

De oleo omphacio. Cap. xxviii.

Leum & omphaciũ ẽ.Fit duobus generibus & totidẽ modis ex olea & nite.Olea adhuc al-
o ba expreſſa:deterius;ex druppa.Ita.n.uocaťprius q̃ cibo matura ſit:iam tũ coloꝛẽ mutans
differentia ꝙ hoc uiride eſt:illud cãdidũ.E nite fit pſytia aut aminea:cũ ſint atini ciceris ma
gnitudine ante canis ortũ.In prima lanugine demeriť uua eiuſq; melligo.Reliquũ corpus
ſole coquiť.Nocturni rores cauentur.In fictili condita melligo colligiť:ſubinde cyprio ære ſeruatur.
Optia quæ ruffa:acrioꝝq;:& aridior.Preciũ omphacio in libras ſex.Fit & alio modo cum in mortariis
ua immatura teritur.Siccataq; in ſole poſtea digeritur in paſtillos.

De bryo:& oenanthe:& de elate arbore:& cynamo'caryopo. Cap. xxix.

Odem & bryon pertinet uua populi albæ.Optia circa gnidũ aut cariá in ficiẽtibus aũt ſic-
e cis aſperiſq; ſecunda in lycia cedro.Eodẽ & oenãthe ptinet.Eſt ãt uitis labruſcæ uua. Col-
ligitur cũ flore cũ optime olet.Siccaťin umbra ſubſtrato lintheo.atq; i cados condiť.Præ
cipua ex parapotamia:ſecũda ab antiochia:atq; laodicea ſyria:tertia ex montibus medicis.
Hæc utilior medicinæ.Quidã oĩbus is præferũt eã:quæ i cypro inſula naſciť.Nãq; i africa fit ad medi-
cos tantũ ptinet:uocaturq; maſaris.Oĩs aũt ex alba labruſca ꝓſtantior q̃ e nigra.Eſt ꝓterea arbor ad ea
dem unguẽta ptinens:quá alii elaten uocãt:qd'nos albietẽ:alii palmá:alii ſpathen.Laudaťhãmoniaca
maxime mox ægyptia.Dein ſyriaca dũtaxat in locis ſicientibus odorata:pingui lachryma:q̃ in unguẽ Abætem
ta addiť ad domandũ oleũ.In ſyria gigniť & cynamũ:qd' caryopon appellant.Hic eſt ſuccus nuci ex- palmam
preſſus:multũ a ſurculo ueri cynami diffẽrẽs:uicina tamẽ gratia.Preciũ in libras aſſes quadraginta.

CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE. LIBER. XIII.

PROOEMIVM.

De Peregrinis arboribus.

Actenus in odoribus habent prætia ſiluæ erãtq; per ſe mira ſingula:iultq; lu
h xuriá;ea oĩa miſcere:& e cunctis unũ odorem facere.Ita repta ſunt unguẽta.

De unguẽtis & qñ primũ ſunt cognita nobis & de cõpoſitióe. Cap.i.

Vis primus inuenerit nõ trahiť.Iliacis tẽporibus nõ erant nec thura ſuppli-
q cabať.Cædi tantũ & citri ſuoꝝ fructicũ in ſacris fumo cõuolutũ nidoꝛẽ ue Illi uel par
rius q̃ odoꝛẽ nouerant:iã roſæ ſucco reperto.Nominať.n.id quoq; in olei thi
laude.Perſaꝝ eſſe debet gentis unguentũ.Sed & bathilli madẽt eo & accer
ſita cõmendatione ingluuie natũ uirus extinguũt.Primũ quod equidẽ inueniá.Caſtris Darii regis ex
pugnatis in reliquo eius apparatu Alexãder cœpit ſcriniũ unguentoꝝ poſtea uoluptas eius a noſtris
quoq; inter laudiſſima atq; etiã honeſtiſſima uitæ bona admiſſa eſt.Honoſq; iis & ad defunctos ptine-
re cœpit.Quapropter plura de eo dicemus q̃ quæ etiá ii nouerũt.Fruticũ ad preſens nominibus tan-
tum indicabunť.Natura uero eoꝝ ſuis reddetur locis.Vnguentis cognomina dedere aliis patriæ:aliis
ſucci:aliis arbores:aliis cauſæ.Primũq; id ſcire conuenit mutata auctoritate ad peius tranſiſſe gloriam.
Laudatiſſimum fuit antiquitus in delo inſula:poſtea mendeſiũ.Nec mixtura tantum compoſitiõe hoc
accidit:ſed iidẽ ſucci uarie alibi ad quælibet præualuere:aut denegauere.Iriũ corinthi diu maxime pla
cuit:poſtea cyzici:ſimili modo rhodinũ phaſeli.Quam gloriam abſtulere Neapolis: Capua : preneſte.
Corcinũ in ſolis ciliciæ diu maxime laudatum:mox rhodi.Oenanthium in cypro:deinde in ægypto
præpoſitum:poſtea adramiteo.Amaracinũ in eo.Poſtea eodem loco prælatum eſt melinum. Cypri-
num in cypro.Deinde in ægypto ubi mendeſium & methopium gratius factum eſt.Mox hoc abſtulit

phœnice.Et cyprini laudem ægypto reliquit. Panathenicũ ſuum Athenæ perſeueranter optinuere. Fauerat & pardaliũ in tharſo cuius etiam cõpoſitio & mixtura obliterata eſt.Narciſſinũ quoq; ex flore narciſſo deſiit cõponi.Rõ faciendi duplex:ſuccus & corpus.Illæ olei generibus fere cõſtat:hoc odoꝝ. Hæc Stymmata uocant:illa hedyſmata. Tertius inter hæc eſt colos a multis neglectus.Huius cá addũtur cinabari & anchuſa.Sal aſperſus olei naturã cohercet.Quibus anchuſa adiecta eſt ſal nõ addit.Reſina aut gũmi adiiciunt ad continendũ odorem in corpore.Celerrime is euaneſcit atq; defluit ſi nõ ſit hæc addita.Vnguentoꝝ expeditiſſimũ fuit:primũq; ut ueriſimile eſt ebrio & balanino oleo de quibus ſupradiximus.Increuit deinde mendeſiũ.Balanino reſina mixta:magiſq; etiamnũ metopio.Oleũ hoc eſt amygdalis amaris expreſſum in ægypto.Cui addidere omphaciũ:cardamomũ:iuncũ:calamũ: melinum:myrrham:ſemẽ balſami:galbanũ:reſinam therebinthinam.Et e uiliſſimis quidẽ hodie ẽ:ob id credi tũ & id in uetuſtiſſimis eſſe:quod cõſtat oleo myrteo:calamo:cupreſſo:cypro:lẽtiſco:malograna ti cortice.Sed diuulgata maxime unguẽta crediderim roſa:q̃ plurima ubiq; gignit itaq; ſimpliciſſima rhodini mixtura diu fuit additis omphacio:flore roſæ:crocino:cinabari:calamo:melle iunco:ſalis flore:aut anchuſa:uino.Similis ratio & in crocino additis cinabari:anchuſa:uino.Similis & in ſanſucino ad admixtis omphacio:calamo.Optimũ hoc i cypro & mytlenis:ubi plurima ſanſucus.Miſcent & uiliora genera olei myrto lauro:quibus addit ſanſucinũ:liliũ:fœnogræcũ:myrra:caſia:nardũ:iũcus:cyperum momu.E malis quoq; cotoneis & ſtruteis fit oleũ (ut diximus) melinum:quod in unguenta tranſit:admixtis omphacio:cyprino:ſeſamino:balſamo:iunco:caſia:ambrotano. Suſinũ tenuiſſimũ omniũ eſt. Conſtat ex liliis:balano:calamo:mellæ:cinamomo:croco:myrrha:aſpalato.Et idẽ cyprinũ ex cypro:& omphacio:& cardamomo:calamo:aſpalatho:ambrotano.Aliqui & in ciprinũ addũt myrrham & panacem.Hoc optimũ ſidone:mox ægypto:ſi non addat ſeſaminũ oleũ.Durat & quadriennio. Excitat cinamomo.Telinũ fit ex oleo recenti. cypero:calamo melliloto:fœnogræco:melle:mello:oraro:omacro.Hoc erat celeberrimũ menandri poetæ comici ætate.Poſtea multo ſucceſſit propter gloriã appellatũ megaliũ ex oleo balanino:balſamo:calamo:iunco:xylobalſamo:caſia reſina.Huius ꝓprietas ut uẽtileſcat in coquendo donec deſinat olere. Rurſus refrigeratũ odorem ſuũ capit.Singuli quoq; ſucci nobilia unguenta faciũt:In primis:malobathrũ:poſtea iris illyrica:& cyzicena amaracus.Herbani i utraq; pauca iis & alia aliis miſcent.Qui plurima alterutri mel:ſalis florem:omphaciũ angnifoliã panacem. Eexterna oĩa.Et prodigioſa cynnamomo prætia.Adiicit cynnamomo balaninũ oleũ xylobalſamũ: calamus:iuncus:balſami ſemina:myrrha:mel odoratũ.Vnguentoꝝ hoc craſſimũ.Prætia ei a denariis .xxxv.ad.cccx.Nardinũ ſiue foliatũ conſtat omphatio:balanino:iunco:coſto:nardo:amomo:myrrha: balſamo.In hoc genere conueniet meminiſſe herbaꝝ:quæ nardũ indicũ imitent ſpecies nouem a nobis eſſe dictas:tanta materia adulterandi eſt.Omnia ãt acutiora fiũt coſto:amomo quæ maxime nares feriunt.Craſſiora myrrha ſuauioraq;.Medicinæ ãt ulteriora croco. Acerrima per ſe amomo.Hoc & capitis dolores facit.Quidã ſatis habent aſpergere quæ ſunt præcioſiſſima:cæteris decoctis ĩpendio parcentes:ſed non eadem eſt uis:niſi una decoctis.Myrrha & per ſe unguentũ facit ſine oleo:ſtacte duntaxat:alioquin nimiã amaritudinẽ affert.Cyprino uiride fit ſuſino unguinoſum:mendeſio nigrũ:rhodino candidũ myrrha pallidũ.Hæc ſunt antiquæ inuentionis genera:& poſtea officinaꝝ furta.Nunc dicetur cumulus iſte deliciarum & ſumma auctoritas rei.

Maro
Amaracõ

Acnopolum ſed alie alii

Quod unguentum regale nocetur:& quæ diapaſmata:& qualiter. Cap. ii.

e Rgo regale unguentũ appellatũ:quod parthoꝝ regibus ita tẽperat.Conſtat mirobalano: coſto:amomo:cinnamomo:comaco:cardamomo:nardi:ſpica:maro:myrrha:caſia:ſtiraceladano:opobalſamo:calamo:iuncoq; ſyrio:oenãte:malobathro:ſericato:cypro:aſpalatho: panace:croco.cyprio:amaraco:collato melle:uino.Nihil eius rei cã ĩ italia uictrice oĩum: In europa ue tota prætet irin illyricã & nardũ gallicũ gignit.Nam uinũ & roſæ & myrti folia oleumq; cõmunia fere omniũ terraꝝ intelligunt.Siccis odoribus cõſtant quæ diapaſmata uocant.Nã feces unguenti magmata appellant.Inter oẽs potentiſſimus odor qſquis nouiſſime addit. Vnguenta optime ſeruant in alabaſtris.Odores in oleo.Quod diuturnitati eoꝝ tanto utilius eſt:q̃to pinguius:ut ex amygdalis.Et ipſa unguẽta uetuſtate meliora.Sol inimicus iis.Quamobrem in umbra coquunt plumbeis uaſis.Experimentum eorum inuerſa manu capiturne carnoſæ partis calore uitietur.

Quanta in unguentis luxuria:& quando primum romanis in uſu. Cap.iii.

h Aec eſt materia luxus e cũctis maxime ſuperuacui.Margaritæ.n.gẽmæq; ad hæredẽ tamen tranſeũt.Veſtes plongant tẽpus.Vnguenta illico expirant:ac ſuis moriunt horis.Sũma cõmendatio eoꝝ:ut tranſeũte fœminã odor inuitet etiã aliud agentẽ excedũtq; quadrageños denarios libræ.Tantũ emitur uoluptas aliena:Etenim odorẽ q gerit ipſe nõ ſentit, Sed & hæc aliqua differẽtia ſignãda ſunt.In.M.Ciceronis monumẽtis inuenitur unguẽta gratiora eſſe quæ terram:quam quæ crocum ſapiant quando etiã corruptiſſimo in genere.Magis tamen iuuat quædam ipſius uitii ſeueritas.Sed quoſdam craſſitudo maxime delectat.idipſum approbantes.Linique iam nõ

ſolum:ſed & perfundi unguẽtis gaudent. Vidimus etiam ueſtigia pedum tingi: Quod. M. Othonem monſtraſſe Neroni principi ferebant. Quæſo ut, qualiter ſentiretur iuuari ab ea parte corporis. Necnon aliquem, ex priuatis audiuimus iuſſiſſe ſpargi parietes balnearum unguento. Atq; Caium principẽ ſolitum lauari. Ac ne principale uideatur hoc bonũ & poſtea quẽdã ex ſeruis Neronis. Maxime tamẽ mirum eſt hãc gratiam penetraſſe & in caſtra. Aquilæ certe ac ſigna puluerulẽta illa & cuſtodiis horrida ĩ unguntur feſtis diebus. Vtinãq; dicere poſſemus quis primus iſtituiſſet iſta. Nimirũ hac mercede orbẽ terrarũ corruptæ deuicere aquilæ. Iſta patrocinia quæ quærimus uitiis: ut per hoc ius ſummanẽ ſub caſſide unguẽta. Quãdo id primũ ad romanos penetrauerit. nõ facile dixerĩ. Certũ ẽ antiocho rege aſia q; deuictis urbis anno quingenteſimo ſexageſimoquinto. P. Licinium Craſſum Iulliũ Cæſarẽ cenſores edixiſſe: ne quis uenderet unguẽta exotica: ſic enim appellauere. At hercule iam quidã etiã in potu addunt: dantiq; amaritudo eſt: ut odore prodigo fruanẽ ex utraq; parte corporis. L. Plotium. L. Plotii bis conſulis cenſoriſuæ fratrẽ proſcriptũ a triumuiris in ſalernitana latebra unguenti odoro proditum conſtat. Quo dedecore tota abſoluta proſcriptio eſt. Quis enim nõ merito iudicet periſſe tales. Cæterũ terrarum omnium ægyptus accomodatiſſima unguentis. Ab ea campania eſt proxima copia roſæ.

De palmis: & natura earum: & generibus. Cap. iiii.

Vdæa inclyta eſt uel magis palmis: quarũ natura nũc dicetur. Sunt qdẽ ĩ europa uulgoq; italia: ſed ſteriles. Ferũt i maritimis hiſpaniæ fructum: ueꝝ imittem: dulcẽ i africa: ſed ſtatim euaneſcentẽ. Contra in oriẽte ex iis uina. Gẽtiũq; aliquibus panis. plurimis uero etiam quadrupedũ cibus. Quãobrẽ iure dicenẽ externæ. Nulla ẽ ĩ italia ſpõte genita: nec i alia pte terrarũ niſi i calida. Frugifera uero nuſq; niſi i feruida. Gignit leui ſabuloſaq; terra: maiore ĩ pte & nitroſa. Gaudet & riguis: totoq; ãno bibere cũ amet ãno ſitienti: A ſimo quidã etiã lædi putant. Et aſſyriorum pars aliqua ſi nõ riuis miſceat. Genera earũ plurima: Et pria fructicem nõ excedẽtia. Sterilem hãc. Alibi & ipſam fertilẽ: breuẽq; tramis obire umbraq; foliorũ. Tectorii uicẽ hæc parientibus pleriſq; ĩ locis præſtat cõſtra aſpergines. Sũt e procerioribus ſilue arbore ex ipſa foliorũ aculeo fruticãte circa totas pedinatim: quas ſilueſtres itelligi neceſſe eſt. Incerta tamẽ libidine etiã mitioribꝰ ſe miſcẽt. Reliquæ teretes atq; pceræ denſis gradatiſq; corticũ pollicibus: ut orbibus faciles ſe ad ſcandendũ orientis populis præbent. Vtilẽ ſibi arboriſq; iduuiis circulũ mira pernicitate tũ hoĩe ſubeũte. Coma oĩs i cacumine: & pomũ ẽ: nõ iter ſolia ut in cæteris: ſed ſuos iter ramos palmitibus racemoſum. Vtraq; natura uuæ atq; pomi. Folia cultrato mucrone lateribus ĩ ſe bifidatis bellas primũ demõſtrauere gẽmas. Nũc ad funes utiliũq; nexus & capitũ leuia ũbracula fundunẽ. Arboribꝰ imo potius oĩbus quæ terra gignit: hærbiſq; etiã utrunq; ſexũ eſſe diligentiſſimi naturæ tradunt. Quod in plenũ ſatis ſit dixiſſe hoc i loco. Nullis tamẽ arboribus manifeſtius. Mas i palmite floret. Fœmina citra florem germinat tantũ ſpinæ modo. Vtiſq; aũt prima naſcit pomi caro: poſtea lignum intus: hoc eſt ſemen eius. Argumentum q; paruæ ſine hoc reperiũtur in eodẽ palmite. Eſt ãt oblõgum nõ ut oliuis orbiculatum. præterea cæſum a dorſo puluinato: & i aluo media fiſſura pleriſq; umbilicatũ: ũde primum ſpargitur radix. Serit autem pronũ & bina iuxta cõpoſita ſemina: ſuperq; totidẽ: quoniã ĩfirma ſingulis planta eſt. Quaternæ coaleſcunt. Multis candidiſq; lignũ hoc a carnibus diſcinditur tunicis aliis corpori adherẽtibus. laxaq; diſtãs: tantum a cacuminibus filo hahærẽs. Caro matureſcit anno. Quibuſdã tamen in locis ut cypro: quãquam ad maturitatẽ non perueniat: grato ſapore dulcis eſt: & folium ibi iatius: fructuſq; reliquis rotundior. Nec ut deuoreẽ corpus: uerũ ut expuatur ſucco modo expreſſo: Et in arabia languidæ dulces tradunẽ eſſe palmæ. Quãq; luba apud ſcænitas arabas præfert oĩbus ſaporibꝰ: quam uocãt dabulan. Cætero nõ ſine maribus gignere fœminas ſponte ædito nemore confirmant. Circaq; ſingulos plures nutare in eũ pronas brandioribus comis. Illum erectis hiſpidum affiatu uiſuq; ipſo & puluere etiam reliquas maritare. Huius arbore exciſa uiduas poſt ſterileſcere fœminas. Adeo eſt. Veneris intellectus uti coitus etiam excogitatus ſit ab homine: ex maribus flore ac lanugine: interim uero tantum puluere inſparſo fœminis. Serũt ãt palmæ & trunco duoꝝ cubitorum longitudine a cerebro ipſe arboris uiridi fiſſuris diuiſo atq; defoſſo. Et ab radice auulſæ uitalis eſt ſatus: & ramorum teneriimis. In aſſyria ipſa quoq; arbor ſtrata in ſolo humĩdo tota radicatur: ſed ĩ frutices non in arborem. Ergo plantaria inſtituunt: ãniculaſq; tranſferũt: & iterum bimas. Gaudẽt enim mutatiõeſedis: uerna alibi: in aſſyria autẽ circa canis ortũ. Nec fero attingũt ibi nouellas: ſed religãt comas: ut in altitudinem exeant: Robuſtas deputant: craſſitudinis gratia ſemipedales ramorũ relinquẽtes trũcos. Qui deciſi alibi necãt matrẽ. Diximus ſalſam ad iis ſolũ diligi. Ergo ubi non eſt tale: ſalem aſperguntnon radicibus: ſed longius paulo. Quædã in ſyria & ægypto in binos diuidunt ſe truncos: in treta & temos: quædam: & in quinos. Ferũt ſtatim ĩ trimatu. in cypro uero ſyria ægypto q̃drimæ aliæ aliæq; quinquẽnes: aliæ altitudine hoĩs nullo intus pomi ligno q̃diu ſunt nouellæ: ob id ſpadõum accepto nõie. genera earũ multa. Sterilibꝰ admatetiar operaq; lautiora utitur aſſyria: & tota perſi. Sunt & cæduæ palmarum quoq; ſilluæ. germinantes

rursus ab radice succisæ. Dulcis medulla earum in cacumine quod cerebrum appellãt: exẽptaq; uiuũt quod non aliæ. Vocantur autem chameriphes: folio latiore ac molli: ad ultilia utilissimo. Copiosæ in creta. Sed magis in scilia. E palmis prunæ uiuaces: igniscq; lentus. Fruticeratum aliis breuius lignum i pomo: aliis longius. His molius: illis durius. Quibusdã osseum lunatumq; dente contra fascinantes religione politum. aliud pluribus uestitum paucioribusue tunicis. Aliud crassioribus tenuioribusue. Ita fiunt undeqnquagita genera: si quis omnium persequi uelit noia etiam barbara: uinorũq; ex iis differentias. Clarissimæ omnium quas regias appellauere ab honoribus: quoniam regibus tantum perfidi: seruarẽtur babylone natæ unoi orto bagoi. Ita. n. uocãt spadones qui apud eos etiam regnauere. Hortus ille nunq; nisi dominantis in aula fuit. at in meridiano orbe præcipuã obtinent nobilitatem syagri proximamq; margarides. Eæ breues candidæ: rotundæ: acinis q̃ balanis similiores. Quare & nomen a margaritis accepere. Vna earum arbor ichora eẽ traditur: ex una syagrorũ. Mirũq; de ea accepimus cũ phœnice aue: quæ putatur ex huius palmæ argumento nomen accepisse: iterum mori: ac renasci ex se ipsa: Quod erat prius. pomis refertam ipsum pomum grande: durum: horidum: & a cæteris generibus distans: sapore ferino: quem ferme in apris nouimus: euidentissimeq; causa est nominis. Quarta auctoritas sandalidum a similitudine appellata. Iam in æthiopiæ fine quinq; earum nec pluries arbores tradunt: non: raritate magis q̃ suauitate mirabiles. Ab iis caryotæ maxime celebrantur & cibo quidem sed & succo uberrimæ. Ex quibus præcipua uina oriẽti iniqua capiti: unde pomo nomen. Sed ut copia ibi atq; fertilitas: ita nobilitas in iudæa: nec in tota: sed hierecũte maxime. Quãq; laudatæ & archelaidæ & phaselidæ: atq; lybiadæ gentis eiusdem conuallibus. Dos his præcipua. Succo pingui lactentibus: q̃ doq; uini sapore in melle prædulci. Sicciores i hoc genere. Nicolai sed ãplitudinis p̃cipue quaterni cubitorum longitudinem efficiunt. Minus spatiosæ: sed sapore caryotarũ sorores: & ob hoc adelphides dictæ: proximã suauitatem habent: non tamen eandem. Tertiũ ex iis genus pateton: & nimio liquore abundat. Rumpitq; se pomi ipsius etiam in suam matrem ebrietas calcatis simile. Suum genus sed e sicciore turba iacens dactylis prælõga gracilitate curuatis in terram. Nam quos ex iis deoꝝ honori dicamus: idæos appellauit iudæa gens contumelia numinũ insignis. In totum arentes thebaides atq; arabicæ: macro copore exiles: & assiduo uapore torrẽtes. Crustam uerius q̃ cutem obducũt. In ipsa quidem æthiopia friatur hæc tanta est siccitas: & farinæ modo spissatur in panem. Gignitur autem in frutice ramis cubitalibus: folio latiore: pomo rotundo: sed maiore q̃ mali amplitudine. Cycas uocant. Triẽnio matureſcunt. Semperq; frutici pomum est subnascente alio. Thebaidis fructus ex templo i cados cõditur: cum sui ardoris aiam: ni ita fiat: celeriter expiret: marcescitq; non retostus furnis. Ex reliquo genere plebeæ uidentur. Syri hoc & iuba tragemata uocant. Nam in alia parte phœnicis ciliciæq; populari ẽt nomine a nobis appellantur balani. Eorum quoq; plura genera. Differũt: figura rotuditatis aut proceritatis. Differunt & colore: nigriores ac rubentes. Nec pauciores fico traduntur colores. Maxime tamen placent candidi. Distant & magnitudine prout multi cubitum effecere. Quidam sunt non ampliores ceba. Seruantur ii demum: qui nascuntur in salsis atq; fabulosis ut i iudæa: & cyrenaica africa. Nõ item in ægypto: cypro: syria: seleucia: assyria. Quamobrem sues & reliqua animalia ex iis saginantur. Vitiati aut uetusti eius pomi signum est: decidisse candidam uerucam: quæ racemo adhæserit. Alexandri milites palmis uiridibus strangulati sunt. In gedrosis id factum est pomi genere. Alibi copia euenit. Est enim tanta mustei suauitas: ut finis mandendi non nisi periculo fiat.

De syriæ ardoribus. Cap. v.

Syria præter hãc peculiares habent arbores. In nucũ genere pistacia nota. Prodesse aduersus
f serpentiũ tradũtur morsus: & potu & cibo. In ficorum autẽ caricas & minores eius generis quæ cottana uocant. Itẽ pruna in damasco monte nata & myxa: utrãq; iam familiarẽ italiæ
Ex mixis i ægypto & uina fiũt iunipi similitudiné habẽt phœnices & cædrũ minorẽ. Duo eius. genera: lycia & phœnicea. Differũt folio. Nã que durum: acutũ: spinosum habet oxycedros uocat: tamosa & modis infesta. Altera odore p̃stat. Fructum ferũt myrti magnitudine: dulcẽ sapore. Et maioris cædri duo genera. Quæ floret fructũ non fert. Fructifera nõ floret. Ex in ea antecedentẽ fructum occupat nouus. Semen eius cupresso simile. Quidã cædralatẽ uocant. Ex hac resina laudatissima. Materiæ uero ipsi æternitas. Itaq; & simulacra deorũ ex ea factitauerunt. Cædrinus est romæ i delubro Apollo Sosianus e seleucia aduectus. Cædro similis in arcadia est arbor: quæ in phrygia frutex uocat.

De terebintho. Cap. vi.

Syria & terebinthũ habet. Ex iis mascula ẽ sine fructu. Fœminarũ duo genera. Alteri fructus
f rubet lẽtis magnitudine: alteri pallidus. Cũ uite matureſcit nõ grandior: faba: odore iucũdior: tactu resinosus circa idã troadis Sed i macedonia breuis arbor hæc atq; fruticosa i damasco syriæ magna. Materies ei admodũ lẽta: ac fidelis ad uetustatẽ: eximii ac nigri splendoris: flos racemosus oliuæ mõ: sed rubẽs: folia dẽsa. Fert & folliculos emittẽtes q̃dã aialia ceu culices lẽtorẽq; resinosum: qui & cortice erũpit. Etiã rhus syriæ mascula fert: sterili fœmina folio ulmi paulo

longiore.& pilosó:foliorum inter se semper contrariis pediculis:gracili breuiq; ramo:pelles candidæ conficiuntur.Iis semen lenti simile cum uua rubescit:quod uocatur rhus medicamentis necessarium.

De ficu ægyptia & cypria. Cap.vii.

T in ægypto multa arborũ genera:quæ non alibi. Ante omnia ficus ob id ægyptia cogno
e minata. Arbor moro similis:folio:magnitudine:aspectu.pomũ fert nõ ramis:sed caudice ipso.Idq; ipsum ficus est ꝑdulcis:sine granis interioribus:perq; fœcundo prouentu:scalpendo tantum ferries unguibus:alter nõ matutescit.Sed cum factum est quarto diæ demetit alio subnascente.septeno ita numerosa partu:per singulas æstates multo lacte abundãte. Subnascitur etiam si non scalpatur fœtus quater æstate:prioremq; expellit inmaturum.Materies ꝓprii generis iter utilissimas.Cæsa statim stagnis mergit.Hoc est eius siccari.Et primo sidet:postea fluitate incipit:certoq; eam.Suggit alienus.humor:qui aluum omnẽ rigat.Cum innatare cœperit tempestiue habet signum. Huic similis quadam tenus quæ uocatur cypria ficus in creta.Nam & illa in caudice ipso fert pomum & ramis:cum in crassitudinẽ adoleuere.Sed hæc gemina emittit sine ullis foliis radici similia.Caudex arboris populo similis:folium ulmo.Fructus quaternos fundit:totiẽs & germinat.Sed grossus eius nõ matutescit:nisi incisura emisso lacte.Suauitas & interior fici.Magnitudo sorbi.

De ceraunia siliqua. Cap.viii.

Imilis his siliqua quam iones ceraunian uocãt.trũco & ipsa fertilis sed pomo siliquæ.Ob
f id quidã ægyptiã ficum dixere errore manifesto.Nõ enĩ in ægypto nascitur:sed in syria io niaq; & circa gnidũ:atq; in rhodo:semper comãtibus foliis flore candido:cum uehemẽtia odoris.plãtigera imis pũbus & ideo superficie flauescẽs succũ auferẽte sobole.Pomo antecedẽtis ãni:circa canisortus detracto.stati alterũ parit.postea floré per arcturũ hyeme fœtus enutriẽte.

De persico ægypti & spina ægyptia. Cap.ix.

Egyptus & persicã arborẽ sui generis habet similem pyro folia retinẽtem.Fertilitas assidua
a eius subnascente castrino fructu.Maturitas etesiarũ afflatu.pomum longius pyro:incrusum amygdalæ putamĩe & corio:colore herbido:sed ubi nux illi:huic pomũ:differẽs breuitate ac mollicie:Et quanuis blãdiat ꝑdulcis suauitas:nõ inocuũ.Materies bonitate:firmitudine nigricia quoq; nihil differens a loto.Simulacta ex ea factitauere nõ eadẽ gratia q̃ fideli materie: ut ex arbore quã balanũ appellauimus:magna ex parte cõtorta.Naualis ita tantu est. At e diuerso cuci i magno honore palmæ ũmilis:quãdo & eius foliis utũtur ad textilia.Differunt q; in brachia ramorũ spargit.pomo magnitudo quæ mãum ipleat:color fuluus:cõmendabilis succo & austero & dulci.Lignũ itus grãdis firmæq; duriciæ:ex quo uelares detornant anulos.In eo nucleus dulcis dum recens est.Siccatus durescit ad infinitũ:& mandi non possit nisi pluribus diebus maceratus.Materies crispioris elegantiæ:& ob id persis gratissima.Nec minus spina celebratur in eadem gente dumtaxat nigra:quoniam i corrupta etiã in aquis durat:ob id utilissima nauium coctis.Cãdida facile putrescit.Aculeus spinarum & in foliis.Semen i siliquis:quo coria perficiuntur gallæ uice.Flos & coronis iucundus:& medicamentis utilis.Manat & gummi ex ea.Sed ꝑcipua utilitas q; cæsa anno tercio resurgit.Circa thebas hæc:ubi & quercus & persica & oliua.ccc.a nilo stadiis:siluestri tractu & suis fontibus riguo. Innocuũ theophrastus

De pruno & ardoribus circa menphin. Cap.x.

Bi prunus ægyptia nõ dissimilis spinæ proximæ dictæ.pomo mespili:maturescent bruma
i nec folia dimittens.Lignum in pomo grande:sed corpus ipsum natura copiaq; messium instat in colis,purgatum enim tundunt:seruantq; eius offas.Siluestris fuit & circa mẽphim regio tamuastis arboribus:ut terni nequirent uel circũplecti:unius peculiari miraculo:nec pomũ propter usumue aliquem:sed euentũ:Facies enim spinæ folia habet ceu pẽnas:quæ tactis ab homine ramis cadũt protinus:ac postea renascuntur.

De gummi generibus & papyro. Cap.xi.

Vmmi optimũ esse ex ægyptia spina cõuenit:uermiculatum:colore glauco:purũ: sine cor
g tice:dentibus adherẽs.preciũ eius i libras.xiii.Deterius ex amygdalis amaris & cerasso.pessimũ ex prunis.Fluit & ex uitius:ifantiũ ulceribus aptissimũ.Et aliquando in olea dentium dolori.Vlmo etiã i corico mõte ciliciæ.Ac iunipo ad nihil utile.Ex ulmi uero gũmi & cu lices ibi nascunt.Fit & ex sarcocolla:ita uocat arbor:gũmi utilissimũ pictoribus ac medicis:simile polini thuris:& ideo candidũ q̃ rufum melius.preciũ eius qd supra.Nondũ palustria attigimus:nec fructi ces anniũ.prius tamen q̃ digrediamur ab ægypto & papyri natura dicet.Cũ chartæ usu maxie humanitas uitæ constet & memoria.Et hanc Alexandri magni uictoria repertã auctor est.M.Varro.condita in ægypto alexandria: Antea non fuisse chartarum usum. palmarum foliis primo scriptitatũ. Deinde quarundam arborum libris.postea publica monumenta plũbeis uoluminibus.Mox & priuata linteis confici cœpta:aut cæris.pugillarium enim usum fuisse ãte troiana tẽpora inuenimus apud Homerũ.illo uero ꝑdente ne terra quidã ipsa tota fuisse:quæ nũc ægyptus intelligitur:cũ in sebennytico saltẽ eius Schedis

nominis charta nascatur. Postea adaggeratā nilo. Siquidem a pharo insula quæ nunc Alexādriæ ponte iungitur noctis dieiq; uelifico nauigii cursu terrā fuisse prodidit. Mox emulatione circa bibliothecas regum ptolomæi & Eumenis supprimente chartas ptolomæo idem Varro membranas pergami tradidit repertas. Postea ꝓmiscue patuit usus rei qua constat imortalitas hoium. papirum ergo nascit in paluſtribus ægypti: aut quiescentibus nili aquis: ubi euagatæ stagnant duo cubita non excedente altitudine gurgitum. Brachiali rasticis obliquæ crassitudine: triangulis lateribus: decem nō amplius cubitorum longitudine in gracilitatem fastigiatum thyrſi modo cacumen ĩcludens. Semĩe nullo aut usu eius alio q̄ floris ad deos coronādos. Radicibus incolæ pro ligno utunt: nec ignis tantū gratia: sed ad alia quoq; utensilia uasoꝝ. Ex ipso quidem papyro nauigia texūt. Et e libro uela: tegeteſq; : necnō & uestem: atq; stragula ac funes. Mandunt quoq; crudum decoctūq; : succum tantū deuorantes. Nascitur & in syria circa quem odoratus ille calamus lacum. Neq; ad alios usus illis: q̄ funibus. Rex ātigonus in ualibus usus est rebus: nondū sparto cōmunicato. Nuper & in eu phrate nascens circa babylonem papyrum intellectū est eundem usum habere quem chartæ. Et tamen adhuc malunt parthi uestibus litteras intexere. præparantur ex eo chartæ diuisæ acu in prætenues sed q̄ latissimas philuras.

De generib⁹ chartaꝝ: & qūo chartæ fiant: & de chartaꝝ ꝓbatiōe: & uitiis & glutino eaꝝ. Cap. xii.

Incipatus medio atq; inde scissuræ ordine. Hieratica appellabatur ātiquitus: religiosis tātum uoluminibus dicata: quæ ab adulatione Augusti nomē accepit. Sicut secunda Liuiæ a coniuge eius. Ita descēdit hieratica in tertium nomen. proximū amphitreatricæ datā fuerat: a confecturæ loco. Excepit hanc romæ Fannii sagax officina tenuatāq; curiosa interpollatiōe pricipalem fecit e plebeia: & nomē ei dedit. Quæ non esset ita recurata: in suo mansit āphitreatrica. post hanc saitica ab oppido: ubi maxima fertilitas ex uilioribus ramentis. propriorq; etiānū contici. Tæniotica a uicino loco pondere iā hæc bonitate uenalis. Nam emporetica inutilis scribēdo: in uolucris chartarū segestriūq; in mercibus usum præbet: & ideo a mercatoribus cognominata. post hāc papyrum est extremūq; eius scirpo simile: ac ne ad funes quidem nisi in humore utile. Texuntur q; omnes tabulæ madentes nili aqua. Turbidus liquor uim glutini præbet: cum primo supina tabula. Schedа adlinitur lōgitudine papyri quæ potuit eē segminibus utrinq; amputatis. Transuersa postea crates peragitur. Premuntur deinde prelis: & siccantur sole atq; inter se plangulæ iunguntur. A proximarum semp bonitate diminutione ad deterrimas. Nunq̄ plures scapo q̄ uicenæ. Magna i latitudie earum differentia. xiii. digytorum optimis. Duo detrahuntur hieraticæ. Fāniana denos habet. Et uno minus amphitheatrica. pauciore saitica: nunc malleo sufficit. Nam emphoreticæ breuitas sex digitos nō excedit præterea spectantur in chartis tenuitas: densitas: candor: læuor. primatum mutauit Claudius Cesar. Nimiæ quippe Augustæ tenuitas tolerandis nō sufficiebat calamis. Ad hoc tramittens litteras lituræ metum afferebat auersis: & alias indecoro uisu pertranslucida. Igitur & secūdo corio statumina facta sunt e primo subtegmine. Auxit & latitudinē. pedalis erat mensura: & cubitalis macrocolis. Sed tō deprehendit uitium unius schedæ reuulsione plures infestante paginas: Ob hoc prælata omnibus. Claudiæ Augustæ i epistolis auctoritas relicta. Liuiana suam tenuit: cui nihil e prima erat: sed oīa e secūda. Scabritia leuigat dente chonchaue: sed caducæ litteræ fiūt. Minus sorbet. politur & charta magis: ut spledeat. Rebellat sæpe humor incurioſe datus: primoq; malleo deprehendit: aut etiā odore cū fuerit indiligentior. Deprehēditur & lentigo oculis: sed mediis inserta glutinamentis ceu tenia iunco papyri bibulo: ibi uix littera fundente se tantū inest fraudis. Alius igit̄ iteꝝ texendis labor. Glutinum uulgare e pollinis flore tēperatur feruēte aqua nimio aceti aspersu. Nam fabrili a gūmi cōmissuræ fragiles sunt Diligentior cura molli panis frumentati collata aqua feruēte minimū hunc modum itergent. Atq; ēt nili leuitas superat. Omne aūt glutinū nec uetustius esse uno die debet: nec recentius. postea malleo tenuatur: & iteꝝ glutino percurritur: iterūq; cōstricta erugatur: atq; extendit malleo. Ita sunt longiq; monumenta Tiberii Caiiq; Graccoꝝ manus: quæ apud. pomponiū Secundū uatem ciuēq; clarissimū uidi annos fere post. cc. Iam uero Ciceronis ac Diui Augusti Virgiliiq; sæpenumero uidemus.

Plagellæ

De libris Numæ. Cap. xiii.

Ingentia quidem exēpla contra Varronis sententiam de cartis reperiunt. Nāq; Cassius Hemina uetustissimus auctor annaliū quarto eoꝝ libro ꝓdidit Cn. Terentiū scriba agrū suū in iaculo repastinātē offendisse arcā: in qua Numa qui Romæ negauit situs fuisset. In eadē libros eius reptos. P. Cornelio. L. filio cethego. M. Bebio. Q. filio pāphilo cos. Ad quos aregno Numæ colligūtur anni. d. xxxv. & hos fuisse e charta. Maior etiānum miraculo: q; tot ĩsossi duruerūt annis. Quaptopter in re tanta ipsius Heminæ uerba ponā. Mirabant alii qūo illi libri durare potuissent ille ita rationē reddebat. Lapidē fuisse quadratū circiter i media arca uictum cādelis quaqua uersum in eo lapide ĩsuper libros ipositum fuisse: ꝓpterea arbitrarier eum non computruisse. Et libros cædratos ꝓpterea arbitrarier eū tineas nō tetigisse. Nulla i iis libris scripta erāt: nisi philosophiæ pythagoricæ. Eosq; cōbustos a. Q. poetelio prætore: quia philosophiæ scripta essent. Hoc idem tradit. C. Piso

In medio arcæ

censorius primo cõmẽtarioꝙ libro. Sed libros septẽ iuris pontificii: totidẽ pythagoricos fuisse: Tudita nus uero tertio decio Numæ decretoꝙ libro. xii. fuisse ipse Varro humanaꝙ antiquitatũ. vi. Ancias le cundos libros fuisse. Ex iis duodecim põtificales latinos: totidẽ græcos præcepta phiæ cõtinẽtes. Idẽ tertios ponit: quo cõburi eos placuerit. Inter oẽs uero cõuenit Sibyllã ad Tarquinũ superbũ tris libros attulisse Ex quibus igni duo cræmari ab ipsa. Tertius cũ capitolio syllanis temporibus. præterea Mutianus ter cõsul prodidit nuper se legisse cũ præsideret liciæ: Sarpedonis a troia scriptã in quodam tẽplo epistolæ chartã. Quo eo magis miror: si etiãnum Homero prodente ægyptus non erat. At cursi iã hic erat usus i plũbeis linteisqꝫ uoluminibus scriptitatũ constet. Cur & homerus i ipsa illa lytia Bellerophonti codicillos datos nõ epistolas prodidit. Sterilitatẽ sentit hoc quoqꝫ. Factumqꝫ iam Tyberio priope inopia chartæ: ut e senatu darentur arbitri dispensandi alias in tumultu uita erat.

De arboribus æthiopiæ. Cap. xiiii.

Ethiopia ægypto cõterminа insignes arbores nõ fere habet: præter liniferas: quaꝙ natura i
a descriptiõe indorũ atqꝫ rabiæ dicta est. Proprior tñ huic natura lanæ: maiorqꝫ foliculus grа
nati nuodo mali. Similesqꝫ & inter se arbores ipse præter hanc palmæ quales retulimus. Insulatum arbores ambitu æthiopiæ & nemora odorata in mentione earum dicta sunt.

De atlantis arboribus & citreis: & quæ i his laudentur: & quæ uituperentur. Cap. xv.

Tlas mõs peculiarii prodiditur silua: de qua diximus. Confines ei mauri: quibus plurima ar
a bor citri & mensarum insania: quas fœminæ uiris contra margaritas regerunt. Extant hodie. M. Ciceronis i illa paupertate & quod magis mirum est illo æuo emptæ libris. xi. cum his memorãt & Galli Asini quæ libris. xi. uenũdatæ sunt. Et duæ a Iuba regeuẽdente. Quarum alteri precium fuit libris. xv. alteri paulominus. interiit nuper incẽdio quã Cethegus decedens libris. xlii. permutauerat latifundii taxatione si quis prædia tãti mercari malit. Magnitudo amplissima adhuc fuit unius commissæ ex orbibus dimidiatis duobus a rege mauritaniæ ptolomæo quattuor pedum & semipedis per medium ambitũ: crassitudine quadrãtali. Maiusqꝫ miraculum i ea est artis latente iunctura: qꝫ potuisset esse natura. Solidæ a Nomio Tiberii Cesaris liberto cognomẽ trahentis tribus silicis infra quattuor pedes: totidẽqꝫ ista semipedem crassitudinis. Qua in re non omittendum uidetur Tiberio principi mensam quattuor pedes sextante & silicio excedentẽ. Tota uero crassitudie sescũtiali operimento conchylii & laminæ per medium uestitã fuisse: cũ tam optia Nomio liberto eius eẽt. Cuius materia erat tuber: hoc ẽ radicis uitium. Maximeqꝫ i eo laudatũ quod sub terra totũ fuerit & rarius amplitudo ac radices æstimari possunt ex orbibus. Sũt autem cupresso fœminæ etiamnum siluestri similes folio: odore: caudice. Anchorarius mons uocatur citerioris mauritaniæ: qui laudatissimam de- peruiis uel
dit citrum iam exhaustus. Mensis præcipua dos in uena crispis: uel in uertice paruis. illud oblongo eue uariis
nit discursu: ideoqꝫ trigrinæ appellanẽ. Hoc in torto: & ideo tales pantherinæ uocãtur. Sunt & ũdatim
crispæ: maiore gratia si pauonũ caudæ oculos imitentur. Magna uero post has gratia extra prædictas
crispi densa ueluti grani congerie: quas ob id a similitudine apiatas uocant. Summa uero oium i colo Mulsi
re. Hic maxime mulli placet suis refulgens uenis. post hæc amplitudo etiã totius caudicis. iuuant plura
quoqꝫ i una mensa uitia. Lignum ita uocatur Materia surda & indigesta simplicitas: aut platani foliosæ
modo digesta. Illigneæ uenæ ẽt similitudo: uel coloris: & quibus maxie obnoxias fecere æstus uentiqꝫ
rimæ aut capillamenta rimas imitata. postea murena nigro transcurrens limite: uariisqꝫ corticũ punctis
apprehẽsus papauerꝙ mõ: & in totum atro ppior colos: maculæue discolores. Virides terra condunt
barbari: & cætera illinunt. Artifices uero frumenti aceruis ponunt septenis diebus: totidem intermissis. Mirũqꝫ ponderi quantũ ita detrahant. Naufragia docuere. Nuper quoqꝫ hanc materiã siccatã maris duricie & maturitate incorrupta spissari: nõ ullo modo uehemẽtius. Nutriuntur optimæ: splẽdescunt: manuqꝫ ficce fricãtur ab alienis maxime: ne ab accolis lædantur: ut i his genitæ. Inter pauca nitidioris uitæ instrumenta hæc arbor est. Quapropter insistendum ei quoqꝫ paulum. uidetur.

De arbore trogete. Cap. xvi.

Ota etiã Homero fuit: Trogete uocatur: ab alliis thia. Hãc igit inter odores uri tradit i deli
n cis Circes: quã deam uolebat itelligi magno errore eoꝝ qui odoramẽta i eo uocabulo ac
cipiũt. Cũ psertim eodẽ uersu citrũ laricẽqꝫ una tradat. in quo manifestum est de arboribꝰ
tantũ locutũ. Teophrastus q primus a magni alexãdri ætate scribit q̃ circa urbis romæ qua
drigentesimũ quadragesimũ gesta sunt annũ magnũ iam huic arbori honorẽ tribuit memoratas ex ea teferens tẽploꝝ ueterũ cõtignationes: quandã immortalitatẽ materiæ i tectis contra uitia oia icorruptæ. Radice nihil crispius. Nec aliunde preciosiora opera præcipuã autẽ esse eam arborem circa. Hãmonis delubrum. Nasci & in inferiore cyrenaicæ parte. De mensis tamẽ tacuit. Et alias nullius ante ciceronianã uetustior memoria est. Ex quo nouitiæ apparent. Alia est arbor eodem nomine malum ferens execratam aliquibus odore & amaritudine: allis expetitum: domos etiam decorans: nec dicenda uerbosius.

De arbore loto. Cpi xvii.

e Adem africa quã uergit ad nos insignem arborem loton gignit:quã uocant celtin. Et ipsam italiæ familiarem:sed terra mutatam. præcipua est circa syrtes atq; nasamonas. Magnitudo quæ pyro:quãq; Nepos Cornelius breuem tradat. iciſuræ i folio crebriores:alioq; illis uiderentur. Differentiæ plures:eæq; maxime fructibus fiunt. Magnitudo huic fabæ:color croci:sed ante maturitatem alius atq; alius:sicut i uuis. Nascitur densus i ramis myrti modo:nõ ut i italia cerasi. Tam dulcis ibi cibus:ut nomen etiam genti terræq; dederit nimis hospitali aduenarum oblitione patriæ. Fetunt uentris non sentire morbum qui eum mandant. Melior sine interiore nucleo:qui in altero genere osseus uidetur Vinum quoq; exprimitur huic simile mulso: quod ultra denos dies negat durare idem Nepos:baccasq; contusas cum siliqua ad cibos dolii condi. Quin & exercitus pastos eo accepimus ultro citroq; commeantes per africam:Ligno colos niger. Ad tibiarum cantus expetitur. E radice cultellis capullos breuesq; alios usus excogitauit. Hæc ibi natura arboris. Est autem eodem nomine & hærba & in ægypto caulis in paluſtrium genere. Recentibus enim aquis nili riguis prouenit similis fabæ caule foliisq; densa congerie stipatis breuioribus tãtum gracilioribusq;:cui fructus in capite papaueri similis incisuris:omniq; alio modo. Intus granaceu miliũ. Incolæ capita in aceruis putrefaciunt:mox seperant lauando:& siccata tundunt:eoq; pane utunt. Mirum est quod præter hæc traditur Sole occidente papauera ea comprimi & integi foliis: Adortũ autem aperiri donec matureſcant:floſq; qui est candidus decidat.

Alica

De scapo ipso:& radice loti. Cap. xviii.

Oc amplius in Eufrate tradunt:& scapum ipsum & florem uespera mergi usq; i medias noctes. Totũq; abire in lacum:ut ne dimissa quidem manu possit inueniri. Verti deinde:paulatimq; subrigi:& ad exortum solis emergere extra aquam:ac florem patefacere:atq; etiamnum exurgere ut plane ab aqua absit alte. Radicem loros hæc habet mali cotonei magnitudie opertam nigro cortice:qualis & castaneas tegit. Interius candidum corpus:gratum cibis:sed crudã gratius decoctum siue aqua siue pruna. Nec aliunde magis q̃ purgamentis eius:sues crassescunt.

h

De paliuro. & punico malo:& de flore punici mali. Cap. xix.

Yrenaica regio loton suæ postponit paliuro. Fructicosior hæc fructuq; magis rubens:cuius nucleus nõ simul mãdit. Iucũdus per se:atq; suauior ẽ uino. Quin & uina succo suo comẽdans. Interior africa ad gramathas usq; & deserta palmæ magnitudie & suauitate cõstat. Nobilis maxime circa delubrũ. Hãmonis. Sed circa carthaginẽ punicũ malũ cognomen sibi uẽdicat. Aliqui granatũ appellant. Diuisit & i genera: A pyrinõ uocando cui lignosus nucleus abest Sed cãdidior ei:natura:ei brãdiores sunt acini:minusq; amari:distincti mẽbranis. Alia structura eorum q̃dam ut i fauis. Cõmunis nucleos habentiũ quinq; species:dulcia:acria:mixta:acida:uinosa. Samia & ægyptia distinguunt. Erythrocomis & leucocomis. Corticis maior usus ex acerbis ad pficienda coria. Flos balaustium uocatur:& medicinis idoneus & tingendis uestibus:quæ color inde nomẽ accepit.

c

Glaucocomis

De Asiæ & Græciæ fructibus. Cap. xx.

Nasia & græcia nascuntur frutices. Epipactis quẽ alii Eleborinen uocant:patuis foliis. quæ potata contra uenena profunt:sicut hedera cõtra serpentes.

i

De timelea siue chamelea:& tragacanthe:& de tragio:siue scorpione:& myrice:& brya:& galla. Cap. xxi.

T in quo nascit granũ gnidiũ:quod aliqui linũ uocãt:Fruticem uero timeleã:alii chamelean:alii pyrosachnẽ:alii Cnestrõ:alii cneorõ. Est similis oleastro:foliis angustioribus:gummosis si mordeant:myrti magnitudine:semine:colore:& specie fatris. ad medicie tm̃ usum

e

Foris

Tragõ fruticẽ sola creta insula gignit terebintho similẽ & semine. Quod cõtra sagittarum ictus efficacissimũ tradunt. Eadẽ & tragacantẽ spinæ albæ radice multum prælatam apud medos:aut i Achaia nascenti. Præciũ eius in libras. xiii. Tragon & asia fert:siue scorpionẽ:ueprẽ sine foliis: racemis rubentibus:ad medicinæ usum. Myricen & italia:quam alii tamaricẽ uocãt. Achaiam aũt bryan siluestrem:in signẽ in ea quod satiua tantũ ferat gallæ simillem fructum in syria & in ægypto copiosa hæc est:cuius infœlicia ligna appellamus:quæ tamẽ infœliciora sunt græciæ. Gignit enim arboré ostryã: quam & ostryã uocãt:solitariam circa saxa aquosa:similem fraxino cortice & ramis & folio:pilis paulo tamẽ longioribus crassioribusq;:ac rigosis incisuris quæ per totam discurrunt. Semie ordeo simili & colore & materia dura atq; firma:quæ i domũ illata difficiles partus fieri produnt:morteſq; miseras.

Piri

De Euonymo:& adrachna congygia & tapsia. Cap. xxii.

Ec auspicatiorĩ lesbo insula arbor quæ uocat Anonymos:non absimilis punicæ arbori itemq; eam & lauri folii magnitudie:figura uero & mollitia punicæ:flore cãdidior ẽ:statí pestẽ denunciãs. Fert siliquas sesami similes:intus granũ quadrãgula figura:spissum:lœtale aialibus:necnon & in folio eadẽ uis. Sucurrit aliquando præceps alui exinanitio. Alexander

n

Euonymos

Cornelius arborem eonem appellauit:ex qua facta esset argo similē robori uiscum fertēi:quæ nec aqua nec igni posset corrúpi:sicut nec uiscū:nulli alii cognitā quod equidē sciam. Adrahnē omnes fere græci portulacæ noie interpretātur:cum illa sit hærba & andrachne uocet unius litteræ diuersitate. Cetęę adrachne est siluestris arbor:neq; i planis nascens:similis unedoni folio tātum minore:& nunquā decidente. Cortice nec scabro quidē:sed qui circūgelatus uideri possit:tā tristis aspectu est. Similis & coggygia est folio:magnitudine minor. Proprietatem habet fructū amittendi lanugine pappum uocant quod nulli alii arbori euenit. Similis & apharce bifera æque q̄ adsachne. priorē fructum incipientē pubescere uua peragit:alterum i initio hyemis. Quales eos nō traditur. Et ferulā inter externas dixisse cō ueniet arborūq; generi adscripsisse quoniā quarūdā naturæ sicut distinguemus:lignum omne corticis loco habēt:hoc est forinsecus ligni autē loco fungosam itus medullā ut sanbuci. Quædā uero inanita tem ut arundines. Ferula calidus nascitur locis:atq; trans maria geniculatis nodata scapis. Duo eius genera. Nartheca greci uocant assurgentē in altitudine. Narthecia uero semper humilem a genibus exuuia folia maxia ut quæq; terræ proxima. Cætero natura eadem quæ anetho:& fructui similis. Nulli fructicum leuitas maior:ob id gestata facilius baculoęę usum senectuti p̄bet. Semen ferulæ thapsiā quidam uocauere decepti eo:quoniā ferula sine dubio ē thapsia:sed sui generis foliis fœniculi:inani caule nec excedente baculi longitudinē. Semen quale ferulæ:radix candida. Incisa lacte manat:& cōtusa succo:nec corticē abdicāt:omnia ea uenenata. Quippe etiā fodientibus nocet:si nimia aspirat aura:itumescunt corpora:faciēq; iuadūt ignes sacri:ob id cæroto prius illinūt. Quibusdā ramen morbis auxiliari dicunt medici permixtā aliis. Item i alopeciis fugillatisq; ac liuentibus Ceu uera remedia desint:ut scelera contractent. Sed ista prætexuerunt noxio instrumento:tantūq; impudentiæ est:ut uenenum artis esse persuadeant. Thapsias in africa uehementissima. Quidam caulem incidunt per messes:& in ipsa excauant radice:quo succus confluat:arefactūq; tollunt. alii folium. Radicem tondunt in pila:& succum in sole coactum diuidunt in pastilos. Nero Cæsar claritatem ei dedit:initio imperii:nocturnis crassationibus conuerberatam faciem illinens sibi cum thure cæraq;:& sequenti die contra famā cutem sincerum circunferens. Ignem ferulis optime seruari certum est:easq; in ægypto præcellere.

De capari siue cynosbato aut opheostaphyle:& de saripha. Cap.xxiii.

Bi & capari firmioris ligni frutex:seminisq; & cibi uulgati. Caule quoq; una plerūq; decerpto Cauenda eius genera peregrina. Siquidem arabicum pestilēs. Africum gingiuis inimicum Marmaricum uuluis:& omnium inflatuonibus Apulum uomitus facit. Stomachū & aluum mouet. Quidam eum cynosbaton uocant:alii opheostaphile:fruticosi est generis Et saripha circa nilū nascens duoęę cubitorum altitudine:pollicari crassitudine. Coma papyri similiq; manditur modo Radice ferrariis officinis præcipua carbonis usu propter duriciam.

i ophioscordon. phyloſtaphilō Sari

De spina babylonis regia & de cytiso. Cap.xxiiii.

On omittendū est & quod babylone seritur in spinis:quoniam non aliubi uiuit. Estq; sicut uiscum i arboribus. Sed illud in spina tantum:quæ regia uocatur. Mirum q̄ eadem die germinat quod iniectū est. Iniicitur autem ipso canis ortu:& celerrime arborem occupat. Condiunt eo uina:& ideo seritur. Spina illa nascitur & athenis i lōgis muris. Frutex est & cytisus ab Aristomacho athenensi miris laudibus prædicatus pabulo ouiū. Aridus uero etiam suum. Spō detque iugero eius ánuos perpluris uel mediocri solo redditus. Vtilitas hærbosa:ergo & eo lætior satietas q̄ p quámodico pinguescūt & quadrupedia:ita ut iumenta ordeum spernant. Nō ex alio pabulo lactis maior copia aut melior. Super omnia pecorū medicina a morbis omni usu præstante. Quin & nutricibus i defectu lactis aridum atq; in aqua decoctum potui cum uino dari iubet:& firmiores celsioresq; ifantes fore. Viridem etiam gallinis:aut si aruerit madefactum. apes quoq; nūq̄ de flore cytisi pabulum cōtingentes promunt Democritus & Aristomachus. Nec aliud minoris impedii est seritur cū ordeo:aut uere semine ut porrum. uel caule autúno ante brumā. Si semine:madidum. Et si desit hymbres:satum spargitur. Plantæ cubitales perferuntur scrobe pedali. Seritur post æquinoctia tenero fruti ce. perficiē triennio. Demetiē uerno æquinoctio cū florere desinit:uel pueri uel anus uilissima opa. Canus aspectu breuiterq; si quis exprimere uelit. similitudinem anguſtioris trifolii frutex. Datur animalibus post bidium semper. Hyeme uero quod inaruit:madidum. Satiant equos denæ libræ:& portione minora animalia. obiterq; inter ordines alium capescere fertile est. Inuentus hic frutex in cytiso insula inde translatus est iomnes cycladas:mox in urbes græcas magno casei prouentu. propter quod maxime miror rarum esse in Italia. Non æstuum nō frigorum nō grandium aut niuis iniuriam expauescit adiicit Higinus ne hostium quidem propter nullam gratiam ligni.

n

Et cepas seri uel hoc alueorum

De fruticibus & arboribus nostri maris:atq; rubri:& indici. Cap.xxv.

Ascunē & in mari frutices arboresq; minores in nostro. Rubrū enim & totus oriētis occeanus refertus est siluis. Nō habet lingua alia nomē:quod græci uocant phycos:qm̄ alga hærbaę magis uocabulū itelligit. Hic autē est frutex. Folia lata colore uiridi gignit:q̄ q̄dam

praſon uocãt:alii zoſtera.alterum genus eiuſdẽ:capillaceo ſolio ſimile fœniculo.ĩ ſaxis naſcit. Superi us iuadit haud ꝓcul littore.Verno utrunq;:& iterit autũno.Circa cretam inſulam nato in petris purpu ras quoq; ificiunt.Laudatiſſimo a parte aquilonis:aut cum ſpongiis.Tertium eſt gramini ſimile:radice geniculata & caule:qualiter calami.Aliud genus fruticum biyon uocatur filio lactucæ rugoſiore tan tum.Iã hoc in terra naſcens.In alto uero abies & quercus cubitali altitudine.Ramis eorum adhærent conchæ.Quercu etiã tingi lanas tradunt. Glandem etiam quaſdã ferre in:alto naufragiis hæc depte henſa urinãtibuſq;.Et aliæ tradũtur prægrandes circa ſycionem.Vitis enim paſſim naſcitur.Sed ficus ſine fronde:rubro cortice.Fit & palma fruticũ generis:extra Herculis columnas porri fronde naſcitur frutex:& alius lauro & thymo ſimilis.qui ambo eiecti in pumicẽ tranſſigurantur.at in oriente mirum eſt ſtatim a copto per ſolitudies nihil gigni præter ſpinã:quæ ſitiens uocatur:& hanc raram admodũ. In mari uero rubro ſiluas uiuere:maxie laurum & oliuam ferentẽ baccas:& cum pluat fungos:qui ſo le tacti mutãtur ĩ pumicẽ.Fruticum ipſoꝝ magnitudo ternorum eſt cubitorum caniculis referta:uix ut reſpicere e naui tutum ſit ramos plerunq; ipſos inuadentibus.Qui nauigauere ĩ idos Alexãdri milites frondẽ marinarum arborum tradidere ĩ aqua uiridem fuiſſe:exẽptam ſole protinus ĩ ſalẽ areſcentem. Iũcos quoq; lapideos perq̃ ſimiles ueris per littora:& ĩ alto quaſdã arbuſculas colore bubuli cornus ra moſas & in cacuminibus rubentes:cum tractarentẽ uitri modo fragiles.In igne aũt ut ferrum exarde. ſcentes:reſtinctis colore ſuo redeunte.Eodem in tractu inſularum ſiluas operit æſtus q̃q̃ altiores ſint pla tanis populiſq; altiſſimis.folia laurea:flos uiolæ:& odore & colore.Baccæ ut oleis:& ipſæ odoris iucũ di autũno naſcentes:foliis numq̃ deciduis.Harum minores totas integit mare.Maximaꝝ cacumina ex tant:ad quæ naues religantur:& cum deceſſerit æſtus ad radices.Alias quoq; arbores in alto ab eiſdem accepimus eodem in mari uiſas:ſemper folia retinẽtes.Fructum earum lupino ſimilem:luba tradit cir ca troglodytarum inſulas fruticem in alto uocari iſidos plocamon corallio ſimilẽ ſine foliis præcisum mutato colore in nigrum dureſcere.Cum cadat:frangi.Item alium qui uocetur charitoble pharon eſſi cacem in amatoriis.Spathalia eo facere & monilia:fœminas.Sentire eum ſe capi:durariq; cornus mo do & hebetare aciem ferri.Quod ſi fefellerint inſidiæ ĩ lapidem:tranſfigurari.

CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER .XIIII.

In Quo Fructiferæ Arbores traduntur.

PROOEMIVM.

Xternæ arbores indociles:quæ naſci alibi q̃ ubi cœperẽt:& quæ in alienas nõ cõme ant terras hactenus fere ſunt.Liceteq; iã de cõmunibus loqui quarũ omniũ peculia ris parens uideri poteſt italia.Noſcentes tantũ meminerint naturas eaꝝ a nobis in terim dici:nõ cultures.Quãq̃ & colẽdi maxia in natura portion:ẽ.Illud ſatis mira ri nõ queo iteriſſe quarundã memoriã:atq; ẽt noſtrum quæ auctores ꝓdidere noti tiã.Quis.n.nõ cõcato orbe terraꝝ:maieſtate romãi iperi:ꝓfeciſſe uitã putet com mercio rerũ:Ac ſocietate feſtæ pacis:oſiaq; etiam quæ occulta ante fuerant ĩ ꝓmiſcuo uſu facta. At her cule nõ reperiuntur qui norint multa ab antiquis prodita:tm̃ priſcoꝝ cura fertilior:aut induſtria fœli cior fuit:ante milia annoꝝ:iter principia litterarũ.Heſiodo ꝓcepta agricolis pãdere orſo: ſubſecutiſq; nõ paucis hãc curã eius:unde nobis creuit labor.Quippe cum requirẽda ſint non ſolum poſtea inuen ta:uerũ etiã ea quæ inuenerant priſci deſidia rerũ intermitione memoriæ iducta.Cuius ſomni cauſas q̃s alias q̃ publicas mundi inuenerit.Nimirũ alii ſubiere ritus.Circaq; alia mentes hominum detinentur & auaritiæ tantũ artes colunt:antea icluſis gentiũ ſperiis itra ipſas.Ideoq; & ingeniis quadã ſtenuitate fortunæ neceſſe erat aĩ bona exercere Reges inumeri honore artiũ colebãtur:& in oſtentatiõe has præ ferebant:opẽ & imortalitatem ſibi per illas prorogari arbitrantes.Quare abundabãt & præmia & ope uitæ.Poſteris laxitas mundi & rerũ amplitudo damno fuit:poſtq̃ ſenator cenſu legi cœptus iudex fieri cenſu magiſtratũ ducemq; nil magis exornare q̃ cenſus:poſtquã cœpere orbitas ĩ auctoritate ſumma & potentia eſſe:captatio ĩ quæſtu fertiliſſimo:ac ſola gaudia in poſſidẽdo:peſſum iere untæ pretia om neſq; a maxio bono liberales dictæ artes in cõtrariũ cecidere:ac ſeruitute ſola profici cœptũ.Alius.hãc alio modo:& in aliis adorare:eodem tamẽ habendi quæſtu ad ſpes hominũ tendente uoto.paſſim ue ro etiam egregii aliena uitia q̃ bona ſua collere malle.Ergo hercule uoluptas uiuere cœpit:uita ipſa de ſiit.Sed nos oblitterata quoq; ſcrutabimur.Nec deterrebit quarundã rerum humilitas:ſicut nec ĩ ani malibus fecit.Quãq̃ uidemus.Virgiliũ præcellentiſſimũ uatem eadem cauſa hortoꝝ dotes fugiſſe:et tã tiſq;:quæ retulit flores modo rerũ decerpſiſſe.Beatũ fœlicẽq; gratiæ quindecim oĩno generibus uuaꝝ nominatis:tribus oleæ:totidẽ pyrorũ:male uero tantũ aſſyrio.cæteris oĩbus neglectis.Vnde autem po tius incipiemusq̃ a uitibus.Quarum principatus in tãtum peculiaris italiæ eſt.ut uel hoc uno omnia gentium uiciſſe q̃q̃ odorifera poſſit uideri bono:q̃q̃ ubicũq; pubeſcentium odori nulla ſuauitas ꝓferẽ.

Decimusquartus

De Vitium natura:& quibus modis ferant. Cap.i.

Ites iure apud priscos magnitudine quoq; inter arbores numerabantur. Iouis simulacrũ in
a urbe populonio ex una conspicimus uite tot æuis in corruptũ. Item massiliæ paterá. Metaponti templũ iunonis uitigineis colũmnis stetit. Etiamnũ scalis tectũ ephesiæ Dianæ scanditur uite una cypria (ut ferunt) quoniam ibi ad præcipuá altitudinẽ exeunt. Nec est ligno ulli æternior natura. Vegr ista ex siluestribus facta crediderim quando hæ uires tonsura annua coercẽtur:& uis earũ omnis euocatur in palmites aut deprimitur in ꝓpagines: succiq; tantũ gratia ex iis pluribus modis ad cæli mores soliq; ingenia. Iam in campano agro populis nubunt: maritasq; cõplexæ: atq; per ramos earũ procacibus brachiis geniculato cursu scandentes cacumina æquant: in tantũ sublimes ut uindemiator autoratus rogũ ac tumulũ excipiat. Nullo fine crescunt: diuidiq; aut potius auelli nequeunt. Villas & domos ambiũt singulaꝝ palmitibus ac sequacibus lotis memoria quoq; dignum inter prima Valerianus quoq; Cornelius existimauit. Vna uitis romæ in liuiæ porticibus subdiales deambulationes umbrosis operculis opacat. Eademq; duodenis musti amphoris. fœcũda. Vlmos quidem ubiq; exuperant. Miratũq; altitudinem earũ ariciæ ferunt legatum regis Pyrrhi Cyneã facere iussisse austeriore gustu uini merito matrẽ eius pendere in tam alta cruce. Rumpotinus uocatur & alio nomine populus arbor italiæ padum transgressis: cuius tabulata in orbẽ patula replent: puroq; prodigio dracone in palmã eius inde subrectos ramoꝝ digitos flagella dispergũt. Eædem modici hominis altitudine adminiculate fudibus horrent: uineãq; faciunt: & aliæ improbo reptatu pampinorũq; superfluitate peritia domini amplo discursu atria media cõplentes. Tot differentias uel sola tantũ italia recipit. Stat prouintiaꝝ aliquaꝝ per seuitis sine ullo pedamẽto: artus suos in se colligens: & breuitate crassitudinem pascens. Vetant hoc alibi uenti: ut in africa & in narbonẽsis ꝓuintiæ partibus. Excrescereq; ultra suos pollices prohibitæ: semperq; pastinatis similes hærbaꝝ modo naganꝫ per arua: ac succũ terræ passim uuis bibunt: quæ ob id magnitudinem infantiũ puerorũ interiore africæ parte exuperant uites. Vua non alibi gratior callo: ut inde possit inuenisse nomen duracini durus acinus. Nanq; genera magnitudine: colore: saporibus acini innumerata etiamnũ multiplicanꝫ uino. Hic purpureo lucent colore: illic fulgent roseo: nitentq; uiridi. Candidæ. n. nigræq; uulgares. Tument uero mammaꝝ modo bumasti. Prælongis dactyli porriguntꝫ acinis. Est & illa naturæ lasciuia: ut prægrandibus adhæreãt per gulis parui: mites & suauitate certantes leptorhagas has uocant. Durant aliæ per hyemẽ pensili concamerate nodo. Aliæ in sua tantum continentꝫ anima ollis fictilibus & insuper foliis inclusæ stipatæ uinaceis circunsudantibus. Aliis gratiam qui & uinis fumus affert Fabrilis: nisq; gloriã præcipuam in fornacibus africæ Tiberii Cæsaris auctoritas fecit. Ante eum reticis prior mensa erat & ullis ueronensium agro. Quin & a patientia nomen acinis datur passis. Conduntur & musto uuæ: ipsæq; uino suo inebriãtur. Aliæ decoctæ in musto dulcescunt. aliæ uero sobolem nouam in matre ipsæ expectant trãslucidæ uitro: affertq; acinis tandem: qꝫ in doliis amphoris ue duratricem illam firmitatem austeritas picis insula pediculo. Iam inuenta uitis per se in uino picem habens resipiensq;. Viennensem agrum Nobilitas: atq; hæc Virgilii uatis ætate incognita: a cuius obitu nonaginta aguntur anni. Quid ꝙ insertæ castris summam rerum imperiũq; continent? Centurionum in manu uitis: optimo præmio tardos homines ad lentas perducit aquilas: atq; etiam in delictis pœnam ipsam honorat. Necnon uineæ oppugnationum dedere rationem. Nam in medicaminibus adeo magnum optinent locum ut per sese uino ipso remedia sint.

Vuis an illis

De generibus uitium. Cap.ii.

Enera uitiũ cõprehendi numero unus existimauit Democritus: cũcta sibi græciæ cognita
g ꝓfessus. Cæteri innumera atq; infinita eẽ ꝓdiderunt. Quod uerius apparebit ex uinis. Nec oia dicentꝫ: sed maxime insignia: quippequæ totidẽ sunt pene quod agri. Quãobrem celeberrimas uitiũ aut quibus est aliqua ꝓprietate miraculum ostẽdisse satis erit. Principatus datur amineis ꝓpter firmitatẽ senioq; ꝓficientem uini eius ubiq; uitã. Quinq; eius genera. Ex iis germana minor acino melius deflorescit: hymbres tẽpestatesq; tolerat. Nõ itẽ maior sed in arbore qꝫ i iugo minus obnoxia. gemellaꝝ quibus hoc nomẽ uuæ semp gæminæ dedere: aspernimus: sapor: sed uires ꝑcipuæ. Ex iis minor austro lædit̃: cæteris uentis alit̃: ut in uesuuio mõte surrentiniq; collibus. In reliquis italiæ partibus nõ nisi arbori accõmodata. Quintum genus lauatæ ne feres miremur aut indos: adeo lanugo eã uestit. Prima examineis maturescit ocissime atq; putrescit. Proxia dignitas ueiẽtanis rubẽte materia. Quapropter quidam rubellas appellauere uineas. Eæ minus fertiles uinaceis: & fæce nimiæ. Contra pruinas fortissima: siccitate magis qꝫ hymbre: æstu qꝫ algore uexantur. Quamobrẽ in frigidis humidisq; principatũ optinent. Fertilior quæ minora acino: & folio scissa minus. Apianus apes dederе cognomẽ: præcipue earũ auidæ. Ex iis duo genera: lanugine & ipsæ pubescunt. Distãt ꝙ altera celerius maturescit: quanq; & altera ꝓpetante. Situs frigidos nõ respuũt: & tamẽ nullæ celerius hymbre putrescunt. Vina primo dulcia austeritatẽ annis recipiunt: & rubra fiunt. Nulla magis uitæ gaudet. Et ha-

Vino acinis

Colet nō Profit

ctenus potissima nobilitas dat peculiaribus atq; uernaculis italiæ. Cæteræ aduenere chio thasoue. Gtæ cula non infelior amineis bonitate prætenera acino: & uua tam parua: ut nisi pinguissimo solo coalere non possit. Eugeniam tauromenitani collis cum generositatis cognomine misere albano tantū agro qm̄ translata statim mutatur. Namq; est aliquibus tantum locoq; amor: ut oēm in iis gloriam suam re linquant: nec uſq; transeant totæ. Quod & in rhetica allobrogicaq; quam supra picatam appellauimus euenit: domi nobilibus nec agnoscendis alibi. Fœcundæ tamen bonitatis uice copiā præstāt. Eugenia feruentibus locis: rhetica temperatis: allobrogica frigidis: gelu maturescens & colore nigra. Adhuc ex iis quas diximus: sed etiā e nigris uina uetustate in albū colorem transeunt. Reliquæ ignobiles. Aliquā do tamen cæli aut soli opera nō fallunt uetustatem: sicuti fecenia & cum ea florens biturica. Acino tarior nunq̄ floris obnoxii: qm̄ antecedunt: uentisq; & hymbribus resistunt. Meliores tamen algentibus locis q̄ calidis: humidis q̄ sitientibus. Vix ulla magis tā denso unaq; partu impatiens uariantis cæli: sed contra tenorem unum algoris æstusue constans. Quæ minor est ex eo genere mollior. In neglecto solo morosa. Pingui putrescit. Gracili omnino non prouenit. Mediā temperiem delicate quærit: ob hoc sabinis collibus familiaris. Vua eius indecora uisu: sapore iucunda: nisi natura protinus rapiatur: etiam non putrescens cadit. Contra grandines eā tuetur folioq; amplitudo atq; duricia. Insignes iam colore inter purpureas nigrasq; medio heluolæ sæpius uarianti: & ob id uarianæ a quibusdam appellatæ. Præfertur in iis nigrior: utraq; alterius annis fertilis. Sed melior uino cū parcior. Et præciæ duo genera magnitudine acini discernūtur. Quibus materies plurima: uuaq; ollis utilissima: folio apio simulis Basilicam dyrachini celebrant. Hispaniæ cocolobin uocant. Grauior uua æstus austrosq; tollerat. Capiti inimica. Copia larga. Hispani duo genera eius faciunt. Vnū oblongo acino: altero rotundo: nouissimas uindemiant. Quo dulcior cocolobis: hoc melior. Sed & austera trāsit in dulcem uetustate: & quæ dulcis fuit in austeritatem. Tuncq; albanum uinū æmulantur. Tradūt uesicæ uitis utilissimū ex iis potum. Albueis summis arboribus est fertilior: uisula imis: Quamobrem circa easdem satæ diuersitate naturæ locupletant. Inerticulam e nigris appellauere iustius sobriam dicturi: inueterato præcipue commendabilē uino: sed uitibus innoxiam. Siquidem temulentiā sola non facit. Fertilitas commendat cæteras: principemq; heluenacam. Duo eius genera. Maior quam quidam longam: minor quam arcam appellant: non tam fœcundam sed gratiorem haustu. Discernitur folio circinato. Verum utraq; gracilis. Furcas subdere iis necessarium: alioquin ubertatem suam non tollerant. Maritimo affiatu gaudent. Fœtido odore. Nulla uitium minus italiam amat rara: parua: putrescens in ea. Vinum quoq; quod genuit æstatem non exuperans. Nec alia macro solo familiarior. Græcinus qui alioquin Cornelium Celsum transcripsit: arbitratur non naturam eius repugnare italiæ: sed culturam: unde palmites euocantium. Ob id fertilitatem suam absumi: si non præpinguis soli ubertas lacescentem sustineat. Carbúculari negatur magna dote: si uerum est: aliqua in uite e cælo non esse ius. Aestum fert spionia: quam quidam spineā uocant. Autumnisq; hymbribus pingue cit. Quinimmo nebulis una alitur. Ob id rauennati agro peculiaris. Veniculam inter optime defloreſcentes: & ollis aptissimam campani malūt scirculam uocare: alii staculam. Tarracina numisianam nullas uires proprias habentem: sed totam perinde ac solum ualeat. Surrentinis tamen efficacissima testis uesubio tenus. Ibi enim murgētina e sicilia potissima: quam pompeianam aliqui uocant. Latio demum feracem: sicut horconia in campania tantum uilitatis cibariæ: sed ubertate præcipua. Tollerat & annos moerica contra omnes ictus firmissima: nigro acino uinis uetustare rubescentibus.

Basilicam

Scircitulā

Item de uitium generibus. Cap. iii.

Thactenus publica sunt genera cætera regionū locorūq; aut ex iis inter se insito mixta. Si quidē thuscis peculiaris est tudernis æquæ etiā eius nois florentia. Est optima arretio talpana & etesiaca & cōsemina. Talpana nigra candidū facit mustū. Etesiaca fallax: quæ quo plus tulit eo laudabilius fundit. Mirūq; fœcunditate cessat. Cōsemina nigra uino minimo durāte. Vua maxime post. xv. dies q̄ ulla alia. Minus fertilis: sed cibaria. Huius folia sicuti labrusca priusq̄ decidant sanguineo colore mutant. Euenit hoc etiā qbusdā aliis pessimi generis argumento. Irtiola umbriæ meuaniaq; & piceno agro peculiaris est. amiternino pumula. Idem bānanica fallax est: amāt tamen eā. Mutinā uuam Pompeii noie appellant: q̄uis clusinis copiosiorē. Mutinā & tybuntes appellauere: q̄uis oleaginā nuper inuenerint a similitudine oliuæ. Nouissima hæc uuam ad hoc tēpus reperta ē. Vinaciolā soli quidē nominauerūt sabini ac laurēti. Nā gauranas scio a falerno agro trāslatas uocari falernas celerrime ubiq; degenerantes. Necnon tarentinū genus aliqui fecere: prædulci uua. Capnias & bucuniates & tarrupia in thurinis collibus non ante demetunt q̄ gelauerit. Pharia gaudēt pinæ. Mutinā prusiniæ nigro acino intra quadriennū albescente uino. Mirū ubiq; cū sole circūagi uuā quæ ob id strepitus uocat. Et in Italia gallicā placere: trans alpes uero picenā. Dixit Virgilius tapsias & mareotidas & largias cōplureſq; externas quæ nō reperiunt in italia: sed sunt etiā nunc insignes uua nō uino ambrosiaca duracina sine ullis uasis i uite seruabilis: tanta est cōtra frigora æstus tēpestatesq; firmitas. Nec orthāpelo. indiget arbore aut palis ipsa se sustinēs. Non itē dactylides digitali gracilitate. Colum

binæ acinosissime. Et magis purpuræ cognomine bimámiæ: q̃do non racemos: sed uuas alias gerunt. Scirpula
Ité tripedanea cui nomẽ a mensura est. Ité scripula passo acino. Et rhetica in maritimis alpibus appel-
lata dissimilis laudatæ illi. Nanq; hæc breuis conferta acine: degener uino: sed cute oium tenuissima.
Nucleo qué chiũ nocát: uno ac minimo. acinú prægrandẽ unũ alterũue habens. Est & nigra aminea:
cui syriace nomen imponunt. Item hispana ignobiliũ ꝓbatissima. in pergulis uero ferũtur escariæ ap-
pellatæ eductæ acinis: albæ nigræq;. Et bumasti totidé coloribus. at nondũ dictæ ægia & rhodia & un
cialis: ueluti a pondere acini. ité pucina oium nigerrima. Et coronario naturæ lusu stephanitis acinos
foliis intercursantibus. Et quæ forenses uocant celeres ꝓuentu: uendibiles aspectu: portatu faciles. Cõ
tra damnant etiã uisu cinerea & rhabubula & asinisca. Minus tñ caudã uulpiũ imitata alopecis. Alexã
drina appellatur uitis circa phalactã breuis: ramis cubitalibus: acino: nigro: fabæ magnitudine: nucleo
molli: & minimo: obliquis racemis prædulcibus: folio paruo: & rotundo: sine diuisuris. Septimo ab
hinc anno in narbonensis prouinciæ aruo olina inuẽta est uitis uno die defloresces: ob id tutissima:
cubonicam uocant: quam nunc tota prouincia conserit.

Insignia culturæ uinearum. Cap. iiii.

Atonum ille primus triũpho & censura super cætera insignis magis tamen etiãnum clari-
c tate litteraq; præceptis omnium reꝝ expetendaq; datis generi Romano. Inter prima uero
agrũ colendi. Illius uero æui confessione optimus ac sine æmulo agricola pauca attigit ui-
tium genera quarundã ex iis etiã iam nomibus abolitis toto separatim tractatu testatus sen
tentiam Cuius excellentia indicanda est in oi genere noscamus quæ fuerint celeberrima. Anno. dc. ur
bis circa captas carthaginẽ ac corinthum cum supremũ is diem obiit: & quantum postea. ccxxx. annis
uita ꝓfecerit. Ergo de uitibus uniscq; ita prodidit. Qui locus uino optimus dicit esse: & ostẽtus solibus.
Amineũ minusculum & geminum eugenium heliuinũ minusculum conferito. Qui locus crassior aut
nebulosior amineum maius aut murgentinũ: apicium lucanũ ferito. Cæteræ uites, miscellæ maxime ĩ
quẽuis agrũ conueniunt. In lora recte conduntur. Quas suspendas duracinas amineas maiores: uel ad
fabrum ferrarium pro passis hæ recte seruãtur. Nec sunt uetustiora de illa re latinæ linguæ præcepta tã
prope ab origine rerum sumus. Amineam proxime dictam. Varro scantianam uocat. In nostra ætate
pauca exempla consumatæ huius artis fuere. Verum eo minus omittẽda: ut noscantur etiam: præmia:
quæ in omni re maxime spectantur. Summam ergo adeptus est gloriam Acilius Stheneleus e plebe li
bertina. lx. iugeꝝ non amplius uineis excultis in nomentano agro: atq; aquæ. cẽcc. nummis uenunda
tis. Magna faba & Vetulano Egilao perinde libertino fuit in cãpaniæ rure linternino: maiorq; etiã fa-
uore hominum quoniã ipsum Africani colebat exilium. Sed maxima eiusdem Stenelei opera Rhem-
mium Palæmonem alias grãmatica arte celebrem in hisce. xx. annis mercatũ. dẽ. nummum in eodem
nomentano decimi lapidis ab urbe diuerticulo. Est autẽ usquequaq; nobilitas metis per omnia subur Vinetis
bana: ibi tamen maxima: quoniã & neglecta per indiligentiã prædia parauerat. Ac ne in pessimis qui-
dem elegãtioris soli hæc aggressus excolere: non uirtute animi: sed uanitate. Quæ primo notata mira
in illo fuit. Pastinatas enim de integro uineas cura Steneleũ agricolã imitatus ad uix credibile miracu
lum perduxit. Intra octauũ annũ. cẽcc. nũmum emptori addicta pendente uindemia. Cucurritq; non
nemo ad spectandas uuaꝝ in iis uineis strues: litteris eius altioribus: contra id pigra in ciuitate sibi pa- Altiores
trocinante. Nouissime Amneo Seneca principatu traditionis ac potentia: quæ postremo nimia fuit su Neronis
per ipsum. Minime utique miraturi Anneum tanto prædii eius amore captum: ut non puderet inuiso
alias & ostento futuro tradere palmam eam emptis quadruplicato uineis illis intra decimũ fere curæ
annum: digna opera quæ i cecubis sentiniscq; proficeret: quãdo & postea sæpenumero septenos culeos
singula iugera: hoc est amphoras centenas quadragenas musti dedere. Ac nequis uictã in hoc antiqui
tate arbitraretur. Idem Cato denos culeos redire ex iugeribus scripsit. Efficacibus exemplis non maria
plus temerata conferre mercatori: non in rubrũ littus indicumue merces petitas. quam sedulum rumi
latem. Vino antiquissima claritas maroneo in thraciæ maritima parte genito: ut auctor est Homerus
Neque enim fabulosa: aut de origine uarie prodita consectamur. Præterquã Aristeum primũ omniũ
in eadem gente mel miscuisse uino suauitate præcipua utriusq; naturæ sponte proueniẽtis. Maroneũ
uicies tantum addito aquæ miscendum Homerus prodidit. Durat etiam uis in eadem terra generi ui-
gorque indormitus. Quippe cum Mutianus ter cõsul ex iis qui nuperrime prodidere: sextarios singu-
los octonis aquæ misceri comperit præsens in eo tractu. Esse autem colore nigrum: odoratum: uetusta
te pinguescere. Et pramnio quod Homerus celebrauit: etiam nunc honos durat. Nascitur smymæ reli Regione
gione iuxta delubrũ matris deum. In reliquis generi claritas non fuit alicui. anno fuit omnium gene-
rum bonitas. L. Opimio consule: cum. C. Gracchus Tri ple. seditionibus agitatis iteremptus: ea cæli tẽ
peries fulsit: q̃ coctură uocant: solis opere: natali urbis. dc. xxxiiii. Durantq; adhuc uina ducentis fere an
nis iam in speciem redacta mellis asperi. Etenim hæc natura uinis i uetustate est: nec potari per se que- Si nõ pui
unt sine prouinciæ aqua: usq; in amaritudinẽ carie indomita. Sed cæteris uinis cõmendandis minima cat aqua

aliqua mixtura medicaměta sunt:quo fit ut eius tẽporis æstimatione in singulas amphoras cẽteni nũ-
mi statuant̃.Ex iis tamẽ usura multiplicata semissibus:q̃ ciuilis ac modica est.In.C.Cæ aris Germani-
ci filii principatu annis centũ sexaginta singulis uncias uini constitisse nobili exẽplo docuimus referẽ-
tes:uitã Pomponii Secundi uatis.cœnamq; quã principi illi dedit.Tantũ pecuniaꝝ detinent uini apo
thecæ.Nec alia res maius incrementũ sentit.Ad uicesimũ annũ maiusue ab eo dispendium:non profi
ciente precio.Rara quippe adhuc fuere:nec nisi importatis singulis testis milia nummũ.Viennenses so
li picata sua quoq; genera plura diximus:pluris permutasse:sed inter sese amore patrio creduntur.Idq;
minum frigidius reliquis existimatur in frigido potu.

De natura uini. Cap.v.

Ino natura est exhausto accẽdendi calore uiscera intus.Foris infuso refrigerãdi.Nec alienũ
u fuerit cõmemorare hoc in loco quod Androcydes sapiẽtia clarus ad alexandrũ magnum
scripsit:intemperantiã eius cohibens.Vinũ poraturus rex memento te bibere sanguinẽ ter
ræ:cicuta hoĩ uenenũ est cicuta uinũ.Quibus præceptis si ille obtemperauisset:pfecto ami
cos in temulentia non interemisset.Prorsus ut iure dici possit:neq; uiribus corporis utilius aliud, neq;
aliud uoluptatibus perniciosius si modus absit.

Vina generosa. Cap.vi.

Enera ãt uina alia aliis gratiora esse quis dubitet?aut nõ ex eodẽ lacu aliud præstãtius potu
g eẽ alteroaliud alteꝝ germanitate præcedere:siue testa siue fortuito euentu.Quãobrẽ depri
cipatu se quisq; iudicẽ statuat.Liuia Augusta.lxxxii.ãnos uitæ pucino rettulit acceptos nõ
aquoso.Gignit̃ in sinu adriatici maris:nõ ꝓcul a timauo fonte:saxeo colle:maritimo affla-
tu paucas coquẽte amphoras.Nec aliud aptius medicamentis iudicat̃.Hoc esse crediderim quod græ
ci celebrantes miris laudibus pyctanon appellauerunt ex adriatico sinu.Diuus Augustus setinũ prætu
lit cunctis:& fere secuti principes ꝓpter confessa experimenta non temere cruditatibus noxiis.ab eo fa
liua nascitur supra forũ Apii.Antea cecubo erat generositas celeberrima in palustribus populetis:sinu
amyclano quod iam intercidit & incuria coloni lociq; angustia.Magis tamen fossa Neronis quam a
baiano lacu ostiam usq; nauigabilem inchoauerat.Secunda nobilitas falerno agro erat.Ex eo maxime
faustião:cura culturaq;id collegerat.Exoleuit hoc quoq; nimietate copiæ potius q̃ bonitati studentiũ.
Falernus agera ponte cãpano leua petentibus urbanã coloniã syllanã nuper capuæ contributã icipit.
Solum ui Faustianus autẽ circiter quattuor miliaria a uico ꝓpe cedias q uicus a sinuessa sex millibus abest. Nec
norũ hoc ulli in uino maior auctoritas:solo uinoꝝ flãma accenditur.Tria eius genera.Austeꝝ:dulce tenue Qui
dã ita distinguunt.Sũmis collibus gauranũ gigni mediis faustianũ:imis falernũ.Nõ omittendũ ãt nul
li eorum q̃ celebrent̃ iocundũ saporẽ uuæ esse.ad tertiam palmã uariæ uenere.albanæ ubi uicinæ præ
dulces:ac raræ in austero.Itẽ surrentina in uineis tantũ nascentia cõualescẽtibus maxime ꝓbata:ppter
tenuitatẽ salubritatẽq;.Tiberius Cæsar dicebat cõsensisse medicos ut nobilitatẽ surrentino daret:alio-
quin eẽ generosum acetũ.C.Cæsar q successit illi nobilẽ uappa.Certant massica æque ex mõte gaurão
puteolos bataſq; ꝓspectantia.Nã falerno cõtermina statana ad principatus uenere nõ dubie:pallamq;
fecere sua quibusq; terris tẽpora eẽ secundũ q; rerũ prouẽtus occasusq; iuncti.Iis præponi solebant ca
lena:& quæ in uineis arbustisq; nascunt̃ fundana.Ex alia uicinia urbis uiliternina priuernatiaq;. Nam
quod signiæ nascitur austeritate nimia continendæ utile aluo inter medicamẽta numerat̃. Quartum
curriculum publicis epulis optinuere a Diuo Iulio:is.n.primus auctoritatẽ iis tribuit:ut epistolis eius
appareat:mamertina circa messanam in sicilia genita.Ex iis potulana ab auctore dicta in loco proxima
italiæ laudantur præcipuæ.Est & in eadẽ sicilia & tauromenitanis honos lagenis pro mamertino ple-
rumq; subditis.Ex reliquis autẽ a supero mari pretutia:atq; ancone nascentia:& quæ a palma una fonte
emata palmensia appellant̃.In mediterraneo uero cesenatia mecænatiana.In ueronẽsi item rhetica faler
nis tantũ post habita a Virgilio.Mox optima ab intimo sinu maris adriana.ab infero autẽ latinienſia:
grauicana:stomensia.Etruriæ palmam luna habet.Liguriæ genua.Inter pyreneum alpesq; massilia:ge
Grauiſca- mino sapore:quãdo & condiendis aliis pinguius gignit:quod uocant succosum.Ceretano intra gal-
na Stato- lias consistit auctoritas.De reliquis in arbosensi genitis asseuerare nõ est quoniã officinã eius rei infece
nienſia re tingentes fumo:utinãq; nõ & hærbis ac medicamẽtis noxii.Quippe etiã aloe mercant̃:quo saporẽ
aloen coloremq; adulterant.Verũ & longinquiora italiæ ab ausonio mari non carent gloria tarentina:& set
Barbiæ nitiana:& cosentiæ genita:& tempse ac balbiæ lucanaq; antecedentibus thurinis.Omniũ uero eorum
maxime illustrata messallæ potu:& salute lagaria nõ procul grumento nascentia.Campania nuper ex
citauit nouis noĩbus auctoritatẽ:siue cura siue casu:ad quartũ Neapoli lapidẽ trebellicis iuxta Capuã
caulinis:& in suo agro trebulanis:alioquin semper inter plebeia & trifollinis gloriata Nã pompeianis
summum decem annoꝝ incrementũ est nihil senecta conferente.Dolore etiã capitũ in sextam horam
diei sequentis infesta deprehenduntur.Q uibus exemplis (nisi fallor) manifestum est patriã terramq;
referre non uuam.Et superuacuã geneꝝ consectationem innumerum:cum eadem uitis aliud aliis lo-

cis pullulet.Hispaniaq;.Lusitana copia nobilitant.Elegantia uero tarraconensia:atq; laironesia:& balearica ex insulis conferuntur italiæ primis.Nec ignoro nulla prætermissa pleroscq; existimaturos:quãdo suum cuiq; placet & quocunq; eatur:fabula eadem repetiatur.Diui Augusti iudicioq; ac palati peritissimum e libertis censuram uini in epulas eius facientem dixisse hospiti de indigena:uino uouum quidem sibi gustum esse eum atq; non ex nobilibus:sed Cæsarem non aliud potaturum.Nec negauerim & alia digna esse fama.Sed de quibus consensus æui iudicauerunt hæc sunt.

Vina transmarina. Cap.vii.

n Vnc simili mõ transmarina dicemus.In summa gloria post homerica illa decimus fuere thasiũ chiũq;.Ex chio quod aruisimũ uocant.Iis addidit lesbidem Erasistrati maximi medici auctoritas circiter.ccccl.anno urbis Romæ.Nunc gratia anteoia est clazomenio:postq; parcius mari cõdiunt.Lesbiũ sponte naturæ suæ mare sapit.Nec tmolio pergratia ut uino:sed cuius dulci admixto reliquoq; duricia suauitatẽ accipiat simul & ætatẽ:quoniã uetustiora ptinus uidentur.Ab iis dignatio ẽ sycionio:cyprio:telmesico:tripolitio:berritio:tyrico:sebennitico.In ægypto hoc nascit̃ tribus generibus uuaq;:ibi nobilius thasio & alopece.Post hæc auctoritas hippodomatio:mystico.cátharite:protropon:gnidio :catacecaumenite:petrite:myconio.Nã mesogi tm capitis dolores facere cõpertũ est.Nec ephesium salubre:esse qm̃ mari & defurto condiat̃.Apamenã mulso præcipue cõuenire dicit̃ sicut præturnũ in italia.Est.n.& hæc ꝓprietas generũ:ut dulcia utiq; inter se nõ congruant.Exoleuit & ꝓtagion:quod italicis ꝓximũ fecerant asclepiadis scholæ. Apollodorus medicus in uolumine quo suasit Ptolomæo regi quæ uina biberet:italicis etiã tũ ignotis:laudauit in ponto nasperitem:mox oroeticum:eneathem:leucanium.ambraciotem:& quod cũctis prætulit̃ præpatentium.Sed minoris famæ esse dixit:quoniã sex annos non placeret.

De uino quod uocatur biæon:genera.vii. Cap.viii.

h Actenus bonitas uini nationibus debetur.Apud græcos iure clarissimum nomen accepit quod appellauerunt biæon ad plurimos ualitudinum usus excogitatum:ut docebimus in parte medicinæ.Fit autem hoc modo. Vuæ paulum ante maturitatẽ decerptæ siccant̃ acri sole ter die uersatæ per triduum:quarto exprimuntur:dein cadis sole inueterant̃.Cui marinam aquam largiorem miscent:a serui furto origine orta sic mensurã explentis.Idq; translatũ in albũ mustou leucochriũ appellatur.In aliis autem gentibus simili modo factum tethalassomenon uocant. Thalassiten autem uasis musti deiectis in mare.Quo genere præcox fit & uetustius. Necnon apud nos quoq; coum uinum ex italico faciẽdi rationem.Cato demonstrauit. Super cætera in sole quadriẽnio maturandum præcipiens:Rhodium coo simile est.Phorineum falsius coo.Omnia transmarina septẽ in sex annis ad uetustatem mediam peruenire existimantu. Curæ Leucoenium

De dulcium generibus.xiiii. Cap.ix.

u Inum omne dulce minus odoratũ:quo tenuius eo odoratius.Colores uinis quattuor.Albus:fuluus sanguineus niger.Pysthium & melampsythiũ passi genera sunt suũ saporẽ non uini referẽtia.Cisibilites uero mulsi in galatia nascẽs & balinciũ in sicilia.Nam siræũ quod alii hepsema:nostri sapã appellãt ingenii non naturæ opus est:musto usq; ad tertiã partem mensuræ decocto.Quod ubi factũ ad dimidiã est:defrutũ uocamus.Omnia in adulteriũ mellis excogitata.Sed ptiora uua terraq; constant.Passum a cretico ciliciũ probatur & africũ:& italia prouintiisq; finitimis.Fieri certũ est ex uua quã græci sticam uocãt:nos apianam.Item scirpula:diutius in uite sole uuis adustis aut feruente oleo.Quidam e quacunq; dulci dum præcocta alba faciunt siccantes sole:donec paulo amplius dimidiũ pondus superãt. Tusasq; leniter uuas exprimunt.Deinde quantũ expresserit adiiciunt uinaceis aquæ puteanæ:ut secundarium passum faciunt.Diligẽtiores eodem modo siccatis acinos eximunt:ac sine sarmentis madefactos uino excellenti:donec intumescãt:exprimũt. Et hoc genus ante cætera laudant.Ac simili modo aqua addita secundarium faciunt.Medium inter dulcia uinum est quod græci aigleuces uocant:hoc est semper mustũ.Id euenit cura: quoniã feruere perhibet. Sic enim appellant musti in uina transitũ.Ergo mergunt e lacu protinus in aqua cados:donec bruma transeat:& consuetudo fiat algendi.Est etiamnũ aliud genus eius per se quod:uocat dulce narbonẽsis prouintia:& in ea maxime uocantia.Asseruat̃ eius gratia uua diutius in uite pediculo in torto.Ab aliis ipse palmes inciditur in medullã.Ab aliis uua torretur in tegulis:omnia ex beluẽnaca uite.Iis adiiciũt aliqui:quod uocant diachyton:uuis in sole siccatis loco cluso per dies septẽ in cratibus totidem e pedibus a terra alte:noctibus a rore defensis:octauo die calcatis.Ita fieri optimi odoris saporisq;. Dulci e genere est & melitites.Distat a mulso quod fit e musto:cũ quinq; congiis austeri musti congio mellis & salis cyatho sufferuefactis austerũ.Sed inter hæc genera potuũ ponere debeo & protropum.Ita appellatur quibusdã mustum sponte defluens antequã cancenfuuæ.Hoc protinus diffusum lagenis suis defferuere passi.Postea in sole.xl.diebus torrent æstatis secutæ ipso canis ortu.

De deuteriis & secundariis uini genera tria. Cap.x.

On possunt iure dici uina:quæ græci deuterias appellãt:Cato & nos lorã:maceratis aqua
n uinaceis.Sed tamen inter uina operaria numerantur. Tria eorum genera. Decima parte
aquæ addita q̃ musti expressa sit:& ita nocte & die madefactis uinaceis:rursusq; prelo subie
ctis. Alterum quod hoc modo græci factitauere:tertia parte eius quod expressum sit addi
ta aquæ: expressoq; decocto ad tertias partes.Tertium est fæcibus uini expressum:quod fæcatum.Ca-
to appellat.Nulli ex iis ꝑlus q̃ anno usus:

Quæ nuper in Italia generosa uina esse cœperunt. Cap.xi.

Ertum inter hæc subit mentem cum sint genera nobilia quæ proprie uini intelligi possint.
u lxxx.fere in toto orbe duas partes ex hoc numero italiæ esse.Longe præterea ante cunctas
terras:& hinc deinde altius cura serpit:non a primordio hanc gratiam fuisse.

De uini obseruatione Romulo rege posita. Cap.xii

Vctoritatẽ post sexcentesimũ forte urbis annũ cœpisse.Romulũ lacte nõ uino libasse indi
a cio sunt sacra ab eo instituta.quæ hodie custodiũt morẽ.Numæ regis posthumia lex ẽ. Vi
no rogum ne respergito.Quod sensisse illũ ꝑp inopiã rei nemo dubiter.Eadẽ lege ex ipu
tata uite libari uina diis nefas statuit:ratione excogitata ut putare cogerentur alias aratores
& pigri circa arbusti pericula.M.Varro auctor est Mezentium etruriæ regem auxilium rutulis contra
latinos tulisse uini mercede quod tum in latino agro fuisset.

Qui uini usus antiquis:& de uinis antiquorum. Cap.xiii.

Mecẽnini On licebat id fœminis romæ bibere.Inuenimus inter exempla Egnati Metentini uxorẽ ꝙ
n uinũ bibisset e dolio interfectã fuste a marito:eũq; cædis a Romulo absolutum.Fabius pi-
ctor in annalibus suis scripsit.Matronã ꝙ loculos in quibus erant claues uinariæ cellæ tes
gnauisset a suis inedia mori coactã.Cato ideo propinquos fœminis osculũ dare:ut scirent
an temetũ oleret.Hoc tũ nomẽ uino erat:unde & temulẽtia appellata.Cn.Domitius iudex ꝓnũciauit
mulierem uideri plus uini bibisse:q̃ ualitudinis causa uiro inscie:ac dote mulctauit.Dinq; eius rei ma
gna parsimonia fuit.L.Papyrius imperator aduersus samnites dimicaturus uotũ fecit si uicisset Ioui po-
cillum uini.Deniq; inter dona sextarios lactis datos inuenimus nusquam uini.Idem Cato cum in hi-
spaniam nauigaret:unde cum triũpho rediit.Non aliud inquit uinũ bibi q̃ remiges:in tantum dissimi
lis istis qui etiã conuiuiis alia q̃ sibimetipsis ministrant aut procedente mensa subiiciunt. Laudatissima
apud priscos uina erant Myrrhæ odore cõdita:ut apparet in plauti fabula:quæ persa inscribitur q̃q; in
ea & calamum addi iubet.Ideo quidam aromaticis delectatos maxime credunt. Sed Fabius Dolen-
nus his uersibus decreuit

Mittebant uinum pulchrum murrinam. Et in Achariſtione.
Panem & polentam uinum murrinam.

Scæuolam quoq; & Læliũ & Atteiũ Capitonem in eadẽ sententia fuisse uideo:quoniã in pseudulo sit.
Quod si opus est ut dulce promant idem & quicquid habeant roga.
Murrinam:passum:defrutum:mella.
Quibus apparet non inter uina modo murrinam:sed inter dulcia quoq; nominatum.

De apothecis & de uino opimiano. Cap.xiiii.

Pothecas fuisse & diffundi solita uina:anno.dc.xxxiii.urbis apparet indubitato opimiani
a uini argumento:iã intelligente suum bonũ italia.Nondũ tamẽ ista genera in claritate erãt
Itaq; oia tunc genita unũ habent consulis nomen.Sic quoq; diu trãsmarina fuerunt in au-
ctoritate ad attauos usq; nostros etiã falerno iam reperto:sicut apparet ex illo comico uer-
su Anaxipolis thasi.Q uinq; thasii uini inde depromam falerni bina.
P.Licinius crassus &.L.Cæsar censores anno urbis condite.dc.lxxv.edixerũt ne qs uinũ græcũ amine
umq; octonis æris singula quadrantalia uenderet.Hæc.n.edicti uerba sunt.Tãta uero uino græco gra
tia erat:ut singulæ potiones in uno cõuictu darent.Quibus uinis auctoritas fuerit sua in mẽsa.M.Var-
ro his uerbis tradit.L.Luculus puer apud patrẽ nunq; lautum cõuiuium uidit i quo plus semel græcũ
uinum daretur.Ipse cum rediit ex asia milia cadoꝝ congioꝝ diuisit amplius centũ.C.Censius quẽ præ
torem uidimus chium uinũ in domum suã illatum dicebat tum primũ:cum sibi cardiaco medicus de
disset.Hortensius super.x.cados hæredi reliquit.Hactenus Varro.

De liberalitate Cæsaris in uino:& quando primum genera uini factitii. Cap.xv.

Vid ni & Cæsar dictator triũphi sui cœna uini falerni amphoras centũ:chii cados centũ in
q conuiuia distribuit.Idem hispaniensi triũphochiũ & falernũ dedit epulo.uero i tertio cõsu
latu suo falernũ.chiũ:lesbiũ:mamertinũ:quo primũ tẽpore quattuor genera uini apposita
cõstat.Postea ergo alia oia in nobilitatẽ uenerunt circiter septingentesimũ urbis annum.

De uinis factitiis. Cap.xvi.

i Taq; nõ minora innumerabilia pene genera factii reperta multis ante sæculis:quæ nũc di-

cemus oia ad medicinæ usum pertinẽtia. Omphaciũ quo mõ fieret ꝑpter unguenta diximus priore li bro. Fit e labrusca: hoc est uite siluestri quod uocaꝫ oenanthinũ. Flores eius libris duabus in mustica- do macerati post. xxx. dies mutanꝫ. Præter hoc radix labruscæ & acini coria perficiunt. Ii paulo postq̃ defloruere. singulare remediũ habẽt ad refugerandũ in morbis corpoꝝ ardores gelidissima: ut ferũt: natura. pars eoꝝ æstu moriꝫ: priusq̃ reliqui q̃ solstitiales dicunt. Vniuersi nunq̃ matureſcũt. Et si prius q̃ tota uua matureſcat: incocta detur cibo gallinaceo generi fistidiũ gignit uuas appetẽdi. Fictioꝝ pri mum fit ex ipso uino: quod uocat adynamon hoc mõ alibi musti sextarii. xx. aquæ dimidium feruet donec excoquaꝫ aquæ men ura. Alii marinæ sextarios. x. tantundẽ pluuiæ in sole xl. diebus torrent. Dãt ægris qbus uini noxã timẽt. Proximũ fit emilii semine maturo cũ ipsa stipula libra & quadrantẽ in congios duos musti macerant. Et post septimũ mensem transfuso. Ex loto arbore hærba dictũ est uti quæq̃ fierẽt. Fit & e pomis quæ dicemus interpretationibus nõ nisi necessariis additis. Proximũq̃ ei e palmis: quo parthi & indi utunꝫ: & oriens totus. Maturarum quas uocãt chydæas modio in aquæ congiis tribus macerato expressoq̃. Sic fit & sycites e fico: quẽ alii palmiprunũ: alii trocin uocãt. Aut si dulce esse nõ libeat: pro aqua tantundẽ uinaceoꝝ adiiciunt. Ex cypria fico & acetum fit præcellẽs: atq̃ alexandrino quoq̃ melius. Vinũ fit & ex siliqua syriaca: & epyris: malorũq̃ oibus generib⁹. Sed e puni cis quod rhoiton uocãt. Et e cornis: mespilis: sorbis: moris siccis: nucleis pineis. Hi musto madidi expri munt. Superiora per se mitia. Myrticẽ Cato quẽadmodũ fecerit hoc paulopost idicabimus. Græci ue- ro & alio modo. Ramis teneris cũ suis foliis in albo musto decoctis tusis libra in tribus musti congiis deferuere faciunt donec duo supersint. Quod ita siluestris myrti baccis factum est myrtidanum uocãt. Hoc manus tingunt. Ex iis quæ in ortis gignuntur fit uinũ e radice asparago: cunila origão: apii semi ne: ambrotono: mentastro: ruta: nepeta: serpillo: marubio. Manipulos binos tundunt in cadum musti: & sapæ sextariũ: & aquæ marinæ heminam. E napis fit. xi. denarioꝝ põdere in sextarios binos musti addito. Itẽ e scylla radice. Inter flores & rosæ foliis tusis: linteoloq̃ in mustũ collatis cum ponduſculo: ut sidat. xl. pondere denarioꝝ in sextarios uicenos musti: nec ante tres menses uase aperto. Itẽ e nardo gallico: & aliud e syluestri. Aromatiten quoq̃ inuenio factitatũ nõ tantũ unguentoꝝ cõpositione. pri- mo ex myrrha (ut diximus) mox e nardo celtico: calamo: bitumine: ossis in mustũ: aut dulce uinũ de- fectis. Alii de calamo: iũco: costa: nardo: syriaco: amomõ: casia: cynnamomo: croco: palmã: assaro: simi- liter & offa apud alios nardi: & malobathri selibris in musti cõgios duos additis. Qualia nunc quoq̃ fiunt pipere & melle addito: quæ alii cõdita alii piperata appellant. Inuenitur & nectarites ex hærba: q̃ alii Helenion: alii medicam: alii symphyton: alii idem & horestion: alii nectaream uocant: radice põde- ris. xl. denariorum in sextarios sex musti addita. Similiter in lintheo. Ex cæteris hærbis collatis fit ab- sinthites in. xl. sextariis musti absinthii pontici libra decocta ad tertias partes: uel scopis absinthii in ui nũ additis. Similiter hysospites e cilicio hysopo unciis tribus in duos congios musti coniectis auttusis in uinum Fiunt utraq̃ & alio modo circa radices uitium fato. Sic & helleboritẽ fieri ex ueratro nigro Cato docet. Sic fit & scammonites. Mira uitium natura saporem alienum in se trahendi: qualem & re dolent salicum patauinorum in palustribus uindemiæ. Sic & helleborum seritur in thaso: aut cucumis siluester: aut scamonea: quod uinum ectromatium uocãt: quoniam abortus facit. Fit & ex hærbis: qua rum natura suo loco dicetur. E stæchade & radice gentianæ: & trogoriano: & dictamo: assaro: dauco. eleliſphaco: panace: acoro: Gonyza: thymo: mãdragora iunco. Vocarũt & sycinum. & ithacomelin: & lectiſpagiten: quorum tam obliterata ratio est. Ex fructicum uero genere cædri utriusq̃ cupressi: laurus iunipen: pini: pyri: terebinthi: callini: lenti sci: Baccas aut lignum recens in musto decoquunt. Item cha meleæ & chamepithyos & chamedrios lignum. Eodem modo & ex flore in congium musti decem denariorum pondere addito.

Palmipi- mum catorcitẽ

phthotiũ

Calami

De hydromelle & oxymelle. Cap. xvii.

It uinum ex aqua ac melle tantũ. Quinquennio ad hoc seruari cælestẽ iubent aliqui prudẽ
f tiores. Alii statim ad tertias ptes decoquunt: & tertiam mellis ueteris adiiciũt. Deinde. xl. die bus canis ortu in sole habent. Alii diffusa ita decimo die obturãt. Hoc uocaꝫ hydromel. & uetustate saporẽ uini assequiꝫ. nusq̃ laudatius q̃ in phrygia. Quin & acetũ melle tẽperaba- tur: adeo nihil intemptatũ in uita fuit. Oxymel hoc uocarunt: mellis decẽ libris: aceti ueteris heminis quinq̃: salis marini libra: aquæ pluuiæ sextariis quinq̃ sufferuefactis decies: mox eleutriatis: atq̃ ita ĩue teratis. Omnia ab themisone summo auctore damnata. Et hercule coactus eoꝝ usus uideri potest: nisi siquis naturæ opus credit aromatitẽ: &: ex unguentis uina composita: aut biberentur genuisse eã fruti- ces: ista sunt cognitu iucunda solertia humani animi omnia exequirente: Nihil quidẽ ex iis anno du- rare: prætereq̃ quæ uetustate ipsa fieri diximus. Et pluræ tricenis quidem diebus non erit dubium.

Prodigiosa genera uini. Cap. xviii.

f Vnt & in uino prodigia. Dicit. in arcadia fieri qd fœcunditatẽ fœminis ĩportet: uiris rabi- em. At in achaia maxime circa caryniã abigi partũ uino: atq̃ etiam si uuam edãt grauidæ:

eum differentia i gustatu nõ sit. Troezeniũ uinũ qui bibunt negant generare. Thasios duo genera ui ni diuersa facere prodit. Vnũ quo somnus concilietur: alterum uero quo fugetur. Apud eosdẽ uitis theriace uocat cuius: & uinũ & uua cõtra serpentiũ ictus medet. Libaneos thuris odore: ex qua diis prolibãt. E diuerso spendios dánata a feris. Ferũt eã nec ab alite ulla attingi. Thasiam uuã ægyptus uocat apud se prædulcẽ q̃ soluit aluũ. Est cõtra in lycia quæ solutũ firmat. Aegyptus & ecbolinã habet abortiuos facientem. Vina in apothecis canis ortu mutant quædã: postea restituuntur sibi. Sic & maris nauigio: cuius iactatus iis quæ durauerint tantum uetustatis adiicere sentitur: quantum habuerint.

Quibus uinis ad sacra uti fas non sit: & quibus generibus musta condiantur. Cap. xix.

e T quoniam relígione uita constat: prolibare diis nefastum habetur uino præter iputate uitis fulmine tactæ: quãq; iuxta hominis mors laqueo pependerit: aut uulneratis pedibus calcata: & quod circũcisis uinaceis profluxerit: aut superne deciduo immũdiore lapsu aliquo polluta. Item græca quoniã aquam habeat. Vitis ipsa quoq; mandit decoctis caulibus summis: qui & condiunt in aceto ac muria. Verum & de apparatu uini dixisse cõueniat: cũ græci priuatim ea p̃cepta tradiderint: artẽq; fecerint: sicut Euphronius & Aristomachus & Coniades & Hicesius. Africa gypso mitigat asperitatẽ: necnon ailquibus sui partibus calce. Græcia argilla aut marmore: aut sale aut mare lenitatẽ excitat. Italiæ in parte aliqua rabulana pice ac resina. Cõdire musta uulgare est: ei proximi finitimisq; finitimis. Anni prioris uina non nusq̃ fæce acetoue condiunt. Necnon & ex ipso musto fiunt medicamina. Decoquit ut dulcescat portione uitriũ. Nec durare ultra annuũ spaciũ tale proditur. Aliquibus in locis decocuũt ad sapas musta: infusisq; iis ferociã frangunt. Et in hoc tamen genere & in oi alio subministrant uasa ipsa cõdimentis picis. Cuius faciendæ ratio proximo dicetur uolumine.

De picis generibus: & resinis: & mustis condiendis: & de aceto & fæce. Cap. xx.

a Rborum succo manãtiũ picem resinamq; aliæ ortæ in oriente: aliæ in europa ferunt. Quæ inter est asia utringq; quasdam habet in oriente optimam tenuissimamq; terebinthi fundũt. Deinde lentisci: quam masticen uocant. Postea cupressi acerrimam sapore. Liquidam omnes & tantum resinam. Crassiorẽ uero & ad pices faciendas cædrus. Arabica resina alba est: acri odore difficilis coquẽti. Iudaica callosior: & terebinthi quoq; odoratior. Syriaca attici melliis similitudinem habet. Cypria antecedit omnes. Est autem melleo colore camosa. Colophonia præter cæterus fulua: si teratur alba fit. Grauior odore. Et ob id non utuntur ea unguentarii. In asia quæ fit epicea admodum cãdida spargos uocatur. Resina omnis dissoluitur oleo. Quidam & creta figulinarum hoc fieri arbitrantur. Pudetq; confiteri: maximum iam honorem eius esse in euellendis a uirorum corporibus pilis. Ratio autem condiendi musta in primo feruore qui nouem diebus cum plurimum peragit aspersu picis: ut odor uino contingat: & saporis quædam acumina Vehementius id fieri arbitrantur crudo flore resinæ: excitariq; lenitatem. Ediuerso crapulam compesci: & feritatem nimiam: frangiq; uirus. aut ubi pigra lenitas torpeat: uirus addi. Liguriæ maxime circumpadanisq; mustis utilitas discernitur hoc modo pugnacibus mustis crapulæ plus inditur: lenibus parcius. Sunt qui & ex nitro quoq; cõdiri uelint. Necnon alia æque multiplici natura. Vitiumq; musto quibusdam in locis iterum sponte feruere: qua calamitate cum deferbuit deperit sapor: uappæq; accipit nomẽ probrosum etiam hominũ cum denegauerit animus. Acetis. n. nequitiæ inest uirtus magnos ad usus: & sine quis uita mitior degi non possit. Cætero minoꝛ medicaminis tanta cura est: ut cinere apud quosdam ceu gypso alibi q̃bus diximus modis instaurent. Sed cinerẽ e uitis sarmentis aut quercu præferunt. Quin & mannã aquam eiusdem rei gratia ex alto peti iubent: seruariq; ab æquinoctio uerno: aut certe nocte solstitio & aquilone flante hauriri: uel circa uindemiã si hauriat decoqui. Pix in italia ad uasa uino cõdendo maxime probatur brutia. Fit e picea resina. In hispania ãt e piceastris minime laudata. Est. n. resina harũ amara & arida & graui odore. Differentiã rationẽq; faciendi proximo uolumine demonstrabimus inter arbores feras. Vitia præter supradicta acor: aut fumidũ uirus: aut picis adustio. Experimentũ uero si fragmẽta subluceant ac sub dente lentescat acore iucundo. Asia picem idicã maxime probat: græcia picea Virgilius naritiã. Diligentiores admiscent nigrã masticem: quæ in ponto bituminis similis gignitur & irys radicem oleũq;. Nam cærã accipientibus uasis cõpertum est uiua accescere. Sed transferre in ea uasa in quibus acetũ fuerit utilius: q̃ in ea in quibus dulce: aut mulsum. Cato iubet uina concinnari: hoc enim utiq; uerbo: cineris lexiui cũ defurto cocti parte quadragesima pulegii uel salis sesquilibra. Interi & tuso marmore. Facit & seulphuris mentionẽ. Resinæ uero in nouissimis. Super oĩa addi matureſcẽte iam uino iubet mustum: quod ille tortinũ appellat. Nos itelligimus nouissime expressum. Et adici mustis tingendi gratia coloris: ut pigmentũ aliquod uini. Atq; ita pinguius fieri. Tot uenefícii placere cogitur. Et miramur noxia esse: In uitiũ inclinantis. Experimentũ est laminæ plumbeæ mutatus in eo colos. Propriũ autem inter reliquos liquiores uino mucescere. aut in acetum uerti. Extantq; medicinæ uolumina & fæx uini siccatta recipit ignes: ac sine alimento per se flagrat. Cinis eius nitri naturam habet: easdemq; habet uires. Hoc amplius quo pinguius sentitur.

Epargos an piegas

Nec esse aliam q̃ in musta picẽ naturã

Decimusquartus

De cellis uinariis. Cap.xxi.

Agna & collecto iá uino differentia in cella. Circa alpes ligneis uasis condũt: circuliſq; cin
m guntur: atq; etiá hyeme gelida ignibus rigoré arcét: Mirũ dictu. Sed aliquádo uiſum: ruptis uaſis ſtetere glatiatæ moles ꝓdigii mõ: quoniá uini natura nõ gelaſcit: alias ad frigus ſtupés tñ. Mitiores plagæ doliis cõdunt: infodiũtq; terræ tota: aut ad portioné ſitus. Ité cælũ præbét. Alii uero ipoſitis tectis arcét. Traduntur q; ad hæc ꝓcepta: latus cellæ uinariæ aut certe feneſtras obuerti in aquilonẽ oportere: uel uſq; in exortũ æquinoctialem. Sterquillinia & arborum radices procul abeſſe: oĩaq; odoris euitandi: facillimo ĩ uina trãſitu. Ficos utiq; & caprificos. Doliis ét iterualla dari: ne iter ſe uitia ſerpant cõtagione nini ſemper ociſſima. Qui & figuras referre. Ventroſa ac patula minus utilia. Picari oportere ꝓtinus a canis ortu: poſtea perfundi marina aqua aut ſalſa ac leui cinere ſarmenti ea aſpergi: uel agilla aſpera myrrha ſuffiri: ipſaſq; ſæpius cellas. Imbecilla uina demiſſis ĩ terram doliis ſeruanda. Valida expoſitis. Nunq; implenda. Et quod ſuperſit: paſſo aut defruto perungendum: admixto croco: pice ueteri cum ſapa. Sic coopercula doliorum medicanda addita maſtice ac pice. Bruma aperiri uetant: niſi ſereno die. Vetant auſtro flante: lunaue plena. Flos niui cãdidus probatur rubẽs triſte ſignum eſt: ſi non is uini colos ſit. Item uaſis incaleſcentibus: operculiſue ſudantibus. Quod celeriter florere cœperit: odorẽq; trahere: nõ fore diutium. Ipſa quoq; defruta ac ſapas cum ſit cælum ſine luna: hoc eſt in ſyderis eius coitu neq; alio die coqui iubent. præterea plumbeis uaſis non æreis: nucibus iugrandibus additis. Eas enim fumum excipere. Campaniæ nobiliſſima expoſita ſub diuo in cadis uerberari ſole luna hymbre ac uentis aptiſſimum uidetur.

De uitanda ebrietate. Cap.xxii.

C ſi quis diligentius reputet: in nulla parte operoſior uita eſt: ſe non ſalubertimũ ad potum
a aquæ liquoré natura dederit: quo cætera omnia animantia utuntur. At nos uinũ bibere & iumenta cogimus tantoq; opere: tanto labore & ipendio conſtat: qđ hominis mentẽ mutet ac furoré gignat: milibus ſcelerũ huic deditis tãta dulcedine: ut magna pars nõ aliud uitæ ꝑmium intelligat. Quin immo ut plus capiamus: ſacco ſtranguntur uires. Et alia irritamẽta excogitãtur. Ac bibendi cauſa etiá uenena conficiuntur. Aliis cicutam præſumentibus: aut bibere mors cogat Aliis pumicis farinã: & quæ referẽdo pudet docere. Cautiſſimos ex iis balineis quoq; coqui uidemus: exanimeſq; efferri: Iam uero alios lectũ expectare nõ poſſe: imo uero nec tunicã. Nudoſq; ibi protinus & anhelos ingentia uaſa corripere: uelut ad oſtentationẽ uitiũ: ac plene infundere ut ſtatim euomant: turſuſq; hauriant. Idq; iterũ tertioq;: tanquam ad perdenda uina geniti: & tanq; effundi illa nõ poſſint niſi per humanũ corpus. Ad hæc pertinent peregrinæ exercitationes & uolutatio ĩ cœno: ac pectoroſa ceruicis repandæ oſtẽtatio. per oĩa hæc prædicatur ſitis quæri. Iam uero quæ uaſa adulteriis celata: tanquã per ſe parum doceat libidines temulentia. ita uita ex libidine hauriũtur: atq; etiam præmio inuitatur ebrietas. Et ſi diis placet: emitur alius: ut uel quantũ biberit tantum edat: & pretium uinolentiæ lege accipit. Alius quantũ alea quæſierit: tantum bibit. Tunc auidi matronam oculi licentur. Tunc gratui prodũtur marito. Tunc animi ſecreta ꝓferunt. Alii teſtamenta ſua nuncupant. alii mortifera loquũtur: redituraſq; per iugulũ uoces nõ continent: q; multis ita interemptis: Vulgoq; ueritas iam atributa uino eſt. interea ut optime cadat: ſolem orientem nõ uident: ac minus diu uiuunt. Hinc pallor: & genæ pẽdulæ: oculorũ ulcera: tremulæ manus: effundẽtes plena uaſa. & quæ ſit pœna præſcens: furiales ſomni: & iquies nocturna. præmiúq; ſummum ebrietatis libido portẽtoſa ac iucundũ nefas. poſtera die ore halitus fetidi: ac fere rerũ oĩum obliuio: morſq; memoriæ. Rapere ſe ita uitã ꝓdicãt: cũ priorẽ diem quottidie perdãt: illi uero & uenientẽ. Tiberio Claudio principe ante hos. xl. ãnos inſtitutũ ut ieiuni biberent: potuſq; uini ãtecederẽt cibos: externis & hoc artibus: ac medicorũ placitis nouitate aliqua ſeſe comendantiũ. Gloriã hac uirtute parthi quærũt. Famã apud græcos alciabiades meruit. Apud nos cognomẽ etiam nouelius Tricongius mediolanenſis ad procõſulatum uſq; e prætura honoribus geſtis tribus cõgiis: unde & cognomẽ illi fuit: epotis uno ĩpetu: ſpectante miraculi gratia Tiberio principe in ſenecta iam ſeuero: atq; etiã alias ſeuo. Sed ipſa iuuenta ad merum pronior fuerat. Eademq; cõmendatione credidere. L. piſonem urbis romæ curatorem ab eo delectum: ꝙ biduo duabuſq; noctibus ꝑ potationẽ cõtinuaſſet apud ipſum iam principem. Nec alio magis Druſus Cæſar regeneraſſe patrẽ Tiberium ferebatur. Tricõgii rata gloria: quando & hæc ars ſuis legibus cõſtat: nõ labaſſe ſermone: nec leuatum uomitione: nõ altera corporis parte. Dum biberet matutinas obiſſe uigilias: plurimũ hauſiſſe uno potu. plurimũ præterea aliis minoribus addidiſſe: optima fide. non reſpiraſſe in auriendo: neq; expuiſſe: nihilq; ad elidendum in pauimentis ſummũ ex uino reliquiſſe: diligenti ſcito legum contra bibendi fallacias. Tergilla Ciceronẽ. M. Fabio binos cõgios ſimul haurire ſolitum ipſi obiicit. M. q. Agrippe a marcido ac temuléto ſcyphum ipactum. Etenim hæc ſunt ebrietatis opera. Sed nimirum hanc gloriã auferre Cicero uoluit ĩterfectori patris ſui. M. Antonio. Is enĩ ãte eum auidiſſime apprehenderat hanc palmã: edito etiam uolumine de ſua ebrietate: quo patrocinari ſibi auſus approbauit plane: ut equidé

Torquat[s]

Torquati

arbitror:quanta per tumulentiam mala terrarum orbi intulisset: exiguō tempore ante prælium actlacū illud uolumē euomuit. Quo facile intelligatur ebrius iā sanguine ciuium:& tanto magis eum sitiens. Nāq; & hæc necessitas uitiū comitatur:ut bibendi consuetudo augeat:auiditatem. Scitūq; est scytharum legati quanto plus biberint:tanto magis sitire parthos. Est & occidētis populis sua ebrietas:fruge madida. pluribusq; modis per gallias hispaniasq; nominibus aliis:sed ratione eadē. Hispani iam & uetustatē ferre ea genera docuerūt. Aegyptus quoq; e fruge sibi potus similes excogitauit. Nullaq; in parte mundi cessat ebrietas. Meros quippe hauriunt tales succos:nec diluendo ut uina mitigant. At hercule illic telus fruges parere uidebatur. Heu mira uitiorum solertia inuentū est quēadmodū aqua quoq; inebriaret. Duo sunt liquiores corporibus humanis gratissimi:intus uini:foris:olei:arborum e genere ambo præcipui. Sed olei necessarius. Nec segniter uita in eo elaborauit. Quāto tamen in potu ingeniosior apparebit ad bibendum generibus centūnonagintaquinq;. Si species uero æstimetur:pene duplici numero excogitatis:tantoq; paucioribus olei. De quo in sequenti uolumine dicemus.

CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER. XV.

Naturæ Frugiferarum Arborum. Cap.i.

o Leā theophrastus celeberrimus e græcorum auctoribus urbis romæ anno circiter quadringētesimoquadragesimo negauit nisi intra.xl.mil.pas.a.mari nasci. Fenestella uero oino nō fuisse in italia hispania atq; africa. Tarquinio prisco regnāte:ab annis populi ro.clxxxiii. Quæ nunc peruenit trans alpes quoq; & in gallias hispaniasq; medias Vrbis quidem anno quingētesimoquinto. Appio Claudio Cæci nepote. L. Iunio coss. olei libræ duodenæ assibus ueniere. Et mox āno.dc.octogesimo. M. Seruius. T. F. ædilis circulis olei denas libras singulis assibus præstit po.ro. p totum annū. Minus ea miretq; sciat post anno.xxii. Cn. Pompeii.iiii. consulatu oleum quinciis italiam misisse. Hesiodus quoq; in primis cultum agrorum docendam arbitratus uitam:negauit oleæ satorem fructum ex ea percepisse quēq;. Tam tarda tunc res erat. At nunc etiam in plantariis ferunt:translatarūq; altero anno decerpuntur baccæ. Fabianus negat prouenire in frigidissimis oleam:neq; in calidissimis. Genera earum tria dixit Virgilius:orchites:& radios:&:posias. Nec desiderate rastros:aut falcem ullā:aut curam. Sine dubio:& in iis solum maxime cælūq; referre. Verum tamen attondentur sicut & uites atq; etiam interradi gaudent. Consequēs earum uindemia est arsq; uel maior oleo q̄ musta temperandi. Ex eadē quippe oliua differunt succi. primum omnium cruda atq; nondum inchoatæ maturitatis:hæc sapore præstantissimo. Quin & ex ea prima unda preli laudatissima:ac deinde per diminutiones:siue:ut nuperin uentum est:exilibus regulis pede incluso. Quāto maturior bacca:tanto pinguior succus:minusq; gratus. Optima aūt ætas ad decerpendum:inter copiam bonitatēq; incipiente bacca nigrescere. Nostri uocant drupas:græci uero dryppetas. Cætero distat an maturitas illa in torcularibus fiat:an ramis. Rigua fuerit arbor:an suo tatum bacca succo. Nihilq; aliud q̄ rores cæli biberit.

De oleo. Cap.ii.

u Etustas oleo tedium affert non item ut uino:plurimumq; ætatis āno est:prouida si liberi telligere natura. Quippe temulētiæ nascētibus uinis uti necesse nō est. Quinimo iuitat ad seruandū blāda iueterati caries. Oleo uoluit pci:fecitq; ueteratum ea necessitate pmiscuū. Et uulgo pricipatū in hoc quoq; bono obtinuit italia toto orbe. maxie agrouenafrano:eiusq; parte:quæ licinianū fundit oleū:unde & liciniæ gloria præcipua oliuæ. Vnguenta hāc palmā dedere accomodato ipsis odore. Dedit & palarū delicatiore sentētia. Cætero baccas liciniæ nulla auis appetit. Reliquū certamē inter istriæ terrā & beticæ par est. uicina bonitas prouintiis:excepto africæ frugifero solo. Cæteris totū id natura cōcessit. Oleū ac uinum inuidit tantum:satisq; gloriæ in messibus fecit. Reliqua erroris plena:quem in nulla parte uitæ numerosiorem esse docebimus.

De natura oliuæ:& oleæ incipientibus. Cap.iii.

o Liuæ cōstāt nucleo:oleo:carne:amurca. Sanies est hæc eius amara. Fit ex aquis. Ideo siccitatibus minima:riguis copiosa. Suus quidem oliuæ succus est oleū:idq; præcipue ex immaturis itelligimus:sicut de omphacio docuimus. Augetur oleū ab arcturi exortu ad xv. kalen. octob. postea nuclei increscunt:& caro Cū sitienti hymbres copiosi accessere: uitiatur oleū in amurcā. Huius color oliuā cogit nigrescere. Ideoq; icipiēte nigricia minimū:amurcæ:ante eam nihil Et error hominū falsus existimantiū maturitatis initiū:quod est uitio pximū. Deinde q̄ oleum crescere oliuæ carne arbitrantur:cū succus omnis in corpus habeat:lignumq; itus grandescat. Ergo tū maxie rigātur. Quod ubi cura multa siue hymbribus accidit:oleum absumitur:nisi secuta serenitate quæ corpus extenuet. Omnino enim ut Teophrasto placet:est olei causa calor. Quare & in torcularibus et iam in cellis multo igni quærirur. Tertia est culpa ipasimonia:quoniam ppter ipēdiū decerpēdi espectatur ut decidat oliua. Qui mediū tēperamentū in hoc seruāt:perticis decutiunt cū iniuria arboris sequentis

anni damno. Quippe oliuantibus lex antiquissima fuit. Oleã ne stringito: ne ue uerberato. Qui cautissime agunt harundine leui ictu: nec aduersos percutiũt ramos. Sic quoq; alternate fructus cogitur decussis germinibus. Nec minus si expetatur ut cadat. Hærendo enim ultra suum tempus absumunt uenientibus alimentum: & detinent locum. Argumentũ est q̃ nisi ante fauonium collectæ: nouas uires nõ resumunt: & difficilius cadũt. Primũ ergo ab autũni colligitur initio opere nõ natura posia: cui plurimũ camis: mox orchites: quibus olei: post radios. Has enim ocissime occupat æstas: qa sunt tenerrimæ: & amurca cogit decidere. Differũtur uero etiam in martium mensem: callosæ cõtra humorem pugnaces ob idq; minimæ: licinia: cominia. Contra sergia: quã sabini regiã uocant: non ante fauonii flatum nigrescẽtes: hoc est ad .vi. idus febr. Tũc arbitrãtur eas matures cere: & quoniã pbatissimũ fiat ex iis oleũ accedere etiã ratio prauitati uidetur. Ferũtq; frigore sterilitatẽ fieri: sicut copiã maturitate: cum sit illa bonitas nõ temporis: sed generis tarde putrescẽtis in amurcam. Similis error collectam seruãdi in tabulatis: nec priusq̃ sudet premendi: cum omni hora oleum decrescat: amurca augeatur. Itaq; uulgo nõ amplius senas libras singulis modiis exprimi dicũt. Amurcæ mẽsurã nemo agit quãto eo copiosior repertatur in eodẽ genere diebus adiectis. Omnino in uita error publicus. Tumore oliuæ crescere oleũ existimantiũ: præsertim cum magnitudine copiam olei non constare indicio sint quæ regiæ uocantur: ab aliis maiorinæ: & ab aliis bamgiæ grãdissimæ: alioquin minimo succo. Et i ægypto carnosissimis olei exiguũ. Decapoli uero syriæ perquã paruæ: nec cappari maiores: carne tamen comendãtur. Quam ob causam italicis transmarinæ pferuntur in cibis cum oleo uincant. Et in ipsa italia cæteris picenæ: & sidicinæ. Sale ille priuati condiũtur: & ut reliquæ amurca sapaue. Necnõ aliquæ oleo suo sine accersita cõmẽdatione puræ innatãt. Colimbades frãguntur: eædemq; hærbarum uiridium sapore condiuntur. Fiunt & pcoces feruenti aqua perfusæ: quãlibet imaturæ. Miræq; dulcem succum oliuas bibere: & alieno sapore infici, purpureæ sunt & iis ut i uuis in nigrum colorem transeuntibus posiæ: Sunt & superbæ præter iã dicta genera. Sũt & prædulces per se tantum siccatæ: uuisq; passis dulciores. Admodũ raræ in africa: & circa emeritam lusitaniæ. Oleum ipsum sale uindicatur: a pinguitudinis uitio. Cortice oleæ cõciso odorem accipit medicati: alias ut uino palati gratia nulla est. Nec tam numerosa differẽtia. Tribus ut plurimum bonitatis distat. Odor in tenui argutior: & is tamen etiam in optima brevis.

phauliæ Theoph.

De natura olei. Cap. iiii.

Leo natura tepefacere corpus: & cõtra algores munire. Eidem feruores capitis refrigerare.

o Vsum eius ad luxuriam uetere græci uitiorum omnium genitores i gymnasiis publicando Notum est magistratus honoris eius octogenis sestertiis strigmẽta olei vẽdidisse. Oleæ honorẽ Romana maiestas magnũ pbuit. Turmas equitum idibus iuliis ex ea coronando. Itẽ minoribus triumphis ouantes. Athenæ quoq; uictores olea coronant: græci uero oleastro olympiæ.

De cultura oliuarum. Cap. v.

Vnc dicemus Catonis placita de oliuis. In calido & pingui solo radium maiorem salentinam orchitem: posiam: sergianam: cominianam: albicerã seri iubet. Adiicitq; singulari prudentia quam earum in iis locis optimam esse dicant. In frigido autem & macro licinia pingni enim & olenti uitiari eius oleum: arborem q; ipsam fertilitate consumi. Musco præterea & rubro in festari. Spectare oliueta in fauonium loco expolita solibus censet.

n

ostum: uel ortum

De seruandis oliuis: & quomodo faciendum oleum. Cap. vi.

Ec alio ullo modo laudat cõdi oliuas optiæ orchites & posias q̃ uel uirides i muria: uel fractas in lentisco. Oleum q̃ acerbissima diu optimum fieri. Cætero q̃ primum e terra colligendam. Si inquinata fit lanandam. Siccari triduo satis esse. Si gelent frigora: quarto die premendam. Hanc & sale aspergi. Oleum i tabulato minui: deteriusq; fieri. Item i amurcam & fracibus. Eæ sunt carnes & inde feces. Quare sæpius die decapulandum. Præterea concas & plumbeas cortinas aere uituari: Feruẽtibus omnia ea fieri clausisq; torcularibus: & q̃ minime uẽtilatis. Ideo nec ligna ibi cædi oportere. Qua de causa e nucleis ipsarum ignis aptissimus: & e cortinis i labra fundendũ ut fraces & amurca liquentur. Ob id crebrius uasa mundada. Fiscinas spongia tergendas: ut q̃ maxime pura sinceritas constet. postea inuentum ut lauarentur utiq; feruenti aqua. protinus prælo subiicerent solidæ. Ita enim amurca exprimitur. Mox trapetis fractæ præterentur. Iterũ premi plusq̃ cẽtenos modios non probant factus uocatur. Quod uero post molam primũ est flos: factus. Tres geminosue a quatemis hominibus nocte ac die premi iustum est.

n

Tergeminos serũt

De oleo factitio. Cap. vii.

On erat tũ factitium oleum. Ideoq; arbitror nihil a catone dictum. Nunc eius genera plura primũq; persequemur ea quæ ex arboribus fiunt: & inter illas ãte oẽs ex oleastro. Tenue id multoq; amarius q̃ oleæ: tantũ ad medicamẽtũ utile. Similimũ huic inest ex chamelea frutice saxoso. nõ altiore palmo: foliis oleastro: baccisq;. proximũ fit & e cyci arbore i ægypto copiosa. Alii crotonẽ: alii rhibin: alii sisamũ siluestre appellãt. Ibiq; non pridẽ: & hispania repente pro

Metopũ

benit altitudine oleæ:caule ferulaceo:folio uitiũ:semine uuarũ gracliũ:pallidarũq;.Nostri eam uocãt ricinum a similitudine seminis.Coquitur id i aqua:inatansq; oleum tollitur. At inægypto ubi abundat sine igni & aqua sale aspersum exprimitur:cibis sedum lucernis exile.Amygdalinum quod aliqui netopum uocant:ex amaris nucibus arefactis:& in offam cõtusis aspersum aqua & iterum tusis exprimitur.Fit & lauro admixto druparum oleo.Quidãq; e baccis exprimunt tantũ. Aliis foliis modo. Alii folio & cortice baccarum. Necnõ stiracem addunt:alioq; odores.Optima laurus ad id latifolia: silue stris:nigra baccis Simile est e myrto nigra:& hæc latifolia melior.Tunduntur baccæ aspersæ calida aqua:mox decoquunt alii foliorum mollissima decoquũt in oleo: & exprimunt. Alii deiecta ea in oleũ prius sole maturant.Eadem ratio & i satina myrto:sed præfertur silueſtris:minore semine:quã quidam oxymyrsinem uocant:alii chamæmirsinem:alii acaron a similitudine.Hæc est eni breuis fruticosa. Fit & ex citro:cupresso:nucibusq; iuglandibus:quod caryinõ uocãt.Malis cædri quod cædreleon. Exgrano quoq; gnidio purgato semine & tuso.Item lentisco.Nam & cyprinum etiam:e glande ægyptia ut fieret odorum causa dictum est.Indi etiam ex castaneis & sisama atq; oriza facere dicuntur.Ichthiophagi e piscibus.Inopia cogit aliquando luminum causa & e platani baccis fieri aqua & sale maceratis. Et oenãthinum fit de ipsa oenãthe:ut dictum est in unguẽtis.Gleucino mustum incoquitur in uapore lẽto. Ab aliis sine igne circundatis uinaceis diebus.xxii.bis singulis promixtum.Consumiturq; mustum oleo. Alii non sansucum tantum admiscent:sed etiam præciosiora odoramẽta.Et in gymnasiis quoq; conditur odoribus:sed uilissimis.Fit & de aspalato:calamo:balsamo:iri cardamomo:meliloto:nardo gallico:panace:sansuco:helenio:cinami radice:omnium succis i oleo maceratis expressisq;. Sic & thodinum e rosis iũcinum e iunco:quod est rosaceo similimum.Item hyoscyamo:lupinis:& narcisso.Plurimum autem i ægypto eraphani semine aut gramine hærba quod chortinõ uocant.Item sesama & urtica:quod Cnidinum appellãt.E lilio & alibi fit sub diuo sole:luna:pruina maceratum. Suis hærbis cõponuntur inter capadociam &seleuciam:quod seleuticum appellant:neruis admodum utile.Sicut i ira Agrostiõ

palmyris

lia e gummi.E pice fit quod picinum appellant.cum cõcoquitur uelleribus supra halitũ eius expansis atq; expressis.Probatum maxime e brutia.Est enĩ pinguissima & renosissima. Color oleo suluus.Spõte nascitur in syriæ maritimis:quod eleomeli uocant.Manat ex arboribus pingue.Crassius melle:tenuius:lapoſ dulci:& hoc medicis.Veteri quoq; oleo usus ẽ ad quædã genera morborũ.Existimatur & ebori uindicando a carie utile esse.Certe simulacrum Saturni romæ intus oleo repletum est.

De amurca. Cap.viii.

f Vper oĩa autem celebrauit amurcam laudibus Cato.Dolia olearia cadosq; illa imbuĩne bibant oleum.A murca subigi areas terẽdis messibus ut formicæ rimæq; absint. Quin & lutũ parietum & tectoria & pauimenta horreorum frumenti.Vestiarium etiam cõtra teredines ac noxia animalia amurca aspergi.Semina frugum persundi.Morbis quadrupedũ arborũ quoq; mederi illa:efficaci ad ulcera ĩteriora hũani quoq; oris.Lora etiã ac coria oĩa & calceamia axesq; decocta ungi atq; æramenta contra eruginem. Colorisq; gratia elegantioris & totam supellectilem ligneam:ac uasa fictilia in quis ficum aridã libeat afferuare.Aut si folias baccasq; & uirgas myrti aliudue id genus simile.postremo ligna macerata amurca nullius fumi tedio ardere.Oleam si lambendo capra ligua cõtigerit depauerituq; prio germiatu sterilescere auctor ẽ.M.Varro.Et hactenus de olea atq; oleo:

Pomorum oium genera & naturæ. Cap.ix.

r Eliqui arborum fructus uix specie figuraue non modo saporibus succisq; totiens permixtis atq; insitis enumerari queunt.

Nucum pinearum genera quattuor. Cap.x.

g Randissimis pineis nucibus altissimeq; a terra suspensis:ĩtus exiles nucleos lacunatis includoris uestitos alia ferruginis tunica.Mira naturæ cura molliter semina colocandi.Harum genus alterum tarentinum digitis fragili putamine auiũq; expositũ furto in arbore.Et tertium sapineum e pincea satiua nucleorum cute uerius q̃ putamine adeo molli ut simul mãdantur.Quartum pityida uocant e pinastris:singularis remedii aduersus tussim.In melle decoctos nucleos taurini aquicelos uocant.pinea corona uictores apud isthmum coronantur. Vel pityina

De malo cotoneo. Cap.xi.

h Is ꝓxima ãplitudine mala quæ uocamus cotonea:& græci cydonea ex creta insula aduecta Incuruatos trahũt ramos:phibẽtq; crescere parentẽ.plura eoꝝ genera.Chrysomela incisuris distincta:colore ad auꝝ iclinato.Quæ cãdidiora nostratia cognoĩata i odoris ꝑstantissimi.Est & Neapolitanis suus honor.Minora ex eodẽ genere strutea odoratius uibrãt:serotino ꝓuentu.præcocia uero mustea.Struteis ãt cotonea ĩsita suũ genus fecere muluianũ:q̃ sola ex iis uel cruda manduntur.Oĩa iã & uiroꝝ salutatoriis cubilibus insula simulacris noctiũ conscriis ꝑposita. Sũt præterea siluestria pua struteis odoratissima i sepibus nascẽtia.Mala appellamus quãquã diuersim persica & granata:quæ in punicis arboribus nouem generum dicta sunt. His acinus sub cortice intus. Li-

gnũ illis in corpore. Necnõ & quæ dã e pyris libralia appellata amplitudinẽ sibi põderis noie asserunt

De persico genera quattuor. Cap. xii.

Ed persicorum palma duracinis. Nationum habent cognomẽ gallica & asiatica. post autũ
f num matureſcunt: æstate præcocia intra. xxx. annos reperta: & primo denariis singula uenundata. Supernatia e sabinis ueniunt: popularia undiq;. Pomũ inocuum expetitur ægris præciumq; singulis iam triceni nummi fuere: nullius maiore. Quod miremur quia non aliud fugacius. Longissima. nãq; decerpto bidui mora est: cogitq; se uenundari.

De pruno genera. xi. Cap. xiii.

Ngens postea turba prunorum uersicolor: nigra: candicãs. Hordearia appellata a comitatu
i frugis eius. Alia eodẽ colore seriora maioraq;: asinina cognominata a uilitate. Sunt & nigra a claudatoria: cærina purpurea. Necnõ ab externa gente armeniaca: quæ sola & odore conmẽdãtur. peculiaris ipudentia nucibus est insitorũ quæ facie parentis succumq; adoptiõs exhibẽt appellata utroq; nucipruna. Et hæc aũt & pſica & cærina ac siluestria ut uuæ autũno cadis cõditus usq; ad alia nascẽtia ætatẽ sibi prorogant. Reliquorum uelocitas citro mitescentium transuolat: Nuperin betica malia appellari ceperunt malis insita: & alia amygdalina amygdalis. His itus i ligno nucleus amygdalæ est. Nec aliud pomũ ingeniosius geminatum est. In peregrinis arboribus dicta sunt damascena a syriæ damasco cognominata: iam pridẽ i italia nascẽtia grandiore quamq; ligno: & exiliore cute: nec unq; in ruga siccata quando soles sui desunt. Simul dici possunt populares eorũ myxæ: quæ & ipse nunc cepere romæ nasci insitæ sorbis. In totũ quidem persica peregrina etiam asiæ græciæq; esse ex nomine ipso apparet: atq; ex perside aduecta. Sed pruna siluestria ubiq; nasci certum est. Quo magis miror huius pomi mentionem a Catone non habitam: præsertim cum condenda demonstraret quædam, etiam siluestria. Nam persicæ arbores sero & cum difficultate transire ut quæ in rhodo nihil ferant quod primum ab ægypto earum fuerat hospitium. Falsum est uenenata cum cruciatu i persis gigni: & pœnarum causa a regibus translata: & in ægyptum terra mitigata. Id enim de persea diligentiores tradunt: quæ in totum alia est: myxis rubescentibus similis: nec extra orientem nasci uoluit. Eã quoq; eruditiores negauerunt ex perside propter supplicia translatam: sed a perseo mẽphi satam. Et ob id Alexãdrum illa coronari uictores ibi instituisse in honorem attaui sui. Semper autem folia habet & poma subnascentibus aliis. Sed pruna quoq; omnia post Catonem cœpisse manifestum est.

De diuersis generibus malorum: genera. xxix. Cap. xiiii.

Alorum plura sunt genera. De citreis cum sua arbore diximus. Medicam autem græci uo-
m cant patriæ nomine. Aeq; peregrina sunt zinzipha & tuberes: quæ & ipsa nõ pridem uenere in italiam. Hæc ex africa: illa ex syria. Sex. papinius quem cõsulẽ uidimus primus utraq; attulit Diui Augusti nouissimis temporibus in castrorum aggeribus sata baccis similiora q; malis. Sed aggeribus præcipue decora: quoniam & in tecta iam silue scandunt. Tuberum duo gene- iis obdu
ta. Candidũ & a colore sericum dictum pene peregrina. Sunt & in uno italiæ agro ueronẽsi nascentia: eta
quæ lanata appellantur. Lanugo ea obducit. Struteis quidem persici sq; plurimis tamẽ peculiare nomẽ dedit nulla alia commendatione insignibus. Reliqua cur pigeat nominatim indicare: cum conditoribus suis æternam ppagauerint memoriam: tanq; ob egregium aliquid i uita factũ. Ni fallor apparebit ex eo ingenium inserendi: nihilq; tam paruum esse quod non gloriam parere possit. Ergo habẽt originem a Matio Gestioq; & Manlio: item. Claudio a quibus cotoneo insito. Ab Appio e claudia gẽte appiana sunt cognomiata. Odor ẽ his cotoneorum: magnitudoq;. Sed claudianis color rubẽs. Ac ne qs id ambitu ualuisse claritatis & familiæ putet: sunt & septiana ab inuentore libertino insignia rotunditate. Cato adiicit quiriana: & quæ tradit in doliis condi scantiana. Omnium autem nuperrime adoptata sunt pua gratissimi saporis q; petissia nominãtur. Primas nobilitauere camerina: & grecula. Cætera e causis traxere nomen. Germanitatis cohærentia & gemella nunq; singula in fœtu. A colore serica: cognatione mellapia: mustea a celeritate mitescendi. Quæ nunc melimela dicuntur a sapore melleo. Orbiculata ex figura orbis in rotunditatem circũacti. Hæc in epiro primum proueniſſe argumento sunt græci: qui epirotica uocant. Mãmarum effigie ortomastica. a cõditione castrati seminis: quæ spadonia appellant. Belgemella a foliis. Folium enim unum aliquando & geminũ erumpit e latere medio. Celerrime in rugas marcescunt pannutea. Stolide tument pulmonea. Sunt quibus sanguineus est color: origine ex mori insitu tracta. Cunctis uero quæ fuerunt a sole partes rubent. Sunt & parua grati saporis atq; ẽt acutiora odore: siluestria id peculiare improbitatis & acerbitatis cõnitium: & uis tanta ut aciem gladii perstringat. Dacis ferme uilissimis nomen: q̃q̃ primis aduẽtu decerpiq; properantibus.

De pyris & insitorum uarietate. Cap. xv.

Adẽ cã in pyris taxat: superba cognoie parua hæc: sed ociſſima. Cunctis autem crustumina
e gratissima. proxia iis falerna a potu: qm̃ tanta uis succi abũdat. Lactea hæc uocantur in his: quæ alii colore nigro donãt syriæ. Reliquorum noia aliter i aliis atq; aliis locis appellantur

Sed confessis urbis uocabulis auctores suos nobilitauere.Decumiana & ex eo tractū quod pseudo decimianum uocant.Dolobelliana lōgissimi pediculi.pōpeiana cognoie māmosa: liceriana: seueriana: & quæ ex iis nata sunt tyranniana lōgitudine pediculi distatia.Fauoniana rubra:paulo superbis maiora.Lateriana.anitiana.post autūnalia acidulo sapore iucūda.Tiberiana appellant:quæ maxie Tiberio principi placuere.Colorātur magis sole:grādescuntq; alioquin eadē essent q̄ liceriana.patriæ noia habēt serissima oium amerina:picētina:numātina:alexādrina: numidiana:græca: & i iis tarētina: signina:quæ alii a collore testacea appellāt:sicut onychina purpurea.ab odore myrrappia laurea:nardina.A tempore ordearia.a collo āpulacea & coriolana.Brutæ gētilitatis cucurbitana acidula succi.Incerta nominū cā est barbaricis ueneriisq;:quæ colorata dicunt:Regiisq;:quæ minio pediculo. Sessilia patriciis uoconiis uiridibus oblongisq;.præterea dixit uolema Virgilius a Catone sumpta:q & semētina & mustea nominat.Pars hæc uitæ iāpridem puenit ad columē expertis cuncta oibus.Quippe cū Virgilius insitā nucibus arbutū:malis platanum:cæraris ulmū dicat.Nec quicq̄ amplius excogitari pōt: nullum certe pomū nouū diu iā inuenit.Neq; oia insita miseri fas est:sicut nec spinas inseri:qñ fulgura expiari non queunt:Facile:quotq; genera insita fuerunt:tot fulgura uno ictu pnunciant.Turbinatior pyris figura.In iis serotina ad hyemē usq; ad matrē pendēt gelu matuescētia.Græca ampullacea:laurea:sicut in malis amerina:scātiana.Conduntur uero pyra ut uuæ ac totidem mōis non aliter q̄ in cadis.præterea quæ pomis proprietas pyris quoq; uini.Similiter iis ægris medentes in escam dant:ac uino& aqua coquuntur:atq; pulmentarii uicem implent quod non alia præter cotonea & strutea.

De pomis seruandis & uuis. Cap.xvi.

Nuniuersum uero & pomis seruandis præcipitur.Pomaria i loco frigido ac sicco contrabu
i lari.Septentrionalibus fenestris sereno die patere. Austros specularibus arcere. Aquilonis quoq; aflatu poma detumpante.Colligi mala post æquinoctium autūnale:neq; ante.xvi.lunam:neq; ante primā horam.Cadina seperan straméntis:storeis:paleisue sustenti.Rata cō ponit:ut limites parui spiritum æqualem accipiant.Amerina maxime durare:melimela minime.

De cotoneis pyris & sorbis. Cap.xvii.

Otōneis intercluſiis spiramentum omne adimendum.aut icoqui melle ea:imergine opor
c tere.Punica aqua marina fermente indurari:mox triduo sole siccata:ita ne nocturno rore cōtingantur suspendi.Cum libeat uti aqua dulci perlui.M.Varro & in doliis harenæ seruari iubet:& in matura obrui terra in ollis fundo effracto:sed spiritu excluso:ac furculo pice illito.Sic etiam crescere amplitudine maiore q̄ possint in arbore Cætera mala foliis ficulneis prateriq̄ cadius singula comuolui:ciſtisq; uitilibus cōdi:uel creta figulina tum illini.Pyra in uasis fictilibus picatis inuersis obrui inter scrobes.Tarentina seriſſime legi.Amiriana seruari & in passo.Sorba uero & in scrobibus gypsato operculo duum pedū terra superinducta in loco aprico inuersis uasis:& in doliis ut uuas cum ramis suspendi. E proximis auctoribus quidā altius curam petunt:putatiq; statim poma ac uites adhūc usum præcipiunt decrescente luna.post horam diei tertiam cælo sereno aut siccis a uentis.Similiter delegi & ex locis siccis:&ante perfectam maturitatem:addito ut luna īfra terram sit:uuas cum malleolo sarmentisue duro dēptis forcipe corruptioribus acinis in dolio picato recenti suspendi. excluſa omni aura operculo & gypso.Sic & sorba & pyra illitis omniū furculis pice.Dolia procul ab aqua esse Quidā sic cū palmite in gypso condunt:capitibus eius scyllæ infixis utrinq;.Alii etiam uina habentib⁹ doliis:dum ne cōtingant ea nuæ.aliqui mala in patinis fictilibus fluitātia:quo genere & uino odorem acquiri putant. Aliqui omnia hæc in milio seruare malunt.pletiq; uero in scrobe duum pedum altitudinis harena substrata:& fictili operculo:dein terra operto.Creta quidam etiam figulina uuas illinunt: siccataſq; sole suspendūt:in usu diluentes cretam.Eandem pomis in uino subigunt.Mala uero genero ſiſſima eadem rōne crustant gypso uel cera.Quæ nisi maturuerint:incremento calicem rumpunt.Semper autem i pediculos collocant ea.alii decerpunt cum furculis:eosq; in medulam sambuci abditos obruunt:ut supra scriptum est.aliis singulis malis pyrisq; singula uasa fictilia assignant:& opercula eorum picata dolio iterum includunt. Necnon aliqui i floccis capsisq; quas luto paleato illinunt.alii hoc idē in patinis fictilibus.aliqui & i scrobe subiecta harena ita sicca operiunt mox terra.Sunt qui cotonea cæra pontica illita melle demergant.Columella auctor in puteos ciſternasue in fictilibus uasis pice diligēti cura illitis mergi.Liguria maritima alpibus proxima uuas sole siccas iunci fasciis inuoluit.cadisq; cōditas gypso includit.Hoc idē græci platanii foliis:aut uitis ipsius:aut fici uno die i umbra siccatis:atq; in cado uinaceis iterpositis.Quo genere coa uua & berytia seruātur nullius suauitati post ferē dæ.Quidā ut has faciant in cinere lexiuio tingūt protinus q̄ detraxere uitibus.Mox in sole siccāt.Tum foliis ut supra dictum est inuolutas uinaceis stipant.Sunt qui malunt uuas i scobe ramentisq; abietis:populi:fraxini:seruare.Sunt qui suspendi procul malis:protinusq; in granariis iubeāt:quoniam optime sit operimento puluis pensilibus.Contra uespas remedio est oleo aspergi ex ore:ut de palmis diximus.

De ficis genera.xxix. Cap.xviii.

Reliquo genere pomorũ ficus amplissima est.Quædãq; & pyris magnitudine æmula. De
e gypnæ cypriæq; miraculis rettulimus iter externas.Idæa rubet oliuæ magnitudine roton
dior tantum sapore mespili.Alexandrina hãc ibi uocãt:crassitudine cubitali ramosam:ma
teria ualidam:lentã sine lactæ:cortice uiridi:folio tiliæ:sed molli:Onesicritus tradit in hyr-
cania multum nostris esse dulciores:fertilioresq;:utq; modios.cclxx.singulæ ferant:Ad nos ex aliis trã
sire gentibus chalcidicæ:quarum plura genera.Siquidem & lydiæ quæ sunt purpureæ:& mamillanæ: Parum
similitudinem mammarum habent.Et callistruthiæ partim sapore præstãtiores ficorum omnium fri
gidissimæ.Nam de africanis quas multi præferunt cunctis magna quæstio:ẽ cũ id genus ĩ africam nu- Vix sunt
perrime transierit:patriæ nomen obtinent.Nam alexandrinæ enixiores.Candicans terina cognomine uescendo
delicata.Nigra & rhodia est:& tyburtina de præcocibus.Sũt & auctorum nomina iis.Liuiæ pompeie
ficatæ hæ solæ in annuos usus aptissimæ cum mariscis:& aquas harundinei folii macula uariat.Est &
herculanea & albicerata:& aratia alba:pediculo minimo latissima.Primo autẽ prouenit porphyritis lõ
gissimo pediculo.Comitatur eã e minimis & uilissimis popularis dicta. Contra nouissima sub hyeme
maturatur chelidonia.Sunt præterea eædem serotinæ:& præcoces biferæ alba ac nigra cum messe uĩ-
demiaq; maturescentes.Serotinæ & acorio appellatæ duro.Ex chalcidicis quarunda trifero prouentu.
Tatenti tantum prædulces nascuntur:quas uocant omas.Cato de ficis ferendis ita memorat.Ficus ma
nicas in loco cretoso aut aperto serito.In loco autẽ crassiore aut stercorato africanas:sed & herculane-
as:saguntinas:hybernas:telianas:atras pediculo lõgo.postea tot subiere nomia atq; genera:ut uel hoc
solum æstimantibus appareat mutatam esse uitam.Sunt & hybernæ quibusdã prouinciis:sicuti messiæ
sed arte non natura.paruarum genus arborum post autũnum simo contegunt:deprehensasq; ĩ his hy
eme grossos:quæ mitiore cælo resossæ cum arbore:atq; in lucem remissæ nouos soles aliosq; q̃ quibus
uixere:anidæ tanquã iterum natæ accipiunt:& cum uenientium flore maturescũt:alieno præcoces an
no:in tractu uel gellidissimo.Sed a Catone appellata iam tum africana ãmonet & africæ ad ingens do
cumentum uso eo pomo.Nãq; perniciali odio carthaginis flagans nepotumq; securitatis anxius:cum
clamaret in omni senatu carthaginem delendam:attulit quodã die in curia præconem ex ea prouĩtia
ficum.Ostendensq; patribus interrogo uos inquit quando hoc pomum demptum putatis ex arbore:
Cum inter omnes recens ossa constaret.Atqui tertiam inquit ante diem scitote decerptum carthagine
tam prope a muris habemus hostem:statimq; sumptum est punicũ tertium bellum:quo carthago de-
leta est.Quãquã Catone anno sequente rapto.Quid primum in eo miremur:curam ingenii:an occasi-
onem fortuitam:celeritatemq; cursus:an uehementiam uiri.Super omnia equidem est quo nihil eqdẽ
duco mirabilius:tantã illam urbem & de terrarum orbe per.cxx.annos urbis æmulam unius pomi ar-
gumento euersam. Quod nõ trebia aut transimenus:non cãnæ busto insignes romani nominis perfi
cere potuere.Nõ castra punica ad tertiũ lapidẽ uallata.portæq; colinæ adequitãs ipse Hãnibal.Tãto ꝓ
pius carthaginem pomo Cato adiri monuit.Colitur ficus arbor in foro ipso ac comitio romæ nata sa
cra fulguribus ibi cõditis.Magisq; ob memoriam eius quæ nutrix fuit Romuli ac Remi conditoris
appellata:quoniam sub ea inuenta est lupa infantibus præbens rumen.Ita enim uocabãt mãmam.Mi
niculo ex ære iuxta dicato tanq̃ in comitium sponte trãsisset. Adacto nauigio ilico arescit.Rursusq; cu
ra sacerdotum scritur.Fuit & ante Saturni ædem urbis anno ducẽtesimo sexagesimo sub lata sacro ue-
stalibus facto cum Siluani & Isidis simulacrum subuerteretur.Eadem autem fortuito fato aduiuit ĩ me
dio foro:quasi dẽtia imperii fundamenta ostentato fatali Curtius maximis bonis hoc est uirtute ac pie
tate ac monte præclara expleuerat.Aeque fortuita eodem loco est uitis atq; olea umbræ gratia:sedulĩ-
tate plebeia satæ.Ara inde sublata gladiatorio munere Diui Iulii:quod nouissime pugnauit ĩ foro.Ad
mirabilis est pomi huiusce festinatio unius in cunctis ad maturitatem properantis arte naturæ.

De caprifico & caprificatione. Cap.xix.

Caprificus e siluestri genere ficus nunq̃ maturescens:sed quod ipsa non habet aliis tribuens
c quoniam est naturalis cãrum transitus:atq; e putrescentibus identidem generatur aliquid.
Ergo culices parti fraudati alimento in matre:hoc est putri eius tabe ex aqua nati ad cogna
tam uolant morsuq; ficorum crebro hoc est auidiore pastu aperientes ora eatũ:atq; ita pene
trantes intus solem primo secum inducũt:cerealesq; auras immittunt foribus apertis.Mox lacteum hu
morem:hoc est infantiam pomi absumunt:quod fit & sponte.Ideoq; ficetis caprificus permittitur ad
rationem uenti:ut flatus euolantes ĩ ficos ferat.Inde repertum ut illatæ quoq; aliũde & inter se colliga
tæ iniicerentur fico.Quod in macroso & aquilonio situ nõ desideratur:quoniã sponte arescunt loci si-
tu:rimisq; eadem quæ culicum opera causa perficit.Necnon ubi multus puluis: quod euenit maxime
frequenti uia apposita.Nãq; & puluerulenti uis siccandi:succũq; lactis absorbendi:quæ ratio puluere & ca- Siccantur
prificatione hoc quoq; præstat:ne decidant absumpto humore tenero:& cum quadam fragilitate pon
deroso.Ficis mollis omnibus tactus.Maturis frumenta intus. Succus maturescentibus lactis.perco-
ctis mellis.Senescunt in arbore.Anusq; distillant.Gummi lachrymarum siccãt.Honos laudatas seruat

in capsis. Ebuso insula præstantissimas amplissimasq; & mox in matrucinis. At ubi copia abũdat implentur orcæ: in asia cadi: aut inruspina africæ urbe: panisq; simul & obsonii uicem siccatæ iplent, utpotæ cum Cato cibaria ruris operariis iuxta ceu lege sanciẽs minui iubet perfici maturitatem: cum & obsonii uicem habeãt recentes ficus. Salis siccatis & casei loco uesci nuper excogitatum est. Ex hoc genere sunt ut diximus octana & caricæ: quæq; cõscendenti nauium aduersus parthos omen fecere. M. Crasso uenales prædicantis uoce caunææ. Omnia hæc in albense rus e syria intulit. L. Vitellius qui postea cẽsor fuit: cum legatus in ea prouintia esset nouissimis Tiberii Cæsaris temporibus.

Sale

De mespilis & eorum generibus tribus. Cap. xx

Malorum pyrorũq; generi adnumerentur iure mespila atq; sorba. Mespilis tria genera: anthedon: setania. Tertium degenerat Anthedone: tametsi similius est: quod gallicum uocãt setaniæ tamen maius pomũ. Candidiusq; acini molliore ligno, cæteris minus pomũ: sed odore pstantius: & quod diutius seruetur. Arbor ipsa de amplissimis. Folia anteq; decidãt rubescunt radices multæ atq; altæ & ideo inextirpabiles: Non fuit hæc arbor in italia Catonis ævo.

m

De sorbis genera quattuor. Cap. xxi.

Orbis quadruplex differẽtia. Aliis enim eorum totũditas mali. Aliis turbinatio pyri. Aliis ouata spẽs: ceu malorum aliquibus. Hæc obnoxia acri odore: nec suauitate iucunda. Cæteris uini sapor. Generosissima quibus circa pediculos tenera folia. Quartum genus tormina le appellant: remedio tãtum probabile assiduum: prouentu: minimumq; pomo: arbore dissimili: foliis pene platani. Non ferunt ante trimatum ex ullo genere. Cato & sorba sapa cõdi iubet. ab iis locum amplitudine uindicauerunt quæ cessere auctoritati.

De nuce iuglande. Cap. xxii.

Vces iuglãdes quãq; & ipsæ nuptialium fescẽniorũ comites: multũ pineis minores uniuersitate. Eædẽq; portione ãpliores nucleo Necnõ & honoris naturæ peculiaris: gemino protectis operimento: puluinati primũ calicis: mox lignei putaminis. Quæ cã eas nuptiis fecit religiosas tot modis fœtu munito qđ est uerisimilis: q̃ quia cadendo tripudiũ somnũue faciãt. Et has e pside a regibus translatas iudicio sunt græca noia. Optimũ quippe earũ genus persicũ atq; basilicõ uocãt. Et hæc fuere pria noia. Carion a capitis grauedine ꝓpter odoris grauitatẽ cõuenit dictũ Tinguñ cortice earum lanæ: & ruffatur capillus primum prodeuntibus nucleis. Id cõpertum infectis tractatu manibus. Pinguescunt uetustate. Sola differentia generũ in putamine duro fragiliue & tenui ac cassо loculoso & simplici. Solum hoc pomum natura conpactili operimento clausit. Namq; sunt bifidæ putaminum carinæ. Nucleorumq; illis quadriptia distictio lignea intercursante membrana. Cæteris quicquid est solidum est. Vt in auellanis & ipso nucum genere: quas antea abellinas patrio nomine nocabant. In asiam græciamq; e põto uenere: & ideo põticæ nuces uocantur. Has quoq; mollis protegit barba. Sed putamini nucleisq; solida totũditas inest. Eæ & torrentur. Vmbilicus illis intus in uẽtre medio, tertia ab iis natura amygdalis tenuiore: sed simili iuglãdium summo operimento. Item secũdo putaminis. Nucleus dissimilis latitudine: & acriore callo. Hæc arbor an fuerit i italia Catonis ætate dubitatur: quoniã græcas noiat: quas quidam & in iuglandiũ genere seruant. adiicit præterea auellanas: & galbas, prænestinas, quas maxime laudat: & cõditas olis in terra seruari uirides tradit. Nunc thasiæ & albenses celebrãtur: & tarentinarum duo genera: fragili putamine: ac duro. Quæ sunt amplissime: & minime totũdæ. Præterea molluscæ putamẽ rũpentes. Sunt qui honori nomen interpretentur: & Iouis glãdem esse dicunt. Nuper consularem uirum audiui biferas & iulandes nuces se habere profitentem. Depistaciis & ipsi retulimus. Et hæc autem idem Vitellius in italiam primus intulit eodem tempore. Simulq; in hispaniam Flaccus Pompeius eques romanus: qui cum eo militabat.

n

De castaneis genera octo. Cap. xxiii.

Vces uocamus & castaneas: quaq; accomodatiores glandiũ generi. armatũ iis echinato calice uallũ: quod inchoatum glandibus. Mirumq; uilissima esse quæ tãta occultauerit cura naturæ. Trini quibusdã partus ex uno calice: cortexq; lẽtus. proxia uero corpori mẽbrana: & in iis & i nucibus saporẽ ni detrahatur ifestat. Torrere eas in cibis gratius modulatũ: laturas præstãti ieiuno fœminarũ quãdam imaginem panis. Sardib⁹ eæ prouenere primũ. Ideo apud græcos sardianos balanos appellãt. Nam diuus Tiberius postea balanum nomẽ iposituit excellẽtioribus satu factis. Nũc plura eaq; genera. Tarẽtinæ faciles: nec operoso sunt cibo: planæ figura. Rotundior quæ balanitis uocatur purgabilis maxime: & sponte ꝓsiliens: pura & plana est ex eis & salariana. Tarentina minus tractabilis. Laudatior corelliana & ex ea facta: quod dicemus in finis meterana: quã rubens cortex ꝓfert triangulis & popularibus nigris: quæ coctiuæ uocãtur. patria laudatissimis tarentum: & in campania neapolis: Cæteræ suum pabulo gignuntur: scrupulosæ corticis: intra nucleos quoq; ruminatione.

Molitura etiam præstari

De siliquis & carnosis pomis & moris & de acinis & baccis. Cap. xxiiii.

Aud ꝓcul abesse uidentur & prædulces siliquæ: nisi q̃ in iis cortex ipse manditur. Digitorũ

h

hominis longitudo illis:& interim falcata pollicari latitudine.Glandes inter poma numerari nō pos sunt.Quamobrem in sua natura dicentur.Reliqua carnosi sunt generis:eaq; baccis atq; carnibus distant.alia acinis caro:alia moris:alia unedonibus& alia acinis inter cutem succūq; alia myxis.alia baccis:ut oliuis.Moris succus in carne uinosus:trini colores:candidus primo:mox rubens:maturis niger. In nouissimis florent.Inter prima matureſcunt.Tingunt manus succo Matura eluunt acerba.Minime in hac arbore ingenia profecerunt:nec nominibus:nec insitis:nec alio mō q̄ pomi magnitudine differunt mora ostiensia:& tusculana.Romæ nascuntur & in rubis multū differente callo.Aliud corpus est e terrestribus fragis.aliud congeneri eorum unedoni:quod solum pomū simile fructui terræ gignitur. Arbor ipsa fruticosa.Fructus anno matureſcit:pariterq; floret subnascens:& prior coquitur.Mas sit an fœmina sterilis inter auctores non cōstat.Pomū inhonoꝝ:ut cui nomen ex argumento sit unum tantum edendi.Duobus tamen hoc nominibus appellāt græci comaron & memecylon.Ex quo apparet totidem esse genera & apud nos.Alio noie arbutus uocatur.Iuba auctor est quinquagenū cubitorum altitudine in arabia esse eas.Acinoꝝ quoq; magna est differentia.Primum inter uuas ipsas callo:teneritate crassitudine interiore ligno aliis paruo:& aliis etiam gemino:qui minime feraces musti.Plurimū uero differunt hederæ sambuciq; acini.In figura etiam punici anguloſi quippe soli:nec cutis ulla singulis:præter communē quæ est candida:totisq; succus & caro est iis præcipue quibus paruulū ineſt ligni. Magna & baccis differētia.aliæ nāq; sunt oliuis:lauris:& alio modo loto:cornis:alia myrtis: lentisco. Aquifolio enim ac spinæ sine succo.Medioq; etiamnum genere inter baccas acinosq; cerasis.Pomum iis primo cādidum:& fere omnibus baccis mox aliis uiresci:ut oliuis:lauris.Rubet uero moris:cerasis: cornis.Deinde nigreſcit moris:cerasis:oliuis.

De cerasis genera octo. Cap.xxv.

c Erasi ante uictoriā mithridaticā.L.Luculli nō fuere in Italia.At urbis āno sexcēteſimooctogesimo is primū uexit e ponto annisq;.cxx.trans oceanū in britaniā usq; puenere. Eadē ut diximus in ægypto nulla cura potuere gigni.Cerasoꝝ aproniana maxime rubēt.Nigerrima sunt ut actia.Cæciliana uero & rotunda.Iulianis gratus sapor:sed pene tantū sub arbore sua adeo teneris ut gestatū nō tollerēt.Principatus duracinis.quæ cāpania plyniana appellat.In belgica uero lusitanis.In ripis etiam rheni.Tertius is colos e nigro ac rubenti uiridiq; similis matureſcentibus semper.Minus quinquennio est q; prodiere quæ uocant laurea:non ingratæ amaritudinis insitæ in lauro.Sunt & macedonica paruæ arboris raroq; tria cubita excedentis:& minore etiam nunc frutice chamecerasi. Inter prima hoc e pomis colono gratiam annuam refert.Septentrione frigidisq; gaudet. Siccatur etiam sole:conditurq; ut oliua cadis.

De cornu lentisco. Cap.xxvi.

q Væ cura & cornis atq; lentisco adhibeat:ne quid nō hoīs uentri natū esse uideat.Miscentur sapores:& alio alius placere cogit.Miscent uero & terræ cæliq; tractus.Inq; alio cibi genere india aduocatur:in alio ægyptus:creta:cyrene:singulæq; terræ.Nec cessat in ueneficiis uita:dummodo omnia deuoret.Planius hoc fiet in herbarum natura.

De generibus succorum & de odore. Cap.xxvii.

I Nterim q̄ sunt cōia & pomis oibusq; succis sapoꝝ genera tredecim reperiuntur:dulcis:suauis:pinguis:amarus:austerus acer:acutus:acerbus:acidus:falsus.Præter hæc tria genera sūt mirabili maxime natura.Vnū in quoplures pariter sentiunt:sapores:ut uinis.Nāq; in iis & austerus & acutus & dulcis & suauis:oēs alieni.Alteꝝ ē genus i quo sit & alienus quidē:sed & suus quidā & peculiaris:ut in lacte.Siquidē ineſt ei qd tñ iure dici nō pōt dulce:& pingue: & suaue optinēte lenitate:quæ ipsa succedit in saporis uicē.Nullus hic aquis:ne succus quidē:ut tñ eo ipso fiat aliquis:ac suū genus faciat.Sentiri quidē aquæ saporē ullū succūue uitiū est.Magnū his oibus in odore momentū & magna cognatio qui & ipse nullus est aquis:aut si sentitur oīno uitium est.Mirum tria naturæ præcipua elementa sine sapore esse sine odore sine succo:aqua:aer:ignis.

De succis fructuum & arborum:& coloribus:& odoribus:& natura pomorum:& de commendatione fructuum. Cap.xxviii.

e Rgo succoꝝ uinosus pyro:moro:myrto.Minime qd miremur uuis.at pinguis oliuæ:lauro:nuci:iuglādi:amygdalis.Dulcis uuis:ficis:palmis.Aquosus prunis Magna ē & in colore succi differētia.Sanguineus moris:cerasis:cornis:uuis nigris.Idē albis cādidus.Lacteus in capite ficis:in corpe nō itē.Spumeus malis:Nullis pſicis:cū p̄sertim duracina abundēt succo.Sed quis eius ullū dixerit colorē? sua & i odoꝝ miracula? Malis acutus.Persicis dilutus.dulcibus nullus.Nā & uinū tale sine odore.Tenue odoratius.Multoq; celerius talia ad usum ueniunt q̄ pinguia Quæ odorata nō eadē in gustu tenera quia non sunt pariter odor & sapor.Quamobrem citreis odoratissimus.Sapor asperimus quādātenus & cotoneis.Nullusq; odor ficis.Et hactenus sint spēs ac genera pomoꝝ.Naturas arctius colligi par est.Alia siliquis gignuntur:ipsis dulcibus:semēq; cōplexis ama

rum.Cū in plurib⁹ femina placeant:in filiqua damnētur. Alia baccis:quaꝝ intus lignū:& extra caro: ut oliuis ceraſis. Aliquaꝝ intus baccæ:foris lignū:ut in his quæ in ægypto diximus gigni.Quæ baccis natura:eadē & pomis. Alioꝝ intus corpus & foris lignū:ut nucū.alius foris corpus.intus lignū ut perſicis & prunis uitiumq⁹ cinctū fructu:cū fructus alibi muniatur uitio.Putamine claudūtur nuces.Corio caſtaneæ.Detrahit hoc iis.at in meſpilis manditur:Cruſta tegunt glandes cutæ uuæ.Corio & mēbrana punica.Carne & ſucco mora conſtat.Cute & ſucco ceraſi.Quædam ſtatim a ligno recedūt:ut nuces & palmæ:Quædā adhærent ut oliæ lauroq⁹.Quorundam generi utraq⁹ eſt natura:ut perſicis. Etenim duracinis adhæret corpus:e lignoq⁹ auelli nequit:cū in cæteris facilie ſeparetur.Quibuſdā nec itus nec extra lignū:ut in palmaꝝ genere.aliquoꝝ lignū ipſum in uſu & pomi uicē ut genera myxis q̄ in ægypto gigni diximus.quorundā extra gemina geminantur uitia:ut in caſtaneis:amygdalis:nucibuſq⁹ in glandibus.Quorundā natura trigemina eſt:corpus deinde lignum:turſuſq⁹ ſemen in ligno ut perſicis. Quædā inter ſe denſa ut uua:ſorbaq⁹:ramos circundata ex omni parte uuaꝝ mō degrauant.alia rara ut in perſicis:Quædā alio continent ut granata.Dependent alia pediculis ut pyra.alia racemis ut uuæ palmæ.alia & pediculis & racemis:ut hederæ ſambuci.alia ramo adherent ut in lauro.Quædā utroq⁹ mō: ut oliuæ.Nā & breues pediculi & longi.Quædā uaſculis cōſtant:ut punica:& meſpila:lotoſq⁹ in ægypto & euphrate.Iam uero diuerſa gratia & cōmendatio.Carne palmæ placent.Cruſta thebaicæ:Succo uuæ & caricæ.Callo pyra ac mala.corpore melimela.Mora cartilagine.Nuclei grano.Quædā in ægypto cute cariotæ.Detrahitur hæc ficis uirentibus ut putamen.Eadē in ſiccis maxime placet.In papyris & ferulis ſpinaq⁹ alba caulis ipſe pomū eſt.Sunt'& ficulini caules.In fruticoſo genere cū caule capparis. In ſiliquis uero quod manditᵉ quid niſi lignū eſt:Non omittēda ſeminis eaꝝ proprietas.Nam neq⁹ corpus neq⁹ lignum nec cartilago dici poteſt:neq⁹ aliud nomen inuenit.

De myrto genera eius.xxix. Cap.xxix.

Vccoꝝ natura præcipuā admirationē in myrto habet.Quando ex una omniū olei uiniq⁹ bina genera fiunt.Itē myrtidanū ut diximus.Et alius uſus baccæ fuit apud antiquos:anteq⁹ piper reperiretᵉ:illā obtinens uicem.Quodā etiā generoſi obſonii nomine inde tracto:qđ etiā nunc myrtatū uocatur.Eadēq⁹ origine aproꝝ ſaporc ōmendatur:plærūq⁹ ad intinctus additis myrtis.arbor ipſa in europa citeriore cælo quod e cetauniis montibus incipit primū ciceris in Elpenoris tumulo uiſa traduntur:græcumq⁹ ei nomen remanet:quo peregrinam eſſe apparet.Fuit ubi nunc Roma eſt iam tum cū conderetur. Quippe ita traditur myrtea uerbena Romanos ſabinoſq⁹ cū propter raptas uirgines dimicare uoluiſſent depoſitis armis pacificatos in eo loco qui nunc ſigna Veneris cluacinæ habet.Cluere enim antiqui pugnare dicebant. Et in ea quoq⁹ arbore ſuffimenti genus habetur.Ideo tamen electa:quoniam coniunctioni & huic arbori præeſt Verius.Haud ſcio in primæue etiam omniū in locis publicis Romæ fata ſit:fatidico quidem & memorabili augurio.Inter antiquiſſima:náq⁹ delubra habetur.Quirini hoc eſt ipſius Romuli.in eo ſacræ myrti fuere duæ ante ædem ipſā per longum tempus.altera patricia appellata:altera plebeia.Patricia multis annis prævaluit.Flacceſcente plebeia exuberans ac læta:quādiu ſenatus quoq⁹ floruit illa uigēs.Plebeia torrida ac ſqualida.Quæ poſtq̄ eualuit flacceſcente patricia martico bello:languida auctoritas patꝝ facta eſt.ac paulatim in ſteri litatem emarcuit maieſtas.Quin & ara uetus fuit Veneri myrteæ quam nunc murtiam uocant. Caro tria genera myrti prodidit. candidam nigram:coniugalem:fortaſſis a coniugiis ex illo cluacinæ gene re. Nunc & alia diſtinctio ſatiuæ aut ſilueſtris:& in utraq⁹ latifoliæ in ſilueſtri propria oxymyrſine. Satiuaꝝ genera topiarii faciunt.Tarentinā folio minuto:noſtratem patulo:exoticam denſiſſimo:ſenis foliorum uerſibus.Hæc nō eſt in uſu.Ramoſa utraq⁹ alia coniugulem exiſtimo nunc noſtratē dici.Myrtus odoratiſſima eſt in ægypto.Cato docuit uinum fieri e nigra:ſiccata uſq⁹ ī ariditatem in umbra:atq⁹ ita mulſo indita.Si non ſiccentur baccæ oleum gigni.Poſtea compertum:& ex alba uinum fieri albū. Duobus ſextariis myrti tuſæ in uini tribus heminis maceratæ expreſſaq⁹.Folia & per ſe ſiccantur in farina ad ulcerū remedia in corpore humano leniter mordaci puluere:ac infrigerandis ſudoribus.Quin immo oleo quoq⁹ mitum dictu ineſt quidā uini ſapor:ſimulq⁹ pinguis liquor præcipua ui ad congēda uina:ſaccis ante perfuſis.Retinet quippe fæcem:nec præter purum liquorē tranſire patitur:datq⁹ ſe comitem præcipua cōmendatione liquato.Virgæ quoq⁹ eius geſtatæ modo uiatori proſunt in longo itinere peditī.Quin & uirgæ annuli expertes ferri inguinū tumori medentur.Bellicis quoq⁹ ſe rebus inſeruit:triumphāſq⁹ de ſabinis.Poſthumius libertus in conſulatu:qui primus oīum ouans ingreſſus urbem eſt:quoniā rē leuiter ſine cruore geſſerat:Myrto Veneris victricis coronatus inceſſit:optabiléq⁹ arborē etiā hoſtibus fecit.Hæc poſtea ouantiū fuit corona:excepto.M.Craſſo qui de fugitiuis & Spartaco laurea coronatus inceſſit.Maſſurius auctor eſt curru quoq⁹ triūphantes myrtea corona uſos.L.Piſo tradit papyrium Naſonem qui primus in monte albano triumphauit de corſis myrto coronatum ludos circenſes ſpectare ſolitū.auus maternus africani ſequentis hic fuit.M. Valerius duabus coronis utebatur laurea & myrtea:qui & hoc uouerat.

Coniugulū.Cato.

Decimus sextus

De lauro genera.xiii. Cap.xxx.

1 Aurus triumphis proprie dicatur:uel gratissima domibus lanitrix Cæsaꝛ pontificumque quæ solo & domos exornat:& ante limina excubat.Duo eius genera tradit cato: delphicã & cypriã:Pompeius Leneus adiecit q̃ mustacem appellauit:quoniã mustaceis subiiceret. Hanc esse folio maximo:flaccidoq; & albicante.Delphicã æquali colore uiridiorem:maximis baccis atq; e uiridi rubentibus.Hac uictores delphis coronari:& triũphantes Romæ.Cypriã esse folio breui nigro p margines ibricato crispã.Et postea accessere genera cuius hãc siluestré lauꝛ aliqui intelligũt nonnulli sui generis arborẽ.Differt color.Est enim cærulea bacca Accessit & regia:q̃ cœpit augusta appellari amplissima & arbore & folio:baccis gustatu quoq; nõ aspero. Aliqui negãt eandem esse:& suũ genus regiæ faciunt longioribus foliis latioribusq;.Idem in alio genere baccaliã appellant hanc quæ uulgatissima est:baccarúq; fertilissima.Sterilem uero earum (quod maxime miror) triũphalem:eaq; dicunt triũphantes uti:nisi id a Diuo Augusto cœperit:ut docebimus:ex ea lauru quæ ei missa e cælo minima est altitudine:folio crispo:ac breui:quæ inuenitur rara.Accedit i topiario opere taxa excrescente in medio folio paruulo:ueluti lacinia folii.Et sine ea spadonia mira opacitatis patientia. Itaq; quãtalibeat sub umbra solum implet.Est chamædaphne siluestris frutex est & alexandrina:quam aliqui idæam:alii hippoglothion:alii daphnẽ:alii carpophyllon:alii hypelatem uocãt.Ramos spargit a radice dodrantales topiarii:ac coronarii operis:folio acutiore q̃ myrti:molliore & cãdidiore.Maiore semine inter folia rubro.Plurima in ida:& circa heracleã póti:nec nisi in mõtosis.id quoq; quod daphnoides uocaꝛ genus in noium ambitu est.Alii enim pelasgum:alii eupetalon:alii cephalon alexandri uocãt.Et hic frutex est ramosus:crassiore ac molliore q̃ laurus folio.Ex cuius gustatu accendaꝛ os:thuris:baccis e nigro russis.Notatũ antiquis nullũ genus lauri in corsica fuisse:quod nũc fatum & ibi prouenit.ipsa pacifera:ut quã prætendi etiã inter armatos hostes quietis sit indiciũ.Romanis præcipue letitiæ uictoriarúq; nuncia additur litteris:& militũ lanceis:pilisq;.Fasces ĩperatoꝛ decorat.Ex iis in gremio iouis optimi maximi deponitur:quotiẽs læticiã uictoria nouã attulit.idq; nõ quia perpetuo uiret nec quia pacifera est præferẽda utiq; myrto & oleæ est:sed quia spectatissima ĩ mõte parnaso.Ideoq; ẽt grata apollini:assuetis eo dona mittere iã & regibus Romanis test.L.Bruto.Fortassis etiã in argumentum:qm̃ ibi libertatẽ publicã is meruisset:lauriferã tellurem illã obsculatus ex responso.Et quia manu fataꝛ receptarúq; in domos fulmine sola nõ icitur.Ob has cãs equidẽ crediderim honorem eis habitũ in triumphis potius:q̃ quia suffimentũ sit cædis hostium & purgatio ut tradit Massurius.adeoq; in profanis usibus pollui laurũ & oleam fas non est:ut ne propiciãdis quidem numinibus accendi ex iis altaria ataue debeãt.Laurus quidẽ manifesto abdicat ignes crepitu:& quadã detestationem interaneorum etiã uitia & neruoꝛ ligno torquẽte.Tiberiũ principem tonante cælo coronari ea solitũ ferunt contra fulminũ metus.Sed & circa diuum augustũ cuẽta eius digna memoratu.Nãq; Liuiæ Drusillæ quæ postea Augusta matrimonii nomen accepit:cũ pacta esset illa Cæsari:gallinam conspicui candoris sedẽt aquila ex alto abiecit in gremiũ illæ sam.Intrepideq; miranti accessit miraculũ:quoniam tenentem rostro laureũ ramum onustum suis baccis.Cõseruari alitem & sobolem iussere aruspices:ramumq; cum seri:ac rite custodiri.Quodq; factum est in uilla Cæsaꝛ fluuio tiberi imposita iuxta nonũ lapidẽ flaminia uia:quæ ob id uocatur ad gallinas. Mireq; silua prouenit Ex ea triumphans postea Cæsar laurũ in manu tenuit:coronamq; in capite gessit. Ac deinde imperatores Cæsares cuncti.Traditusq; mos est ramos quos tenuerunt serendi.Et durãt siluæ nominibus suis discretæ.Fortassis ideo mutatis triũphalibus.Vnius arboꝛ latina lingua nomen imponitur uiris.Vnius folia distinguntur appellatione.Lauream enim uocamus.Durat & in urbe impositũ loco:quãdo lauretũ in auentino uocatur:ubi silua lauri fuit.Eadem purificationibus adhibetur:testatũq; sit obiter & ramo eam seri:quoniã dubitauere Democritus & Theophrastus.Nunc dicemus siluestrium naturas.

Stephanõ atq; gũtur

Teneret

CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE. LIBER. XVI.

PROOEMIVM.

Siluestrium Arborum Naturæ. Cap.i.

Omiferæ arbores quæq; mitioribus succis uoluptatẽ primæ cibis attulerũt & necessario alimento delicias imiscere docuerunt.Siue illæ ultro siue ab homine didicere blandos sapores adoptione & connubio.Idq; munus etiam feris uolucribusq; dedimus:intra predictas constant.Primũ erat narrare glandiferas quoq;:quæ primo uictum mortalium aluerunt nutrices inopis ac fere fortis:ni præuerti cogeret admiratio usu compertas:quæ nam qualisq; esset uita sine arbore ulla sine frutice uiuentium.

P

Gentes sine arbore:& miracula in septẽtrionalis regiõis arboribus. Cap.ii.

Iximus & in oriente quidẽ iuxta oceanũ cũplures ea necessitate gentes. Sunt

d

uero & in ſeptentrione uiſæ nobis caucoꝝ:qui maiores minoreſq; appellant. Vaſto ibi meatu ꝑpetuis bis dieꝝ noctiúq; ſingulaꝝ interuallis effuſus in imenſum agitur oceanus æternã operiẽs reꝝ naturæ controuerſiã:dubiúq; terræ ſit:an pars maris. Illic miſera gens tumulos obtinet altos aut tribunalia ſtructa manibus ad experimenta altiſſimi æſtus:caſis ita ipoſitis:nauigantibus ſimiles:cũ integant aquæ circundatæ naufragiis:Cũ uero receſſerint:fugientes cũ mari piſces circa tugutia uenantur. Non pecudes hos habere nõ lacte ali:ut finitimos. Nec cũ feris quidẽ dimicare contingit omni procul ab acto frucꝛ to ſcrobibus in ueſtibulo domus. Et hæ gentes certe ſi uincant hodie a populo Ro. ſeruire ſe dicũt. Ita eſt profecto:multis fortuna parcit in pœnã. Aliud e ſiluis miraculũ totã reliquã germaniã replent:addunt q; frigori umbras:altiſſime tamẽ. Haud procul ſupradictis caucis circa duos præcipue lacus. Littora ipſa obtinent quercus maxima auiditate naſcendi ſuffoſſæq; fluctibus aut propulſæ flatibus uaſtas cõplexu radicũ inſulas ſecum auferunt. atq; ita libratæ ſtantes nauigant ingentium ramoꝝ armentis. Sæpe territis claſſibus noſtris: cum uelut de induſtria fluctibus agerentur:ut in proſpectu ſtãtes noctu inopeſq; remedii illæ prælium nauale aduerſus arbores initent.

Vel cibo q; Sed:uel ſibi os

De hyrciniæ ſiluæ magnitudine. Cap.iii.

N eadem ſeptẽtrionali plaga hyrciniæ ſilue roboꝝ uaſtitas intacta & congenita mundo ꝑ
i pe imortali ſorte miracula excedit. Vt alia omittant fide caritura. Conſtat attolli colles occurſantiũ inter ſe radicũ repercuſſu. Aut ubi ſecuta tellus non ſit:arcus ad ramos uſq;:& ipſos inter ſe rixantes curuari portarum patentium modo in turmas equitum tranſmittant.

De glandiferis. Cap.iiii.

g Landiferi maxime generis omnes:quibus honos apud Romanos perpetuus.

De ciuica corona:& qui frondea corona donati. Cap.v.

Inc ciuicæ coronæ militum uirtutis inſigne clariſſimũ. Iampridem uero & clæmentiæ im-
h peratoꝝ poſtq; ciuiliũ belloꝝ profanatione meritũ cœpit uideri ciuẽ nõ occidere. Cedũt iis mulares uallareſq;:& aureæ:q̃q̃ precio antecedẽtes. Cedunt & roſtratæ:q̃uis in duobus maxime ad hoc æui celebres. M. Varrone piraticis bellis dante magno Pompeio. Itemq; M. Agrippa tribuẽte Cæſare e ſiculis:q̃ & ipſa piratica fuere. antea roſtra nauiũ tribunali ꝑfixa foro decus erant:ueluti po. Ro. ipſa corona impoſita. Poſtq̃ uero tribunitiis ſeditionibus calcari ac pollui cœpere: poſtq̃ uires ex publico in priuatũ magis ſingulíſq; ciuiũ quæri:& ſacroſancta omnia profana fecere:tũ edibus eoꝝ ſubiere in capita ciuiũ roſtra dedit hanc auguſtus coronã agrippæ. Sed ciuicã a gente huc mano accepit ipſe. antiquitus quidẽ nulla niſi deo dabatur. Ob id Homerus cælo tantũ eas & prælio uniuerſo tribuit. Viritim uero ne in certamine quidẽ ulli. Ferũtq; primũ oĩum liberũ patrem impoſuiſſe capiti ſuo ex hedera. Poſtea deoꝝ honori ſacrificãtes ſumpſere uictimis ſimul coronatis. Nouiſſime & in ſacris certaminibus uſurpatæ:in quibus hodieq; non uictori dant:ſed patriã ab eo coronari pronunciatur. Inde natũ:ut etiã triumphaturis conferrentur in templis dicandæ. Mox ut & ludis darent. Longũ eſt:nec ex inſtitutione operis differere quis q̃ Romanoꝝ primus acceperit. Neq; enim alias nouerant q̃ bellicas. Quod certũ eſt uni gentiũ huic plura ſunt genera q̃ cunctis. Romulus frondea coronauit Hoſtum Hoſtilium q̃ fidenam primus irrupiſſet. aluus hic Tulli Hoſtilii regis fuit. P. Decium patrem tribunum militum frondea donauit exercitus ab eo ſeruatus:imperatore Cornelio Coſſo conſule ſannitium bello. Ciuica ilignea primo fuit:poſtea magis placuit ex eſculo Ioui ſacra. Variatumq; & hoc cum quercu eſt:ac data ubiq; q̃ fuerat:coſtodito tamen honore glandis. additæ leges arctæ:& ideo ſuperbæ:quaſq; conferre libeat cum illa græcoꝝ ſumma:quæ ſub ipſo ioue datur. Quiq; patriæ muros primus ſcandens audentem irrumpere occidit. Quiq; ciuem maluit ſeruare quã hoſtem occidere. Vtq; eum locũ in quo ſit actum obtineret hoſtis eo die. Vtq; ſeruatus fateatur:alias teſtes nil proſunt. Vt ciuis fuerit. auxiliis q̃ rege ſeruato decus id non dant. Nec creſcit honos idem imperatore cõſeruato:qm̃ conditores in quocunq; ciuem ſummũ eſſe uoluerunt. accepta licet uti perpetuo ludis. Induenti ſemp aſſurgi etiã ab ſenatu in more eſt. Sedendi ius in proximo ſenatui. Vacatio munerum omnium ipſi patriq; & auo paterno. xiiii. eas accepit Sicinius Dentatus ut rettulimus ſuo loco. Sex. Capitolinus. Is quidem & de duce Seruilio. africanus de patre accipere noluit apud trebiam. Omores æternos:qui tãta opera honore ſolo donauerũt. Et cũ reliquas coronas auro cõmendarent:ſalutem ciuis iis in precio eſſe noluerunt:clara profeſſione:ſeruari quidem hominem nefas eſſe lucri cauſas.

De glande genera tredecim. Cap.vi.

Landes opes eẽ nunc quoq; multaꝝ gentiũ etiã pace gaudentiũ cõſtat. Necnon & Icopia
g frugũ arefactis molit farina:ſpiſſaturq; in panis uſum. Quin & hodieq; ꝑ hiſpanias ſecũdis menſis glans inſerit. Dulcior eadẽ I cinere toſta. Cantũ eſt ꝑterea lege. xii. tabulaꝝ ut glandem I alienũ fundũ ꝓcidentẽ liceret colligere. Genera eaꝝ multa. Diſtãt fructu:ſitu:ſexu:ſa

pore.Namq; alia fageæ glandi figura:alia quernæ:& alia ilignæ.Atq; inter se quoq; generȝ singulorȝ differentiæ.Præterea sunt aliæ siluestres:aliæ placidiores:quæ culta obtinẽt. Iam etiã in montosis planisq; distant.Sicut & sexu mares ac fœminæ.Item sapore.Dulcissima omnium fagi:ut qua obsessos ẽt homines durasse in oppido chio tradit Cornelius Alexander.Genera distinguere non datur nominibus quæ sunt alia alibi.Quippe cũ robur quercumq; uulgo nasci uideamus:sed æsculũ nõ ubiq;.Quartam uero generis eiusdem quæ cærrus uocaẽ ne italiæ quidẽ maiori ex parte notã esse. Distinguemus ergo proprietate naturaq;.& ubi res coget etiam græcis nominibus utendum.

De fagina glande & reliquis glandibus:& carbone & pastu porporum. Cap.vii.

Agi glans nucleis similis:triangula cute includitur.Folium tenue:ac leuissimũ: populo simile:celerrime flauescens:& media parte plerunq;.Gignens superne paruulã baccã uiridẽ: cacumine aculeatã.Fagi glans muribus gratissima est:& ideo animalis eius una prouẽtus. Glires quoq; saginat.Expetitur & turdis.arborum fertilitas omnium fere alternat:sed maxime fagi.Glandem quæ propriæ intelligitur:ferunt robor:quercus:æsculus:cerrus:ilex:suber.Continentur hispido calice per genera plus minus item complectente.Folia præter ilicẽ:grauia:camosa:procera:sinuosa lateribus.Nec cum cadunt flauescentia:ut fagi.Pro differentia generȝ breuiora uel lõgiora.Ilicis duo genera.Ex iis in italia folio non multum ab oleis distant. Smilaces a quibusdam græcis dictæ in prouintiis aquifoliæ.Ilicis glans utriusq; breuiore & gracilior.Quã Homerus aculon appellat:eoq; nomine glande distinguit.Masculas ilices negant ferre.Glans optima in quercu atq; grãdissima.Mox æsculo.Nam roboris parua.Cerro tristis horrida:echinatho calice seu castaneæ.Sed in quernis alia dulcior:molliorq; fœminæ:maris spissior. Maxime autem probantur latifoliæ ex argumento dictæ.Distant autem iter se magnitudine & cutis tenuitate.Item q; aliis subest tunica rubigine scabra: aliis protinus candidum corpus.Probatur & ea:cuius in balano utrinq; ex longitudine extrema lapi⸗ desit in duriciã.Melior cui in cortice q̃ cui in corpore.Vtrunq; nõ nisi mari.Præterea aliis ouata: aliis rotunda:aliis acutior figura.Sicut & colos nigriar candidiorue qui præferẽ.Amantudo in extremitatibus:mediæ dulces. Quin & pediculi breuitas proceritasq; differentiam habet.In ipsis uero arboribus quæ maximã fert:hemeris uocatur:breuior:& in orbem comosa:alasq; ramorȝ crebro cauata. Fortius lignum quercus habet & incorruptius:ramosa & ipsa.Procerior tamen & crassior caudice.Excelsissima autẽ egilops incultis amica.Ab ac proxime latifoliæ proceritas:sed minus utilis ædificiis.At quæ carbone dotata uitiis obnoxia est.Quamobrem solido utuntur carbone.ærariorȝ tantum officinis compendio.Quoniam desinente flatu protinus emoriẽs sæpius recoquitur.Cætero plurimis scintillis.Idẽ e nouellis melior.Acerui confertis thaleis recentibus luto caminantur:accensaq; strue contis pungitur durescens calex.Atq; ita sudorẽ emittit.Pessima & carboni & materiæ haliphleos dicta:cui crassissimus cortex atq; caudex:& plerunq; cauus fungosusq;.Nec alia putcescit ex hoc genere:etiã cum uiuit.Quin Calix & fulmine sæpissime icitur:q̃uis altitudine non excellat.Ideo ligno eius nec ad sacrificia uti fas habeẽ. Eidem rato glans:& cũ tulerit amara.Quam præter sues nullũ attingit animal.Ac ne eæ quidẽ si aliud pabulũ habeant.Hoc quoq; inter reliqua neglectæ religionis est:q; emortuo carbone sacrificaẽ.Glans fagea suem hylarem facit:carnem coctibilem ac leuem:& utilem stomacho.Ilignea suem angustam:nitidam:strigosam:ponderosam.Querna diffusam & grauissimam:& ipsa glandium aquæ dulcissima. proxima huic cerream tradit Nigidius:nec ex alia solidiorem carnem:sed duram.Ilignea tẽtari sues:nisi paulatim detur.Hanc nouissimã cadere.Fungosam carnem fieri æsculo:robore:subere. Quæ glãdem ferunt omnes & gallam.Alterniq; annis glandem.Sed gallam hemeris optimam:& coriis perficiendis aptissimam.Similem huic latifoliam:sed leuiorem:multoq; minus probatam.Ferẽ& nigram Duo enim genera sunt.Hæc tingendis utilior.

De galla:& q̃ multa præter glandem eædem ferant arbores. Cap.viii.

Ascitur ãt galla sole de geminis exeũte erũpens noctu semp uniuersa.Crescit uno die cãdi⸗ dior.Et si excepta é æstu arescit ꝓtinus:neq; ad iuxtũ incrementũ puenit:hoc est:ut nucleũ fabæ magnitudinẽ habeat.Nigra diutius uiret:crescitq; ut interdũ mali cõpleat magnitudiné.Optima comagena.Deterrima ex robore.Signũ eius q; cauernæ transluceant.Robur ꝑtet fructũ plurima alia gignit.Nãq; fert & gallæ utrunq; genus & quædã ueluti mora:ni distarent arida udricia plerunq; tauri caput imitãtia:quibus fructus inest nucleis oliuæ similis.Nascunẽ in eo & pilulæ nucibus nõ absimiles:intus habẽtes flocculos molles:lucernarȝ luminibus aptos.Nã & sine oleo flagrant.sicuti galla nigra.Fert & aliã inutilẽ pilulã cũ capillo uerno tpe tñ melligeni succi. Gignunt & alæ tamorȝ eius pilulas corporĩ nõ pediculo adhærẽtes:candicãtes umbilicis.Cætera nigra uarietate dispersa.Media cocci calore habent. Apertis amara inanitas est.aliquando & culices gignit.Necnõ punices & e foliis conuolutas pilulas:& in folio rubentes. Aquosos nucleos candicãtes & transluciclos:quam diu molles sint:in quibus & culices nascuntur:maturescunt immodum.

De cachrye:& cocco grano:& agarico:& subere. Cap.ix.

Erunt robora & cacryn:ita uocaſ pillula in medicina ꝛ̄ēdi uim habens. Gignitur & in abie
f te:larice:picea:tilia:nuce:platano:poſtq̄ folia cecidere hyeme durās. Continet nucleum pi-
neis ſimile. Is creſcit hyeme:aperiť uere pilula tota. Cadit cum folia cœperint creſcere. Tam
multifera ſunt:& tot res ꝓter glandē pariůt robora. Sed & boletos ſuilloſq; gullæ nouiſſi-
ma irritamēta:q̄ circa radices gignunť. Quærcus ꝓbatiſſimos. Robur ât & cypreſſus & pinus noxios.
Robora ferunt & uiſcum & mella ut auctor eſt Heſiodus. Conſtatq; rores melleos e cælo ut diximus
cadentes non aliis magis inſidere frondibus. Cæremati quoq; roboris cinerē introſum eſſe manifeſtū
eſt. Oēs tamen has eius dotē ilex ſolo prouocat cocco. Granů hoc. Primoq; ceu ſpectes frutices paruos
aquifoliæ ilicis quiſquilium uocant:penſionē. alteram tributi pauperibus hiſpaniæ donati. Vſum eius
gratiorem in conchylii mentione tradidimus. Gignitur & in galatia:africa:piſidia:cilicia. Peſſimum in
ſardinia. Galliaꝝ glandiferæ maxime arbores agaricum ferunt. Eſt autē fungus candidus odoratus:an
tidotis efficax:in ſummis arboribus naſcens:nocte relucens. Signů hoc eius q̄ in tenebris decerpitur. E
glandiferis ſola quæ uocatur ægyops fert pānos arentes:muſcoſo uillo:canos non in cortice mō:neq;
& e tamis dependentes cubitali magnitudine:odoratos ut diximus inter unguenta. Suber minima ar-
bor:glans peſſima:rara:cortex tantů in fructu præcraſſus ac renaſcens:atq; etiam in denos pedes undiq;
explanatus. Vſus eius anchoralibus maxime nauiů piſcantiumq; tragulis:& cadoꝝ obturamentis. Præ
terea in hyberno fœminaꝝ calceatu. Quāobrem non infacete græci cortices arboꝝ appellāt. Sunt qui
fœminam ilicem uocent:atq; ubi nō naſcitur ilex pro ea ſubere utuntur. In carpenariis præcipue fabri-
cis ut circa elin & lacedæmonem: Nec in italia tota naſcitur: aut in gallia omnino.

Quarum ſint in uſu cortices. Cap. x.

Ortex fago:tilia:abiete:picea:in magno uſu agreſtum. Vaſa corbeſq; ac patentiora quædā
c meſſibus. conuehendis uindemiiſq; faciunt:atq; prætexta tuguriorum. Scribit in recenti ad
duces explorator incidens litteras a ſucco. Necnon in quodam uſu ſacroꝝ religioſus eſt
fagi cortex. Sed non durat arbor ipſa.

De ſcandulis & pinu:pinaſtro:abiete:piceaq;:larice:tæda:taxo. Cap. xi.

Candulæ e robore aptiſſimæ:mox glādiferis aliis:fagoq;:facillimæ ex oibus quæ reſinā ſe
s runt:ſed minime durant:prætereq̄ epino: Scandula contectā fuiſſe Romāuſq; ad bellū pyr
rhi annis quadringētis. lxx. Cornelius nepos auctor eſt. Siluaꝝ certe diſtinguebať inſigni
bus. Fagus italo Ioui etiā nūc eſt ubi lucus fageus fuit:portaq; querculana. colle in quē ui-
mina petebanť:totq; lucis quibuſdā & geminis. Q. Hortenſius dictator cū plebs ſeceſſiſſet in ianiculū
legē in æſculeto tulit:ut ea quod iuſſiſſet oēs quirites tenerenť. Peregrinæ tūc uidebanť:qm̄ nō erant
ſubuerbanæ pinus atq; abies. Omneſq; quæ picē gignunt:de quibus nunc dicemus. Simul ut tota con
diendi uina origo cognoſcať: Quæ ferunt in aſia aut in oriente e prædictis picē. In europa ſex genera
cognataꝝ arboꝝ reſinā ferunt. Ex iis pinus atq; pinaſter foliū habent capillamenti mō prætenue:lon-
gumq; & mucrone aculeatū. Pinus fert minimimū reſinæ: interdū ex nucibus ipſis de quibus dictū eſt.
Vixq; ut aſcubať generi. Pinaſter nihil aliud eſt q̄ pinus ſilueſtris:mira altitudine:& a medio ramoſa ſi-
cut pinus in uertice. Copioſiorē dat hæc reſinā quo dicemus modo. Gigniť & in planis. Eaſdē arbores
Strobilos alio noie eſſe per orā italiæ quas ſtibulas uocāt ut pleriq; arbitrātur:ſed graciles:ſuccinctioreſq; & eno
des liburnicaꝝ ad uſus:pene reſina. Picea mōtes amat atq; frigora:feralis arbor:& funebri īdicio ad ſo
res poſita:ac rogis uirens. Iā tamen & in domo recepta:tonſili facilitate. Hæc plurimā reſinā fundit:in-
terueniente candida gēma tam ſimili thuri:ut mixta uiſu diſcerni nō queat:& inde fraus ſeplaſiæ. Om
nibus iis generibus folia breui ſeta & craſſiore:duraq; ceu cupreſſis. Piceæ rami pene ſtatim ab radice
modici uelut brachia latheribus inhærēt. Similiter abieti expetite nauigiis. Situs ī excelſo montiū ceu
maria fugerit:nec forma alia. Materies uero præcipua trabibus:& plurimis uite operibus. Reſina ei ul-
tium. Vnde fructus unus piceæ:exiguúq; ſudat:aliquādo contactu ſolis. E diuerſo materies quæ abieti
pulcherrima:piceæ ad fiſſiles ſcandulas:cupaſq; & pauca alia ſecamenta. Quinto generi ſitus idem:ea-
dem facies:laris uocatur:materia præſtātior longe:incorrupta uis humori cōtumax:rubēs præterea:&
odore acrior. pluſculum huic erumpit liquoris:mello colore:atq; lentiore:nunq̄ duraſcentis. Sextum
genus eſt tæda proprie dicta:abundantior ſucco q̄ reliqua:parcior liquidiorq; q̄ picea. Flāmis ac lumi
ni ſacroꝝ etiam grata. Hanc mares dūtaxat ferūt:& eā q̄ græci ſycen uocant odoris grauiſſimi. Laricis
morbus eſt ut tæda fiat. Oīa āt hæc genera accēſa fuligine īmodica carboné repēte expuūt:cū eruptio
nis crepitu:eiaculātur:lōge:excepta larice:q̄ nec ardet:nec carbonē facit:nec alio modo ignis ui cōſu
mitur:q̄ lapides: Oīa uero ea perpetuo uirent:nec facile diſcernunť in frōde etiā a peritis. tāta naturā
mixtura ē. Sed picea minus alta q̄ larix. Illa craſſior leuiorq; cortice:folio uilloſior:pinguior:& dēſior:
meliorq; flexu. At piceæ rariora ſiccioraq; folia & tenuiora ac magis algentia. Totaq; horridior ē & p-
Rota fuſa reſina. Lignū uero abieti ſimilius. Larix uſtis radicibus nō repullulat picea repullulat: ut in leſbo ac
cidit icenſo nemore pyrrheo. alia etiānū generibus ipſis ī ſexu differētia. Mas breuior & durior: fœmi

na procerior. Pinguioribus foliis & simplicibus atq; non rigentibus. Lignũ maribus durũ: & in fabrili opere cõtortũ: fœminæ mollius: publico discrimine in securibus. Eæ i quocũq; genere deprehẽdunt maré quippe respuunt: & fragosius fidunt: ægrius reuellunt. Ipsaq; materies retorrida: & nigrior maribus radix. Circa idã in troade & alia differẽtia ẽ montanæ maritimæq;. Nãq; in macedonia & arcadia circa elin permutãt noia. Nec cõstat auctoribus quod cuiq; generi attribuant: nos ista Romano discernimus iudicio. Abies e cunctis amplissima est: & fœmina etiã plixior. Materia mollior: utiliorq; arbore totũdior: folio pinnato: densa: ut hymbres non trãsmittat: at hylarior intuitu. E ramis generũ horum paniculæ mõ nucaméta squãmatim cõpacta dependent præter q̃ larici. Hæ quoq; abietes masculæ prima in parte nucleos habẽt: non itẽ fœminæ. Piceæ uero totis panniculis minoribus gracilioribusq; minimos ac nigros. Propter quod græci phthiphoron eã appellant. In eadem nucamenta cõpressiora maribus sunt: ac minus resina roscida. Similis his etiamnũ aspectu est: ne qd prætereat taxus: minus uirens: gracilisq; & tristis: ac dira: nullo succo ex oibus sola baccifera. Mas noxio fructu. Lœtale qppe baccis in hispania præcipue uenenũ inest. Vasa etiã uiatoria ex ea uinis in gallia facta mortifera fuisse compertum est. Hãc Sestius smilacem a græcis uocari dixit. Et esse in arcadia tam præsentis ueneni ut si qui dormiant sub ea: cibumue capiant moriantur. Sunt qui & taxica hinc appellata dicũt uenena: quæ nũc toxica diximus: q̃bus sagittæ tingant. Repertũ inoxiã fieri: si in ipsam arborẽ clauus æreus addicatur.

Quibus modis fiant genera picis: & quomodo fiat cædrum: & de spissa pice quomodo fiat & quibus modis resina coquatur: Cap. xii.

Ix liquida in europa e tæda coquitur nauálibus muniendis: multoq; ad alios usus. Lignũ
Larix fœmina habet: qnã græci uocãt ægida mellei coloris. Inuentũ ẽ pictorũ tabellis imotale: nulliſq; fiſſile rimis Hoc lignũ proximũ medullæ é. In abiete Ieucó græci uocauere. cædrus quoq; duriſſima: q̃ medulæ proxia ut i corpore oſſa deraſo mõ limo. Et ſambuci interiora mire firma tradunt. Náq; q uenabula ex ea faciũt præferũt oĩbus. Cõſtat. n. ex cute & oſſibus Cedi tempeſtiuũ quæ decorticent. Vt teretes ad tẽpla cæteraq; uſus rotundi cũ germinãt: alias cortice ĩextricabili & carie ſubnaſcẽte ei materiaq; nigreſcẽte. Tigna & qbus aufert ſecuris corticẽ a bruma ad fauoniũ: aut ſi præuenire cogamur arcturi occaſu: & ante eũ fidiculæ. Nouiſſima tõne ſolſtitio. Dies ſyderũ hotũ reddent ſuo loco. Vulgo ſatis putant obſeruare: ne quæ dedolandæ arbores ſternantur ãte editos ſuos fructus. Robur uere cæſum teredinem ſentit. Bruma aũt neq; uitiatur: neq; ſinditur alias obnoxiũ etiã ut torqueat ſeſe: findatq; quod ĩ ſubere tẽpeſtiue quoq; cæſo euenit. infinitum refert lunaris ratio. nec niſi ad uiceſima in triceſimã cædi nolũt. inter oẽs cõuenit ululiſſime in coitu eius ſtirpi: quem diẽ alii interlunium: alii ſilentis lunæ appellant. Sic certe Tiberius Cæſar concremato ponte naumachiario larices ad reſtituendũ cædi ex retia p̃finiuit. Quidã dicunt ut in coitu & ſub terra ſit luna. Quod fieri nõ poteſt niſi noctu. At ſi cõpetant coitus in nouiſſimũ diem brumæ: illa æterna ſit materies: proxime cum ſupradictis ſyderibus. Quidam & canis ortũ addũt: & ſic cæſas materies in forum auguſtũ. Nec nouellæ ãt ad materiem nec ueteres utiliſſimæ. Circũciſas quoq; ad medullã alii nõ iutiliter relinquũt: ut oĩs humor ſtãtibus defluat. Mirum apud antiquos prio punico bello claſſem Duilli imperatoris ab arbore exciſa ſexageſimo die nauigaſſe. Contra uero Hieronẽ regẽ ducentes. xx. naues effectas diebus. xlv. tradit. L. Piſo. Secũdo quoq; punico bello Scipionis claſſis. xl. die a ſecuri nauigauit. Tãtum tẽpeſtiuitas etiam in rapida celeritate pollet. Cato hominũ ſummus in omni uſu de materiis hæc adiicit. prælum a ſapino atra potiſſimum facito. Vlmeam: pineã: nuceã: hãc atq; aliã materiem omnem cum offodies: luna decreſcente eximito poſt meridiẽ ſine uento auſtro. Tũc erit tempeſtiua: cũ ſemẽ ſuum maturũ erit. Caueto ne per rorem crahas: aut doles. Idemq; mox. Niſi intermeſtri luna atq; dimidiata ne tãgas materiem. Tunc ne offodias aut præcidas abs terra. Diebus quattuor proximis quibus luna plena fuerit optime eximitur. Omnino caueto nigram materiam ne doles: ne cedas neue tãgas niſi ſiccam: ne ue gelidam: ne ue rorulẽtam. Tiberius idem & in capitolio condendo ſeruauit interlunia. M. Varro aduerſus defluuia præcepit obſeruandum idem a pleniluniis. Larici & magis abieti ſuciſis humor diu defluit. Hæ omnium arborum altiſſimæ ac rectiſſime. Nauium malis anténiſq; ppter leuitatem præfertur abies Communi ab iis pino: quæ aut quadripartitos uenarum curſus biſodoſq; habeat uel omnino ſimplices. Fabrorum inteſtina opera medulla ſectilis optima quadripartitis materiis & mollio q̃ cæteræ. intellectus i cortice protinus peritis. Abietis quæ pars a terra fuit enodis eſt. Hæcq; quam diximus ratione fluuiata decorticatur: atq; ita ſapinus uocatur: ſuperior pars nodoſa durioq; ſuſterna. Et i ipſis autem arboribus robuſtiores aquiloniæ partes. Et i totum deteriores ex humidis opaciſq;. Spiſſiores ex apricis: & diuturnæ. ideo romæ infernas ſabies ſupernati præfertur. Eſt per gentium quoq; regiones in iis differentia. Alpibus apenninoq; laudatiſſimæ. in gallia uribus ac monte uoſego in corſica bithynia: ponto: macedonia. Deteriores æneatica & arcadica. Peſſimæ pnaſia: & euboea: quoniam romoſæ ibi & cõtortæ putreſcẽteſq; facile. Ad cædrus i creta africa ſyria laudatiſſima. Cædri oleo perũcta materies nec tineam nec cariem ſentit. iunipero eadem uirtus quæ cædro. Vaſta hæc in hiſpania maximeq; baccæ eis. Medula eius ubicũq; ſolidior etiã q̃ cædrus. publicum omniũ uitium uocant ſpiras ubi ſeſe cõuoluere uenæ atq; nodi. Inueniuntur in quibuſdã ſicut in marmore centra: ideſt duricia clauo ſimilis: inimica ferris. Et quedã forte accidunt in lapide comprehenſo aut recepto in corpus:

Luſſon

Cõmunio his

æanica

aut alterius arboris ramo. Megaris diu stetit oleaster in foro: cui uiri fortes affixerant arma: quæ cortice ambiente ætas longa occultauerat. Fuitq; arbor illa fatalis excidio urbis præmonitæ oraculo cum arbor arma peperisset. quod succisæ accidit ocreis galleisq; intus repertis. Ferunt lapides ita inuentos ad continendos partus esse remedio.

De matetiis. De magnitudine arborum: & quæ cariem & ruinam non sentiunt: & de perpetuitate materiarum. Cap. xli.

a Mplissima arborũ ad hoc æui existimat Romæ uisa: quã propter miraculum. Tiberius Cæsar in eodem põte naumachiario expositerat aduectam cum reliqua materie. Durauitq; ad Neronis principis amphiteatrum. Fuit autem trabes e larice longa pedes. cxx. bipedali crassitudine æqualis. Quo intelligebatur uix credibilis reliqua altitudo fastigium ad cacumen æstimantibus. Fuit & memoria nostra in porticibus septorum a. M. Agrippa relicta æque miraculi causaquæ delibatorio superfuerat. xx. pedibus breuior sexquipedali crassitudine. Abies admirationis præcipue in naui quæ ex in ægypto Caii principis iussu obeliscum in uaticano circo statutum: quattuorq; truncos lapidis eiusdem ad sustinendum eum adduxit. Q ua naue nil admirabilius uisum in mari certum est. Cxx. modii tunc lentis pro saburra ei fuere. Longitudo spacium obtinuit magna ex parte ostiensis portus latere leuo: ibi namq; demersa est a Claudio principe cum tribus mollibus turrium altitudine in ea exædificatis obiter puteolano puluere aduectis. Quæ arboris crassitudo quattuor hominum ulnas complectentium implebat. Vulgoque auditur. lxxx nummorum & pluris malos ne eos uenundari usus. Rates uero connecti. xl. sestertius pleraq;. At in ægypto ac syria reges inopia abietis cædro ad classes feruntur usi. Maxima ea in cypro traditur ad undeciremem Demetrii succisa. cxxx. pedum longitudinis: crassitudinis uero ad trium hominum complexum. Germaniæ prædones singulis arboribus cauatis nauigant: quarum quædam & triginta homines ferunt. Spississima ex omni materie ideo & grauissima iudicator hebenus & buxus: graciles natura: neutra in aquis fluitat: nec suber si dematur cortex: nec larix. Ex reliquis siccissima lotos: quæ Romæ ita appellatur. Deinde robur ex alburnatum: & huic nigricans color: magisq; etiam cytiso: quæ proxime accedere hebenum uidetur. Quamq; non desint qui syriacas terebinthos nigriores affirmiment. Celebratur & Tericles nomine calices ex terebintho solitus facere torno. Per quam probatur materies: omniũ hæc sola ungi uult: meliorq; oleo fit. Colos mite adulterat iuglande ac pyro siluestri tinctis atq; in medicamine decoctis. Omnibus quæ diximus spissa firmitas. Ab his proxima est cornus: quamqui non potest uideri materies propter exilitatẽ. Sed lignum non alio pene q̃ ad radios rotarum utile: aut si quid cuneandum sit in ligno clauisue figendum ceu ferreis. Ilex item & oleaster & olea atq; castanea: carpinus: populus. Hæc omnia & crispa acetis modo. Si ulla materies idonea esset. Ramis sæpe deputatis castratio illis est: adimitq; uires. De cæteropleriscq; eoq;. Sed utiq; robori tanta duricia est: ut terebrari nisi madefactum non queat: & ne sic quidem adactus auelli clauus. E diuerso clauum non tenet cædros. Molissima tilia: eadem uidetur & calidissima: argumentum afferunt q; citissime ascias retundat. Calidæ morus: lautus: hædera: & omnes quibus igniaria fiunt. Exploratoq; hoc usus in castris: pastorumq; repperit: quoniam ad excutiẽdum ignẽ non semper lapidis occasio est. Teritur igitur lignũ ligno: ignemq; concipit attritu: excipiente materia aridi fomitis fungi uel soliq; facillime conceptum. Sed nihil hædera præstantius: quæ teratur lauro: laurũq; terat. Probatur & uitis siluestris alia q̃ labrusca: & ipsa hædere modo arborem scandens. Frigidissima quæcunq; aquatica. Lentissima ãt & iõ scutis faciẽdis aptissima quoq; plaga cõtrahit se ptinus: claditq; suũ uulnus. Et ob id contumatius transmittit ferrũ. In quo sunt genere fici: ut salix: tilia: betula: sabucus: populus utraq; Leuissimæ ex his sicut & salix: ideoq; utilissimæ. Omnes autẽ etiam ad cistas quæcunq; flexibili crate constant. Habent & candorem rigoremq; & in sculpturis facilitatem. Est lentitia platano sed madida sicut alno. Siccior eadem ulmo: fraxino: moro: cerasso: sed ponderosior. Rigorẽ fortissime seruat ulmus: ob id cardinibus assamentisq; portaq; utilissima: qm̃ minime torquetur: permutanda tantum sic: ut cacumen ab inferiore sit cardine: radix superior palma est mollis. Et suberis materies spissa: & malus: pyrusq; necnon acer: sed fragiles: & quæcunq; crispa. in omnibus siluestris & masculi differentia cuiusq; generis augent. Et infœcunda firmiora fertilibus: nisi quo in genere mares ferũt: sicut cupressus & cornus. Cariem uetustatẽq; non sentiunt cupressus: cædrus: hebenus: lotos: buxus: taxus: iuniperus oleaster: & olea. Et ex reliquis tardissime larix: robur: suber castanea: iuglans. Rimã fissuramq; non capit sponte cædrus: cupressus: olea. Buxum maxime æternã putant: hebenũ: & cupressum: cædrũq;. Claro de omnibus materiis indicio in templo ephesiæ Dianæ utpote tota asia extruente: cum quadringentis annis peractũ sit. Cõuenit tectũ eius esse e cædrinis trabibus. De ipso simulacro dea ambigitur. Cæteri ex hebeno esse tradunt. Mutianus ter consulex iis qui ptoxime uiso eo scripsere: uitigineum & unq̃ mutatum species restituto templo. Hanc materiam elegisse eandem. Can etiam nomen artificis nuncupans. Q uod equidem miror: cum antiquiorẽ Mineruã nõ quoq; modo libero patri uetustatem attribuat. Adiicit multis foraminibus nardo rigari: ut medicatus humor alat: teneatq; iunctu

ras:quas & ipsas esse modicas admodũ mitor. Valuas esse e cupresso:& iã quadringentis ꝑpe annis durare materiã oẽm nouæ similem. Id quoq; notandũ ualuas in glutinis compage quadriẽnio fuisse. Cupressus in eas electa:qñ præter cætera uno in genere materiæ nitor maxime ualeat æternus. Nonne simulacrum iouis in arce cupresso durat a condita urbe sexcentesimo sexagesimo primo anno dicatum?

Humidicarum

Memorabile & uticæ tẽplum apollinis:ubi rudicaꝫ cædroꝫ trabes durãt ita ut positæ fuere prima urbis eius origine annis. m. clxxxviii. Et in hispaniis aiunt templũ Dianæ zacyntho aduectæ cum conditoribus anno ducẽtesimo ante excidiũ troiæ ut auctor est Bocchus infra oppidum ipsum id haberi. Cui percit religione inductus Hánibal iuniperi trabibus etiã nunc durantibus. Super oĩa memoratur ædes in aulide eiusdem deæ seculis ante troianũ bellũ exædificata. Cuius qñ generis materiæ scientia oblitterata in plenũ dici nõ potest: utiq; quæ odore præcellant: ea æternitate præstare. A prædictis morus proxime laudatur: quæ uetustate etiã nigrescit. Et quædã tamen in aliis diuturniora sunt uisibus q̃ alia. Vlmus in præflatu firma. Robur defessum. Et in aquis quercus obruta. Eadẽ super terrã rimosa facit opera torqueudo sese. Larix in humore præcipua: & alnus nigra. Robur marina aqua corrũpitur. Non improbatur in aqua & fagus & iuglans. Hæ quidẽ in iis quæ defodiuntur uel principales. Item iuniperus eadẽ & subdialibus aptissima. Fagus & cerrus celeriter marcescũt. Aesculus quoq; humoris impatiẽs. Econtra adacta in terrã palustribus alnus æterna. oneriq; quãtilibet patiẽs. Cerasus firma. Vlmus & fraxinus lentæ: sed facile pandunt: flexibiles tamen stantes a circũcisura: siccatæ fideliores. Laricem in maritimis nauibus obnoxiã teredini tradunt. Et omnia præterq̃ oleastrum & oleam. Quædã enim in matis quædam in terra uitiis oportuniora.

De teredinibus. Cap. xlii.

i Nfestantiũ quattuor genera. Teredines capite ad portionẽ grauissimo rodũt dentibus. Hæ tantũ in mari sentiunt: nec aliã putãt teredinẽ propiie dici. Terrestres tineas uocãt. Culicibus uero similes tripas. Quartũ est & e uermiculoꝫ genere: quoꝫ quidẽ alii putrescẽte succo ipsa materiæ alii pariunt: sicut in arboribus. Ex iis qui cerastis uocat cũ tantũ erroserit ut circũagat se: generat aliũ. Hæc nasci ꝓhibet in aliis amaritudo ut cupresso: in aliis duritia ut buxo. Tradunt & abietẽ circa germinationes decorticatã qua diximus luna aquis nõ corrũpi. Alexandri magni comites prodiderunt in tylo rubri maris insula arbores esse ex quibus naues fierẽt: quas. cc. annis durãtes inuentas: & si mergerent incorruptas. in eadẽ esse fructicem baculis tantũ idoneæ crassitudinis: uarium tigrium maculis: ponderosum: & cum in spissiora decidit: aitri: modo fragilem.

De materiis architecti: & quæ materies: ad quid utilis: & quæ firmior materia intectum. Cap. xliii.

a Pud nos materiæ finduntur aliquæ sponte: ob id architecti eas fimo illitas siccari iubent ut afflatus nõ nocent. Pondus sustinere ualidæ abies larix etiã in transuersum positæ. Robur olea incuruantur cedunt q; ponderi. Illæ renituntur: nec temere rumpunt: priusq̃ carie q̃ uiribus deficiant. Et palma arboꝫ ualida: in diuersum enim curuatur. At populus contra oĩa inferiora pandatur. Palma econtrario fornicat. Pinus & cupressus aduersus cariem tineasq; firmissimæ. Facile pandatur iuglans. Fiunt. n. & ex ea trabes: frangiq; se prænũciat strepitu. Quod in andro accidit: cum e balneis termti sono profugerunt. Pinus: piceæ: alnii ad aquarum ductus in stobos canãtur. Obrutæ terra plurimis durant annis, Eædem si non integãtur: cito senescunt: miro modo fortiores si humor extra quoq; supersit. Firmissima in tectum abies. Eadem ualuaꝫ repagulis & ad quæq; libeat intestina opera aptissima siue græco: siue campano: siue siculo fabricæ artis genere spectabilis: ramentorum crinibus pampinato semper orbe se uoluens ad incitatos runcinaꝫ raptus. Eadem & curribus maxime sociabilis glutino in tantum: ut findatur ante qua solida est.

Antãdro Tubos

De glutinanda materia & lignis sectilibus. Cap. xliiii.

Agna ãt & glutinatio. ꝓptereaq; sectilibus laminis ac in alio genere operiunt. Stamineam

Lacrymose

m hoc usu ꝓbant uenã: & uocãt fertileã argumento similitudinis quoniã lacunosæ crispa. in oi genere & glutinũ abdicãt quædã: & iter se & cũ aliis insociabili glutino sicut robur. Sed nec fere cohærent nisi similia natura: ut si qs lapidẽ lignũq; cõiungat. Cornũ maxime audit sorbus carpinus: buxus: postea tilia. Cuicunq; operi facilia flexilia oĩa q̃ lenta diximus: præterq; morus & caprificus. Durabilia ac sectilia q̃ modice humida, arida. n. latius q̃ uiridia sertis cedunt: præter robur: & buxum, quæ pertinacius resistunt: ferrarũq; dentes replent qualitate inerti. Q ua de causa alterna inclinatione egerunt scobem. Obedientissima quocũq; in opere fraxinus: eadẽq; corylo hastis melior: cornu leuior: sorbo lentior. Gallica uero etiã ad currus flexibilis. Vitẽ emularetur ulmus: ni pondus esset in culpa. Facilis & fagus: q̃q̃ fragilis & tenera eadẽ sectilibus laminis in tenui flexilis: capsisq; ac scriniis sola utilis. Secatur in laminas ptenues & ilex colore quoq; nõ ingrata: sed maxime fida iis: q̃ teruntur: ut rotarum axibus. ad quos lentore fraxinus utilis: sicut duricia ilex: & utroq; legitur ulmus. Sunt uero & parui usus fabriliũ ministeriorũ insignes. ideoq; proditũ terebris uaginas ex oleastro buxo: ilice: ulmo: fraxino utilissimas fieri. Ex iisdẽ maleos: maiores quoq; e pinu & ilice. Et iis autẽ maior

ad firmitatē cā tēpestiuæ cæsuræ q̄ imaturæ. Quippe cū ex olea durissimo ligno cardines in foribus di utius immorati plantæ mō germinauerint. Cato uectes aquifolios: laureos: ulmeos fieri iubet. Higinus manubria rusticis carpinea: iligna cerrea. Quæ in laminis secantur quorūq̄ operimento uestiatur alia materies præcipua sunt citrus: terebinthus: aceris genera: buxum: palma aquifoliiū: ilex sambuci radix: populus. Dat & alnus (ut dictū est) tuber sectile: sicut citrus acerq̄. Nec aliaꝝ tubera in precio. Mediaq̄ pars arboꝝ crispior: & quo ꝓprior radici minoribus magisq̄ flexibilibus maculis. Hæc prima origo luxuriæ arborem alia integi: & uiliores ligno preciosiores cortice fieri: ut una arbor sepius ueniret. Excogitatæ sunt & ligni bratteæ. Nec satis. Cœpere tingi animaliū cornua: dentes secari: lignumq̄ ebore distingui: mox operiri. Placuit deinde materiē & in mari quæri. Testudo in hoc secta. Nuperq̄ portentosis ingeniis principatu Neronis inuentū: ut pigmentis perderet se: pluriscq̄ ueniret imitata lignum. Sic lectis precia quæruntur. Sic terebinthum uinci iubet. Sic citrum præciosius fieri. Sic acer decipi Modo luxuria non fuerat contenta ligno. Iam lignum emi testudinem facit.

De arborum ætate & quæ genera arborum minime durant. Cap. xlv.

Ita arboꝝ quatundā immensa credi potest: siquis profunda mundi & saltus inaccessos cogi
u tat. Verum ex iis quas memoria hominū custodit durant in ueliterno Africani prioris ma- Literno
nu satæ oliuæ. Item myrtus eodem loco cōspicuæ magnitudinis. Subest specus in quo manes eius custodire draco traditur Romæ uero lotos in lucinæ area anno qui fuit sine magistratibus. cccl xix. urbis æde condita Incertum q̄tum ipsa uetustior. Esse quidem uetustiorem non est dubium: cum ab eo luco Lucina nomiuetur. Hæc nunc circiter annū. cccc l. habet. antiquior enim illa: est sed incerta eius ætas quæ capillata dicitur: qm̄ uestaliū uirginū capillus ad eam defert. Veꝝ altera lotos in uulcanali: quod Romulus constituit ex uictoria de decimis æquæua urbi intelligit: ut auctor est Massurius. Radices eius in foꝝ usq̄ cæsaris per stationes municipioꝝ penetrant. Fuit cum ea cupressus æqualis circa suprema Neronis principis ꝓlapsaq̄ neglecta Vetustior autē urbe in uaticano ilex. in qua titulus æreis litteris hetruscis religione arborē iā tunc dignā fuisse signat. Tiburtes quoq̄ originē mulco ante urbem Romā habent Apud eos extant ilices tres etiā Tiburte conditore eoꝝ uetustiores apud quas inauguratus traditur. Fuisse autem eū tradunt filiū Amphiarai qui apud thebas obierit una ætate ante iliacū bellum. Sunt auctores & delphicā platanum Agamennonis manu satam. Et alteram in caphys arcadie luco. Sunt hodie ex aduerso ilienſium urbis iuxta hellespontum in Protesilai sepulchro arbores: quæ omnibus ephebiis eius cum in tantum accreuere: ut ilium aspiciāt marescūt rursusq̄ adolescunt. Iuxta urbem autem quercus in Illi tumulo tunc satæ dicuntur: cū cœpit ilium uocari. Argis olea nunc etiam durare dicitur: ad quam Io in uaccā mutatam Argus alligauerit. In ponto circa heracleam aræ sunt Iouis Stracii cognomine: ibiq̄ quercus duæ ab hercule satæ. in eodē tractu portus amico est Bebrycu rege interfecto clarus. Eius tumulus a supero die lauro tegitur: q̄ insanam uocant: qm̄ siquis ea decerptū inferatur nauibus iurgia fiant: donec abiiciatur. Regionem aulocrenen diximus per q̄ ab apamea in phrygiam itur. ibi platanus oñditur: ex qua pepēdit Marsya uictus ab apolline: q̄ iā tū magnitudine electa est. Necnon palma deli ab eiusdem dei ætate conspicitur. Olympiæ oleaster: ex quo primus Hercules coronatus est: & nunc custoditur religiose. athanis quoq̄ olea durare traditur in certamine edito a Minerua. E diuerso breuissima uita est punicis: fico: malis. Ex iis præcocibus breuior Dilutior
q̄ serotinis: dulcibus q̄ acutis: & dulcior in punicis. item in uitibus: præcipueq̄ fertilioribus. grecinus auctor est sexagenis annis durasse uites. Videntur & aquaticæ cælerius interire. Senescunt quidem uelociter: sed e radicibus repullulant laurus: & mali: & punicæ. Firmissime ergo ad uiuendum oleæ: ut quas durare annis. cc. inter auctores conueniat. Et suburbano tusculani agri colle qui come appellatur. Lucus antiqua religione dianæ sacratus a latio: uelut arte tonsili coma fageinemoris. in hoc arborem moriminm ætate nostra adamauit Passienus Crispus bis consul orator Agrippinæ matrimonio & Nerone priuigno clarior Postea: osculari complectiq̄ eam solitus: non modo cubare sub ea uinumq̄ illi affundere. Vicina luco est ilex: & ipsa nobilis. xxxv. pedum ambitu caudicis. x. arbores metiens singulas magnitudinis uisendæ: siluamq̄ sola facit. Hedera necari arbores certum est. Simile quidam & in uisco: tametsi tardiorem earum iniuriam arbitrantur. Namque & hoc præter fructus agnoscitur non in nouissimis mirabile. Quædam enim in terra gigni non possunt: & in arbonbus nascuntur. Namq̄ cum suam sedem non habeant: in aliena uiuunt: sicut uiscum. Est & in syria hærba: quæ uocatur Cassytas: non tantum arboribus: sed ipsis etiam spinis circumuoluens sese. Item circa tempe thessalica quæ polypodion uocatur: & quæ dolichos: ac serpullum. Oleastro quoque deputato quod gignitur uocant phaunos. Quod uero in hispiria fullonia hippophaeton calliculis inanibus: foliis paruis: radice Notat & i
alba: cuius succus ad dettactiones in comitiali morbo utilissimus habetur. Visci tria genera. Nam- spina fulque est in abiete & larice. Stelin dicit Euboea. Hyphear Arcadia. Viscum autem in quercu: robore: lonia hyo
ilice: prano siluestri: terebintho: nec aliis arboribus adnasci. Plerisq̄ copiosissimum in quercu: quod Dry popharto
os hyphear uocant. in omni arbore excepta ilice & quercu differentiā facit odor utriusq̄. & foliū non

iucundi odoris in utroq; uiscum amarum & lentum. Hyphear ad saginãda pecora utilius. Vitia modo purgat primo: dein ea pingue facit: quæ sufficere purgationi. Quibus si aliqua tabes intus negant dura re ea. Edendi ratio ætatis quadragenis diebus. adiiciunt discrimẽ in iis quæ folia imitant: & ipsi decidere. Cõtta inhærere nato in æterna fronde. Omnino ãt fatum nullo modo nascitur: nec nisi per aluum auium redditum: maxime palumbis & turdis. Hæc est natura ut nisi maturatum in uentre auium non proueniat. Altitudo eius nõ excedit cubitalẽ semper fruticosi ac uiridis. Mas fertilis. Fœmina sterilis. aliquando nõ fert. Viscũ fit ex acinis qui colliguntur messiũ tẽpore immaturi. Nã si accessere hymbres amplitudine quidem augentur: uisco uero marcescunt. Siccanẽ deinde: & aridi tundũtur: ac conditi in aqua putrescunt duodenis fere diebus. Vnumq; ex hoc tex putrescendo gratiam inuenit. Inde in profluente rursus maleo thusis amissis corticibus interiore carne lentescunt. Hoc est uiscum pennis auium tactu ligandis. Iuglandis oleo subactũ cũ libeat insidias moliri. Non est omittenda in ea re & gallias admiratio. Nihil habent druides: ita suos appellant magos: uisco & arbore i qua gignatur: si mõ sit robur: sacratius. iam per se roboꝛ eligunt lucos: nec ulla sacra sine ea fronde conficiunt: ut inde appellati quoq; interpretatione græca possint druides uideri. Enimuero quicquid adnascat illis e cælo missum putant: signumq; esse electæ ab ipso deo arboris. Est autem id rarum admodum inuentu: & repertũ magna religione petietur. Et ante omnia sexta luna: quæ principia mensium annorumq; iis facit & sæculi post tricesimũ annũ: quia iam uiriũ abunde habeat: nec sit sui dimidia. Omnia sanantẽ appellantes suo uocabulo. Sacrificio epulisq; rite sub arbore præparatis duos admouent candidi coloris tauros: quoꝛ cornua tunc primũ uinciantur. Sacerdos candida ueste cultus arborẽ scandit. Falce aurea demetit. Candido id excipitur sago. Tum demum uictimas immolant precantes ut suum domum deus prosperum faciat iis quibus dederit. Fecunditatẽ eo poto dari cuicunq; animali sterili arbitrantur. Contraq; uenena omnia esse remedio. Tanta gentium in rebus friuolis plerunq; religio est.

CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE. LIBER. XVII. PROOEMIVM.

Arborum pretia Mirabilia. Cap. i.

Atura arboꝛ terra mariq; sponte sua prouenientiũ dicta est. Restat eaꝛ quæ arte & humanis ingeniis fiunt: uerius q̃ nascunt. Sed prius mirari succurrit: quæ abstulimus penuria pro indiuiso possessa a feris depugnante cũ iis hoĩe circa caducos fructus. Circa pendentes uero & cũ alitibus: in tanta deliciaꝛ precia uenisse clarissimo: ut equidẽ arbitror: exemplo. L. Crassii atq; Cn. Domitii aenobarbi. Crassus orator fuit in primis nois Romani. Domus ei magnifica: sed aliquanto præstantior in eodem palatio. Q. Catuli qui cimbros cũ. C. Mario fudit. Multũ uero pulcherrima consensu oĩum ætate ea in colle uiminali. C. Aquiliis equitis Romani clarioris ẽt tum q̃ iuris ciuilis scientia: cum tamen obiecta Crasso sua est. Nobilissimaꝛ gentium ambo Crassus atq; Dominus censuram post consulatũ simul gessere: anno conditæ urbis sexcentesimo sexagesimosecundo frequentem iurgiis propter dissimilitudinem morum. Tunc Cn. Domitius ut erat uehemẽs natura: præterea accensus odio quod ex emulatione auidissimũ est: grauiter increpuit tanti censorem habitare: pro domo eius milia nummorum identidem promittens. Et Crassus ut præsens ingenio semper & faceto lepore solers concedere se respondit: exceptis sex arboribus. Ac ne uno quidem denario: si adimerentur emptam uolentem Domitio. Crassus utrũ ne igitur ego sum inquit quæso Domiti exemplo graui & ab ipsa mea censura notandus: qui in domo quæ mihi hereditate obuenit comiter habitem? an tu qui sex arbores æstimes? Eæ fuere loti patula ramoꝛ opacitate lasciuæ. Cecina largo e proceribus crebro in iuuenta nostra eas in domo sua ostentante. Durauerunt q; quoniam & de longissimo æuo arborum diximus ad Neronis principis incendia: quibus cremauit urbem: annis. clxxx. Postea cultu utrides iuuenesq;: ni princeps ille accelerasset etiam arborum mortem. ac ne quis uilem de cætero Crassi domũ: nihilq; in ea iurgante Domitio fuisse dicendum præter arbores iudicet. iam columnas quattuor hymettii marmoris ædilitatis gratia ad scenam ornandam aduectas in atrio eius domus statuerat: cum in publico nondum essent ullæ marmoreæ. Tam recens est opulentia tantoq; tunc plus honoris arboribus domibus afferebant: ut sine illis ne inimicitiarum quidem precium seruauerit Domitius. fuere ab iis & cognomina antiquis. fronditio militi illi qui præclara facinora uulturnũ transnatans fronde capiti imposita aduersus Hannibalem edidit. Stolonum Liciniæ genti ita. n. appellatur in ipsis arboribus fruticatio inutilis: unde & pãpinatio inuẽta primo. Stoloni dedit nomen Fuit & arboꝛ cura legibus priscis: cautũq; est. xii. tabulis utq iniuria cecidisset alienas lueret in singulas sicios æris. xxv. Quid existimamus? futuras ne eas credidisse ad supradictam æstimationem illos qui frugiferas tanti taxuerãt. Nec minus miraculum in pomo est multaꝛ circa suburbana fructu annuo addicto binis milibus nummum ma-

ſore ſingulaꝝ reditu:q̃ erat apud antiquos prædioꝝ. Ob hoc inſita & arboꝝ quoq; adulteria excogitata ſunt:ut nec poma pauperibus naſcerent. Nunc ergo dicemus quo maxime mõ tantũ ex iis uectigal contingat:uerã colendi rationem abſolutãq; prodituri. Et ideo nõ uulgata tractabimus:nec quæ conſtare animaduertimus:ſed incerta atq; dubia:in quibus maxime fallitur uita. Nam diligentiam in ſupuacuis affectare non noſtrum eſt. Ante omnia autem in uniuerſum & quæ ad cuncta arborum genera pertinent in commune de cælo terraq; dicemus.

De natura cæli ad arbores:& quam partem cæli ſpectare debeant. Cap.ii.

a Quilone maxime gaudẽt:dẽſiores ab afflatu eius lætioreſq; & materiæ firmioris: Qua ĩ repletiq; fallunt:cũ in uineis pedamenta non ſint a uento eo opponẽda:& id tantũ a ſeptẽtrione ſeruandũ. Quinimo tẽpeſtiua frigora plurimũ arboꝝ firmitati conferunt:& ſic optime germinant. Alioquin ſi blandiant auſtri defatiſcentes:ac magis ẽt in floré. Nãſi cũ defloruere:ptinus ſequant hymbres:in totũ poma depeunt. Adeo ut amigdala & pyri etiam ſi oſo nobilium fiat auſtruniuſue flatus amittãt fœtus. Circa uergilias quidẽ pluere:inimiciſſimũ uiti & oleæ qm̃ tunc coitus eſt eaꝝ. Hoc eſt illud quatriduũ oleis decretorũ. Hic articulus auſtrilus nubili ſpurci quod diximus. Fruges quoq; peius matureſcũt auſtriuis diebus:ſed celerius. Illa ſunt noxia frigora:q̃ ſeptentrionibus aut præpoſteris fiunt horis. Hyemẽ quidẽ aquiloniã eſſe:oĩbus ſatis utiliſſimũ. Hymbres uero tunc expetendi euidens cã eſt:qm̃ arbores fœtu exinanitas & folioꝝ quoq; amiſſione languidas natutale eſt auide eſurire. Cibus ãt eaꝝ hymber. Quare tepidã eſſe hyemem ut abſumpto partu arborum ſequatur protinus conceptus:ideſt germinatio:ac deinde alia floreſcendi exinanitio: inutiliſſimũ experimentis creditur. Quinimo ſi plures ita continent anni etiã ipſæ moriunt arbores. quoniã neminĩ dubia pœna eſt in fame laborantiũ. Ergo qui dixit hyemes ſerenas optandas nõ pro arboribus uota fecit Nec p ſolſtitia hymbies uitibus cõducunt. Hybemo quidẽ puluere fieri meſſes lætiores luxuriantis ingenii fertilitate dictũ eſt. Alioquin uota arboꝝ coĩa ſunt frugũq; niues diutinas ſedere. Cauſa nõ ſolum quia animã terræ euaneſcentẽ exhalationẽ includũt:& cõprimũt:retroq; agunt in uires frugũ atq; radices:uerũ q̃ & liquorẽ ſenſim præbẽt:purũ præterea leuiſſimũq; quãdo nix aquaꝝ cæleſtiũ ſpuma eſt. Ego humor ex iis non uniuerſus ingurgitans diluenſq;:ſed quomodo ſitur diſtillãs uelut exubere alit omnia quæ nõ inundat. Tellus quoq; illo mõ fermenteſcit:& ſucci plena:ac lacteſcentibus ſatis nõ efœta cũ tẽpus aperit:tepidis arridet horis. Ita maxime frumẽta pingueſcunt:præterq̃ ubi calidus ſeptemtrio eſt:ut in ægypto. Continuatio.n.& ipſa conſuetudo idẽ quod modus aliubi efficit. Plurimũq; prodeſt ubicunq; nõ eſſe quod noceat. In maiore parte orbis cũ præcoces excurrere germinatiões euocatæ indulgentia cæli ſecutis frigoribus exurunt. Qua de cã ſerotinæ hyemes noxiæ ſilueſtrib⁹ quoq;: quæ magis etiã dolent urgente umbra ſua:nec adiuuãte medicina. quoniã ueſtire teneras intorto ſtramento in ſilueſtribus nõ eſt. Ergo tẽpeſtiuæ aquis hybemis primũ:hymbribus deinde germinationẽ antecedentibus. Tertiũ tẽpus eſt cũ educant poma:nec protinus:ſed iã ualido fœtu. Quæ fructus ſuos diutius continent:longioreſq; deſiderãt cibos:iis ſerotinæ aquæ utiles:ut uiti:oleæ:punicis. hæ iã pluuiæ generis cuiuſcunq; arboribus diuerſo mõ deſiderantur:aliis alio tẽpore maturantibus. Quapropter iiſdem hymbribus quædã lædi uideas:alia iuuari. Et in eodẽ genere ſicut in pyris. Alio die hyberna quærunt pluuias:alio uero præcocia. Vt pariter quidem oĩa deſiderent. Hybernũ tẽpus eſt ante germinationem quæ aquilonẽ auſtro utiliorẽ facit. Ratio eadẽ mediterranea maritimis præfert (ſunt.n. pletunq; frigidiora) & montoſa planis:& nocturnos hymbres diurnis. Magis fruunt aquis ſata:non ſtatim auferente eas ſole. Connexa & ſitus uineaꝝ arbuſtorumq; ratio eſt:quas in horas debeant ſpectare. Virgilius ad occaſus feri damnauit. Aliqui ſic maluere q̃ in exortu. A pluribus meridiem probati aduerto. Nec arbitror perpetuum quicq̃ in hoc præcipi poſſe. Ad ſoli naturam:ad loci ingenium:ad cæli cuiuſq; mores dirigenda ſolertia eſt. In africa meridiẽ uineas ſpectare & ſi uiti inutile colono ſalubre eſt:quoniam ipſa meridianæ ſubiacet plagæ. quapropter ibi in occaſum aut ſeptentriones conſeret optime miſcebit ſolum cælo:cum Virgilius occaſus improbet. Nec de ſeptentriõe relinqui dubitatio uidetur. atqui in ciſalpina italia magna ex parte uineis ita poſitis compertum eſt nullas eſſe fertiliores. Multum rationis obtinent uenti. In narbonenſi prouintia atq; liguria & parte hetruriæ contra circiũ ſerete imperitia exiſtimatur. Eundemq; obliquum accipere prouidẽtia. Is enim ibi æſtatem temperat ſed tanta plerunq; uiolentia ut auferat tecta.

De ſocietate cæli & terræ ad arbores. Cap.iii.

q Vidam cælũ terræ parere coguntut q̃ in ſiccis ſerant orientẽ ac ſeptentriones ſpectent. Quæ in humidis meridiẽ. Necnon ex ipſis uitibus cauſas mutuant. In frigidis præcoces ſerẽdo: ut maturitas antecedit algorẽ. quæ poma uiteſq; rores oderint contra ortus:ut ſtatim auferat ſol. Quæ ament ad occaſus:uel etiam ad ſeptentriones ut diutius eo fruantur. Cæteri uerofere rationem naturæ ſecuti in aquilonem obſeruare uites & arbores poni ſuaſere. Odoratiorem etiam fieri talem fructum Democritus putat.

De qualitate regionum Cap.iiii.

Quilonis ſitum uentorumq; reliquorum diximus ſecundo uolumine. Dicemuſq; pximo
a pluta cæleſtia. Interim manifeſtum uidetur ſalubritatis argumentum: quoniam in meridiē
etiam ſpectantium ſemper ante decidunt folia. Similis & in maritimis cauſa. Quibuſdam
locis aſſilatus maris noxius: in plurimis iidem utiles. Quibuſdam ſatis e longinquo aſpicere
maria iucundum. Propius admouere ſalis halitum inutile. Similis & fluminum ſtagnorúq; ratio. Ne-
bulis aduruntur: aut æſtuantia refrigerant opacitate: atq; etiam rigore grauant: quæ diximus. Quare ex-
perimentis optime creditur. A cælo proximū eſt trāſ dixiſſe rationem aut faciliore tractatu. Quippe
non eadem arboribus conuenit & frugibus: plerunq; nec pulla qualem habet campania: ubiq; optima
uitibus. Aut quæ tenues exhalat nebulas. Nec rubrica multis laudata. Cretam in albenſium pompeia-
norumq; agro & argillam cunctis ad uineam generibus anteponūt: q̄q̄ præpingues quod excipitur in
eo genere inuicem ſabulum album. In ticinenſi multiſq; in locis nigrū. Itemq; rubrum etiā pingui ter-
ræ permixtum infœcundum eſt. Argumenta quoq; iudicantiū ſæpe fallunt. Non utiq; ſolum lætū eſt:
in quo proceræ arbores nitēt: præterq̄ illis arboribus. Quid enim abiete procerius. At quæ uiuiſſe pol-
ſit alia in loco eodem? Nec luxurioſa pabula pinguis ſoli ſemper indicium habēt Nam quid laudatius
germaniæ pabulis: & tamen ſtatim ſubeſt harena tenuiſſimo ceſpitum corio. Nec ſemper aquoſa eſt ter-
ra: cui proceritas hærbaq;. Non hercule magis q̄ pinguis adhærens digitis. Quod in argillis arguitur.
Scrobes quidem regeſta in eos nulla complet ut denſa atq; rara ad hunc modū deprehendendi poſſit:
ferroq; omnis rubiginem obducit. Nec grauis aut leuior iuſto deprehēditur pondere. Quod enim ter-
ræ pondus iuſtum intelligi poteſt. Nec fluminibus aggeſta ſemper laudabilis quando ſeneſcant ſata
quædam aqua. Sed neq; illa quæ laudatur diu præterq̄ ſalici utilis ſentitur. Inter argumēta ſtipulæ craſ
ſitudo eſt tanta alioquin in leborino campaniæ nobili campo: ut ligni uice utantur. Sed idē ſolum ubi
cunq; arduū opere: difficile cultu: bonis ſuis actius paſcit q̄ uitiis: Affligit agricolam Et carbūculus ter-
ra quæ ita uocatur. Emēdari uitem hac terra putatur. Nam tofus ſcaber natura friabilis expetitur quoq;
ab auctoribus. Virgilius & quæ filicem ferat non improbat uitibus. Salſæq; terræ multa melius credū-
tur: tutiora uitiis innaſcentiū animalium. Nec colles opere nudantur: ſi quis perite fodiat. Nec campi
omnes minus ſoles atq; perflatus q̄ opus ſit accipiunt Et quaſdam pruinis ac nebulis paſci diximus ui-
tes: Omnium rerū ſunt quædam in alto ſecreta: & ſuo cuiquam corde præuidenda. Quid q; mutatur ſæ
pe iudicata quoq; ac diu comprehenſa. In theſſalia circa lariſſam emiſſo lacu frigidior facta ea regio ē.
Oleæ defierunt quæ prius fuerant. Item uites aduri: quod nō anthea thracia ſenſit amoto hebro. Et cir
ca philippos cultura ſiccata regio mutauit cæli habitum. At in ſyracuſano agro aduena cultor elapida-
to luto ſole prodidit fruges: donec regeſſit lapides. In ſyria leuem tenui ſulco imprimunt uomerem:
quia ſubeſt ſaxum exurens æſtate ſemina. Iam in quibuſdam locis ſimiles æſtus immodici: & frigoris ef
fectus. Eſt fertilis thracia frugū rigore: æſtibus africa & ægyptus. In chalchia rhodioq; inſula locus quī
dam eſt in tantū fœcundus: ut ſuo tempore ſatum demetant hordeum: ſublatumq; protinus ferant: &
cum aliis frugibus metant. Glareoſum oleis ſolum aptiſſimum in uenafrano: pinguiſſimum in betica.
Pucina uina in ſaxo coquuntur. Cecubæ uites in pontinis paludibus mandent. Tanta eſt argumentoq;
& ſoli uarietas ac differentia. Cæſar Vopiſcus cum cauſam apud cenſores ageret campos roſciæ dixit
italiæ ſumen eſſe: in quibus perticas pridie relictas gramen operiret. Sed non niſi ad pabulum proban-
tur. Non tamen indociles natura nō eſſe uoluit: & uita confeſa fecit etiam ubi bona certa non fecerat.
Quamobrem prius dicamus crimina.

Genera terrarum. Cap.v.

Terram amarā ſine macrā ſi quis probare uelit. Demōſtrant eā arte degenereſq; hærbæ. Frigi
t dam āt retorridæ nata. Item uliginoſam triſtia. Rubricā oculi. Argilloſam q̄ operi difficilli
ma: quæq; taſtros ac uomeres ingentibus glebis oneret: q̄q̄ aliquando nō: qđ operi: hoc &
fructui ſit aduerſum. Itē ecōtrario cineraceā & ſabulū albū. Nā ſterilis denſa callo facile de-
prehendiť uel uno ictu cuſpidis. Cato breuiter atq; ex ſuo more uitia determinat. Terrā carioſam cauē:
ne ue plauſtro neue pecore īpellas. Quid putamus hac appellatione ab eo tātopere reformidari ut pe-
ne uetigia quoq; intercidat. Redeamus ad ligni cariem & ſueniemus illa: q̄ in tantū abhominatur ui
tia: aridæ: fiſtuloſæ: ſcabræ caneſcētis: exeſæ pumicoſæ. Plus dixit una ſignificatione q̄ poſſit ulla copia
ſermonis enarrari. Eſt. n. interpretatione uitioſæ quædam nō ætate: quæ nulla in ea intelligi poteſt: ſed
natura ſua anus terra. Et ideo infœcūda ad oīa atq; etiā imbecilla. Idē agrū optimū iudicat ad radicem
montiū planicie in meridiem excurrente: qui eſt totius italiæ ſitus. Terram uero teneram quæ uocetur
pulla. Erit igitur hæc optima & operi ſatiua. Intelligere modo libeat dictā mira ſignificatione tenerā:
Satior & quicquid optari debet in eo uocabulo inuenitur. Illa tēperate ubertatis: illa mollis: facliſq; cultura:
nec madida: nec ſitiens. Illa poſt uomerē niteſcens: qualē ſons ingenioſæ Homerus in armis ab eo cæla
Deo tam dixit: addiditq; miraculū nigreſcenti: q̄uis fieret in auro. Illa quā recentē exquirunt ſi probæ alites

uomerem comitantes:coruſq; aratoris ueſtigia ipſa rodẽtes.Reddaſ hoc in loco luxuriæ quoq; ſenten tia & aliqua in propoſitũ.Certe Cicero lux doctrinaq; altera meliora inquit unguenta ſunt quæ terrã q̃ quæ crocũ ſapiunt.Hoc.n.maluit dixiſſe q̃ redolent.Ita eſt profecto.Illa.n.erit optima quæ unguenta ſapiet.Quod ſi admonendi ſumus:qualis ſi terræ color ille:qui quæriſ contingit ſæpe ẽt quieſcente ea ſub occaſu ſolis:in quo loco arcus cæleſtis deiecerit capita ſua.Et cum a ſiccitate cõtinua imaduerit hymbre:tunc emittit illum ſuũ halitũ diuinũ ex ſole conceptũ:cui compari ſuauitas nulla poſſit.Is eſſe odori cõmota debebit:repertuſq; neminẽ falleț:ac de terre odore optime iudicabit.Talis fere ẽ in nonalibus cæſa uetere ſilua:quæ conſenſu laudaț.Et in frugibus quidẽ ſerendis eadem terra utilior intelligitur:quotiens intermiſſa cultura quieuit:qđ in uineis non fit.Eoq; diligentius eligenda eſt:ne uera exiſtat opinio eoq;:qui iam italiæ terrã exiſtimauere laſſam. Operis quidẽ facultas in aliis generibus conſtat e cælo nec põt arari poſt hymbres aliqua:ubertatis uitio lenteſcens.Cõtra in bizãtio africæ illũ centena & quinquagena fruge ſertilem campũ:mullis:cũ ſiccus eſt:arabilem tauris : poſt hymbres uili aſello:& a parte altera iugi anu uomerem trahente uidímus ſcindi .Terram enim terra emẽdari ut alii qui præcipiunt:ſuper tenuem pingui iniecta aut gracili:Bibulaq; ſuper humidam ac prepinguem:dementiæ operarii eſt.Quid enim poteſt ſperare qui talem colit?

De terra quam britãnia & gallia amat. Cap.vi.

Lia eſt ratio q̃ britãnia & gallia inuenere alendi eam:ipſa.quod genus uocant margã.Spiſ
a ſior ubertaſ in ea intelligitur.Eſt autem quidam terræ adeps:ac uelut glandia in corporibus ubi denſante ſe pinguitudinis nucleo.Non omiſere & hoc græci.

De græcorum doctrina. Cap.vii.

Vid enim intentatũ illis? Leucargyllion uocãt candidã argyllã:qua in megarico agro utũ-
q tur.Sed tantũ in húida frigidaq; terra.illas gallias britãniaſq; locupletãtis cũ cura dici conuenit.Duo genera fuerãt.Plura nuper exerceri cœpta ꝓficiẽtibus ingeniis.Eſt.n.alba ruffa columbina:agyllacea:tofacea:harenacea.Natura duplex aſpera aut pinguis . Experimenta utriuſq; in manus:uſuſq; geminus:aut ut fruges tantũ alant:aut ædẽ & pabulũ.Fruges alit tofacea alba: quæ ſi ſit inter fontes repta:eſt ad infinitũ fertilis:uerũ aſpera tractatu:& ſi nimia iniecta eſt exurit ſolum. Proxima eſt rufa:quæ uocaſ capnumargos intermixto lapide terræ minutæ harenoſæ.Lapis contundi tur in ipſo cãpo:primiſq; annis ſtipula difficulter cæditur propter lapides.Impendio tñ minimo leuitate dimidio minoris q̃ cæteræ inuehitur.Inſpergitur rara ſale eã miſceri putaut.Vtrunq; hoc genus ſemel iniectum in.l.annos ualet & frugum & pabuli ubertate.

De terrarum generibus. Cap.viii.

Væ pingues eſſe ſentiuntur:ex iis præcipua alba:Plura eius genera. Mordaciſſimum quod
q ſupra diximus. Alterum genus albæ cretæ argentaria eſt.Petitur ex alto in centenos pedes actis plerunq; puteis ore anguſtatis intus:ut in metallis:ſpatiante uena.Hac maxime britãnia utitur Durãt annis.lxxx.Neq; eſt exemplũ ullius qui bis ĩ uita hanc eidem iiecerit.Tertium genus candidæ gliſchro margon uocant.Eſt autẽ creta fullonia myxta pingui terra:pabuli q̃ frugum fertilior:ita ut meſſe ſublata ante ſementem alterã lætiſſimũ ſecetur.Dum in fruge eſt nullũ aliud gramen emittit.Durat.xxx.annis,denſior iuſto Cymini modo ſtrangulat ſolum.Columbinam gallia ſuo nomine e græco pelam appellat:glebis excitatur lapidũ mõ.Sola gelatione ita ſoluitur:ut tenuiſſimas bratteas faciat.Hæc ex æquo fertilis.Harenacea utuntur ſi alia non ſit:in uliginoſis uerticibus & ſi alia ſit:ubi hos gentiũ ſolos nouimus:qui fertiliſſimum agrum colentes quacunq; terra infra tres pedes effoſſa & pedali craſſitudine iniecta letificent.Sed ea non diutius annis.x.prodeſt.Hedui & pictones calce uberrimos fecere agros:quæ ſane & oleis & uitibus utiliſſima reperitur. Omnis autem marga arato iniicienda eſt:ut medicamentum tapiatur:& ſimi deſiderat aliquantulum. Quæ primo plus aſpera & quæ in hærbas non effunditur:alioquin nouitate quecunq; fuerit ſolum lædet.Ne ſic quidẽ primo anno fertilis.Intereſt & quali ſolo quæratur.Sicca enim humido melior:arido pinguis.Temperata alterutra creta uel columbina conuenit.

De cineris uſu:& de ſimo:& quæ ſata uberiorem terram faciant:& quærant. Cap.ix.

Ranſpadanis cineris uſus adeo placet:ut anteponãt ſimo iumentoq;:quod qa leuiſſimũ ẽ:
e ob id exurũt.Vtroq; tñ pariter nõ utunț in eodẽ aruo:nec in arbuſtis cinere:nec quaſdã ad fruges ut diximus:Sunt q̃ puluere quoq; uuas alii iudicẽt:pubeſcẽteſq; puluerẽt:& uitiũ arborumq; radicibus aſpergãt.Quod certũ eſt narbonẽſi ꝓuintiæ & uindemias certius ſic eo cõqui:quia plus puluis ibi q̃ ſol cõfert.Fimi plures differẽtiæ ipſa rex antiqua.Iã apud Homeꝝ regius ſenex agrũ ita ſuis manibus letificans reperiț.Augeas rex in græcia excogitaſſe traditur. Diuulgaſſe uero Hercules in italia:q̃ regi ſuo ſtercuto Fauni filio ob hoc iuentũ imortalitatem tribuit.M. Varro principatũ dat turdoꝝ ſimo ex auiariis.Quod etiã pabulo boum ſuũq; magnificat.Neq; alio cibo celetius pingueſcere aſſeuerat.De noſtris moribus bene ſperare eſt: ſi tanta apud maiores fuere auiaria:ut

ex ilis agri ſtercorarent.proximũ Columella colũbariis:mox gallinariis:facit natantiũ alitũ damnato. Cæteri auctores cõſenſu humanas dapes ad hoc ĩprimis aduocãt. Alii ex iis præferunt hoium potus in corioꝝ officinis pilo madefacto. Alii per ſeſe aqua iteꝝ largiuſq; ét q̃ cũ bibitur admixta. Quippe plus iam ibi male domandũ eſt:cũ ad uirus illud uini homo acceſſerit. Hæc ſunt certamina quibus in uicem ad telluré quoq; alendã utunt hoies. Proxime ſpurcitias ſuum laudant columella ſolus damnat. Alii cuiuſcunq; quadrupedis exitioſum. aliqui colúbaꝝ præferũt. Proximũ deinde capraꝝ eſt. ab hoc ouiũ Deinde boũ. Nouiſſimus iumentoꝝ. Hæ fuere apud ptiſcos differentiæ. Simulq; præcepta: ut inuenio te tali utendi:quãdo & hic uetuſtas utilior:uiſumq; iam eſt apud quodã prouincialiũ in tantũ abundã te geniali copia pecudũ farinæ uice cribris ſubperinicii:ferote aſpectuq; temporis uiribus in quandam etiam gratiam mutato. Nuper repertũ oleas gaudere maxime cinere & calcariis fornacibus. Varro præ ceptis adiicit:equino quod ſit leuiſſimũ ſegetes alendas. Prata uero grauiore:& quod exordio fiat:mul taſq; gignit hærbas. Quidã etiam bubulo iumentoꝝ præferunt:ouillúq; caprino. Omnibus uero aſini num:qm̃ lentiſſime mandat. Econtrario uſus aduerſus utrunq; pronunciat. Inter oẽs autẽ cõſtat nihil eſſe utilius lupini ſegete:priuſq̃ ſi liquetur aratro uel bidentibus uerſa manupuliſue circa radices aiboꝝ uel uitium obrutis. Etiã ubi nõ ſit pecus culmo ipſo uel etiã filice ſtercorare arbitrant. Cato ſtercus un de fiat:ſtramenta:lupinũ : paleas:fabalia:ac frondes iligneas:quemaſq; ex ſegete euellito. Ebulũ cicutã & circũ ſalicta hærbã auctã uluamq; ea ſuſternito ouibus:frõdemq; putridã. Vinea ſi macruerit: ſarmẽ ta ſua cõburito:& itidem inarato. Itemq; ubi ſaturus eris frumentũ:oues ibi delectato. Necnon & ſatis quibuſdam ipſis paſci terram dicit. Segetem ſtercorant ſtruges:lupinũ:faba:uitia. Sicut ecõtrario cicer quia uellitur & quia falſum eſt:hordeum:fœnum græcum:erunm. Hæc omnia ſegetem exurunt:& oĩa quæ uelluntur. Nucleos in ſegetem ne indideris: Virgilius & lino ſegetem exuri:& auena : & papauere arbitratur. Fimeta ſub diuo concauo loco & qui humorẽ colligat ſtramento intecta ne in ſole areſcãt. Palo e robore depacto fieri iubet. Ita fore ne inaſcantur iis ſerpentes. Fimum miſcere terræ plurimum refert fauonio flante ac luna ſitiente. Id pleriq; praue intelligunt a fauonii ortu faciendum:ac februario menſe tantum:cum id pleraq; ſata aliis poſtulent menſibus. Quocunq; tempore fiat:curandum ut ab occaſu æquinoctiali flante uento fiat:luna decreſcente ac ſicca. Mirum in modum augetur ubertas affe ctuſq; eius obſeruatione tali.

De ratione arborum:& q̃ auulſione naſcuntur arbores. Cap. x.

Bunde prædicta rõne cæli ac terræ. Nunc de iis arboribus dicemus:quæ cura hoium atq; arte proueniunt. Nec pauciora prope ſunt genera:tam benigne naturæ gratiã rettulimus. Aut enim ſemine proueniunt:aut plantis radicis:aut propagine:aut auulſione:aut ſurculo: aut inſito & conſecto arboris trunco. Nam folia palmaꝝ apud babylonios feri:atq; ita arbo rem prouenire. Trogum credidiſſe demitor. Quædam pluribus generibus ſeruntur:quædã om nibus. Ac pleraq; ex iis natura ipſa docuit:& in primis ſemen ſerere:cum decidens exceptumq; terra uiueſce ret. Sed quædam non aliter proueniunt ut caſtaneæ:iuglandes:ceduis duntaxat exceptis. Ex ſemine ãt quamq̃ diſſimili ea quoq; quæ & aliis modis ſeruntur:ut uites & mala atq; pyra. Namq; iis pro ſemine nucleus:non ut ſupradictis fructus ipſe. Et meſpila ſemine naſci poſſunt. Omnia hæc tarda prouentu ac degenerantia & inſito reſtituenda. Interdum etiam caſtaneæ. Quibuſdam natura contra omnino non degenerandi quoquo modo ſerantur:ut cupreſſis:palmis:lauris. Nãq; & laurus pluribus modis ſeritur. Genera eius diximus. Ex iis auguſta & baccalis & pinus ſimilimodo ſeruntur. Baccæ menſe ia nuario aquilonis afflatu ſiccante leguntur:expanduntur q; raræ ne calefiant aceruo. Poſtea quidam ſu mo ad ſerendum paratas urina madefaciunt. Alii in qualo pedibus in profluente deculcant:donec au feratur curis. alioquin uligo infeſtat:nec patitur naſci. in ſulco repaſtinato palmi altitudine uicinæ fere aceruatim menſe martio. Eædem & propagine ſeruntur. Triumphaliſq; talea tantũ. Myrti genera oĩa in campania baccis ſeruntur. Romæ propagine tarentina. Democritus & alio modo ſeri docet:grãdiſ ſimis baccaꝝ tuſis leuiterne grana frangantur:eaq; intrita teſte circũligari:atq; ita ſeri parietẽ fore den ſitatis:ex quo uirgulæ differantur. Sic & ſpinas ſæpis cauſa ſerunt tomice moris ſpinaꝝ circũlita. Pilas autem laurus & myrti inopia a trimatu tempeſtiuũ eſt tranſferre. Inter ea quæ ſemine ſeruntur. Mago in nucibus operoſus eſt amygdale in argilla molli meridiẽ ſpectanti ſeri iubentur. Gaudere eas in du ra calidaq; terra. In pingui & humida mori ac ſterileſcere. Serendas q̃ maxime falcatas & e nouella:ſi moq; diluto maceratas per triduũ:aut pridie q̃ ſerãtur aqua mulſa. Mucrone defigi:aciẽ lateris in aqui lonem ſpectare:ternas ſimul ſerendas:trianguli ratione:palmo inter ſe diſtantes:denis diebus adaqua ri donec grandeſcant:Iuglandes nuces porrectæ ſeruntur cõmiſſuris iacẽtibus. Pineæ nucleis ſeptenis fere & ollas perforatas additis:aut ut laurus quæ baccis ſeritur. Citrea grano & propagine. Sorba ſemi nein a radice planta & a uulſione pueniunt. Sed illa in calidis. Sorba & in frigidis & humidis. Natura & plantaria demonſtrauit:multarum radicibus pululante ſobole denſa & pariente matre quas enecet. Eius quippe umbra turba indigeſta permittit:ut in lauris:punicis:platanis:ceraſis:prunis. Pauco; in

hoc genere rami parcunt soboli: ut ulmorum palmarũq;. Nullis uero tales pulluli proueniunt: nisi quarum radices amore solis atq; hymbris in summa tellure spatiantur. Omnia ea non statim moris est in sua locari: sed prius nutrici dari: atq; in seminariis adolescere: iterumq; migrare. Qui transitus mirum immodum mitigat etiam siluestres: siue arborum quoq; ut hoium natura nouitatis ac peregrinationis auida est: siue discedentes uirus relinquunt: mansuescũtq; tractatu ceu ferae dum radici anellitur planta. Et aliud genus simile natura praemõstrauit. Aulsiq; arboribus stolones uixere. Quo in genere & cum parui sunt anelluntur: partemq; aliquam e matris quoq; corpore auferunt secũ simbriato corpore. Hoc modo plantantur punicae: coryli: mali: sorbi: mespili: fraxini: fici. In primisq; uites. Cotoneum ita fatum degenerat. Ex eodem inuentu est: surculos abscisos serer hoc primo sæpis causa factũ labucis: cotoneo & rubis depactis. Mox & culturæ: ut populis: alnis salici: quæ uel inuerso surculo seritur. Iam eæ ibi disponuntur: ubi libeat esse eas. Quamobrem seminarii curam ãte cõuenit dici: q̃ trãseatur in alia genera. Nãq; & huic principio eligi solum refert: quoniam nutricem indulgentiorem esse q̃ matrẽ sæpe conuenit. Sit ergo siccum succosumq; bipalio subactum: aduenis hospitale: & q̃ simillimum terræ í quam trãsferendum sit. Ante omnia elapidatum munitumq; ad incursum etiam gallinacei generis. Quãminime rimosum: ne penetrãs sol exurat fibras. Interuallo sexquipedum seri ne se inter se cõtingant: & noceãt prætet alia uitia etiam uermiosa fiunt: ideo sarriri conuenit sæpius: hærbasq; auelli. Præterea semina ipsa fruticantia supputare: ac falcem pati consuescere. Cato & furcis crates imponi iubet altitudine hominis ad solem recipiẽdum: atq; integi culmo ad frigora arcenda. Sic pyrorum malorumq; semina nutriri. Sic pineas nuces. Sic cupressos semine satas & ipsas. Minimis id granis cõstat: ut uix perspici quædã possint. Non omittẽdum naturæ miraculum. Ex tam paruo gigni arbores: tãto maiore trici & hordei grano: ne quis fabam reputet. Quid simile originis suæ habẽt malorum pyrorũq; semina. His principiis respuentem secures materiẽ nasci: idomita ponderibus immensis præla: arbores uelis: turribus murisq; ipellendis arietes. Hæc est natura eius. Hæc potẽtia. Super omnia erit e lachryma nasci aliquid: ut suo loco dicemus. Ergo e cupresso fœmina: mas enim ut diximus nõ gignit: pilulæ collectæ: q̃bus docui measibus sicantur sole: ruptæq; emittunt semen formicis mire expetitum: ampliato etiam miraculo tantuli animalis cibo abiumi natalem tantarũ arborum. Seritur mense aprili area æquata cylindris: aut uolgiolis densum: terraq; cribri: supercernitur pollicis crassitudine. Cõtra immane pondus attollere se non ualet: retorqueturque sub terra. Ob hoc parcit uestigiis. Leniter rigatur a solis occasu i trinis diebus: ut æqualiter bibat: donec erumpant. Differunt post ãnum dodrãtali filo custodita temperie: ut uidi cælo serantur ac sine aura. Mirumq; dictu periculum tantum eo die est: si roraverit q̃tulũcunq; hymbrem: aut si afflauit. De reliquo tutæ sunt ppetua securitate. Aquasq; postea odore Et zizifa grano seruntur mense aprili. Tuberes melius inseruntur in pruno siluestri & malo cotóeo et in calabria: ea est spina siluestris: quæcunq; optime & myxas recipit: utiliter & sorbos.

De transferendis seminariis: & ulmis serendis & scrobibus. Cap. xi.

Plantas ex seminario transferre in aliud prius q̃ suo loco ponãtur operose præcipi arbitror licet translatione folia latiora fieri spondeãt. Vlmorum prius q̃ folio uestiant. Samara colligenda est circa martias kalen. cum flauescere incipit. Deinde biduo i umbra siccata serenda densa i refracto terra super minutatim cribrata crassitudine quæ in cupressis. pluuiæ si nõ adiuuent: riganda. Deferendæ ex earum uenis post annum in ulmaria interuallo pedali inunamquamq; partem. Maritas ulmos autumno serere utilius: quia carent semine. Nam eæ eplantis seruntur. in arbustum quinquẽnes suburbe transferuntur aut: ut quibusdam placet: quæ uicenum pedũ esse cœperũt Sulco qui nouenarius dicitur: altitudine pedum trium: pari latitudine: & eo amplius circa positas pedes terni undiq; esolido adaggerantur. Arulas id uocãt in campania. Interualla ex loci natura summũtur. Aridiores serendas in campestribus conuenit. Populos & fraxinos quia festinantius germinant disponi quoq; maturius conuenit. Hoc est ab idibus febru. plantis & ipsa nascentes In disponendis arboribus arbustisq; ac uineis quincũcialis ordinum ratio uulgata & necessaria: non perflatu modo utilis: uerum & aspectu grata quocumq; modo intueare in ordinem se porrigente uersu. populis eadẽ ratio semine qua ulmos serendi: transferendi quoq; e seminariis eadem & siluis. Ante omnia igitur in similem transferri terram aut meliorem oportet. Nec tepidis aut præcocibus in frigidos aut serotinos situ: neq; ex iis illos. præfodere scrobes ante: si fieri posset: tanto: donec pingui cespite obducantur. Mago ante annum fieri iubet: ut solem pluiasq; combibant: aut si conditio largita non fit: ignes in medio fieri ante mẽses duos: nec nisi post hymbres in his seri. Altitudinem earũ in argilloso aut duro solo trium cubitorum esse in quãq; partem. In prunis pamo amplius: & ubiq; caminata fossura ore compressiore sint. Nigra uero terra duo cubita & palmum quadratis angulis. Eadem mensura græci auctores cõsentiunt: nõ altiores quino semipede esse debere: nec latiores duobus pedibus. Nusq̃ uero sesquipede minus alto: quoniam in humido solo ad uicina aquæ perueniat. Cato si locus aquosus sit iquit latas pedes ternos. In faucibus imisq; palmum & pedem: altitudine quattuor pedum: eas lapide cõsterni: aut si

Calabrice

nō sit particis salignis ūiridibus. Si neq; eæ sint: sarmentis: ita ut in altitudinem semipedem trahantur
Nobis adiicie dum uidetur ex prædicta arborum natura ut altius dimittant eæ: quæ summa telluī gau
dēt: tanq; fraxinus olea. Hæc & similia quaternos pedes oportet demitti. Cæteris sat est si altitudinis pe
Securus des ternos effecerit Excide inquit radicem istā papyrius cursor imperator ad terrorē prænestinorum p
toris. Destingi securius se teste innoxium abradi partes: quæ se nudauerint terra. Aliqui lapides totun
dos subiici malunt: qui & contineant humorem & transmittant. Non item planos facere: & a terreno
arcere radicē existimātes Glarea substrata iter utranq; sentētiā fuerit. Arborē nec miorē bima nec maio
rē trima transferri quidā præcipiunt. Alii cū annū impleat. Caro crassiorem quinq; digytis non omi..
sit. Idem si abstineret meridianā cæli partem signare in cortice: ut translata i iisdem & assuetis statueret
oris: ne aquilonię meridianis oppositæ solibus finderentur: & algerent meridianæ aqlonibus. Quod
e diuerso affectant etiam quidam in uite ficoq; permutantes in contrarium. Densiora enim folia ita fi
eri: magisq; protegere fructum & minus amittere: ficūq; sic etiam scansilem fieri. Pleriq; id demum ca.
uent: ut plaga deputati cacuminis meridiem spectet: ignari fissuris nimii uaporis opponi. Id quidem i
horam diei quintam uel octauam spectare maluerim. Aeque latet nō negligēdum: ne radices mora in
haresçant: ne ue a septētrionibus: aut ab ea parte cæli usq; ad exortum brumalem uento flante effodiā
tur arbores: aut certe non aduersæ iis uentis radices præbeantur. Propter quod emoriuntur ignaris cau
sæ agricolis. Cato omnes uentos & hymbrem quoq; in tota translatione damnat. Et hoc ꝓdesse q̄ pla
rimum terræ in qua uixerint radicibus cohærere: ac totas cespite circunligari. Cum ob id Cato ī corbi.
bus trāsferri iubeat. proculdubio utilissime quidem summā terram contētus est subdi. Quidam puni.
cis malis substrato lapide non rumpi pomū in arboribus tradunt. Radices inflexas poni melius. Arbo
rem ita locari: ut media sit totius scrobis necessarium. Ficus si sylla: bulborum hoc genus est: seritur: occi
sime ferre traditur pomū: neq; uermiculationi obnoxium. Quo uitio nō carent reliqua poma similiter
sata. Radicum eius magnam adhibēdam curam ut exemptas appareat: non auulsas quis dubitet. Qua
rōne & reliqua confessa omittimus. Sicuti terram circa radices sestucato spissandam. Quod Cato primū
in ea re esse censet. plagam quoq; a trunco oblini fimo: & foliis prætigari præcipiens.

De interuallis plantandarū arborū & umbris & stillicidiis: & ubi plantari debeāt. Cap. xii.

Vius loci pars est ad interuala pertinens. Quidam punicas & myrtos & lauros denliores se
h ri iusserunt. In pedibus tamē nouenis. Malos āplius paulo: uel magis etiam pyros: magisq;
amydalas: & ficus. Quod optime diiudicabit ramorum amplitudinis ratio: locorumq; &
umbræ cuiusq; arboris: quoniam has quoq; obseruari oportet. Breues sunt quānis magna
rum arborum ꝙ in orbem ramos circinent: ut in malis pyrisq;. Eadem enormes cerasis: lauris. Iā quæ.
dam umbratum proprietas. Iuglandium grauis & noxia: etiam capiti humano: omnibusq; iuxta latis.
Necat germina & pinus: sed uētis utraq; resistit: quoniā & protecta uinearum ratione egent. Stillicidia
pinus quercus: ilicis pōderosissima. Nullum cupressi: umbra minima: & in se circumuoluta. Ficorum le
uis q̄uis sparsa. ideoq; inter uineas seri non uetantur. Vlmorum leuis: etiam nutriens quæcūq; opacat.
Sed artico hæc quoq; uidetur e grauissimis: nec dubito si emittantur in ramos. Cōstrictæ quidem ulmi
noxiam esse nō arbitror. Iucunda & platani quāquā crassa. Licet gramini credere nō soli: haud alia læ
tius operiente toros. populo nulla ludentibus foliis. pinguis alno: sed pascēs sata. Vitis sibi sufficit: mo
bili folio: iactuq; crebro solem umbra temperās. Eodem graui protegens in hymbre. Omnium fere le
uis umbra: quorum pediculi longi. Non fastidienda hæc quoq; scientia: atq; nō in ultimis ponenda: q̄
do quibusq; satis umbra aut nutrix aut nouerca est. Iuglandium quidem pinorūq; & picearum & abie
tis quæcūq; attigere: non dubie uenenum est. Stillicidii breuis diffinitio est. Omniūq; proiectu frondis
ita diffunduntur: ut per ipsas non defluāt hymbres: stylla sæua est. Ergo plurimū interest hac in quæsti
one terra in qua seremus in quantum arbores quasq; alatiam per se colles minora q̄runt interualla. Vē
tōsis locis crebriores seri cōducit. Olea tamen maximo interuallo. De qua Catonis italica sentētia est.
In. xxv. pedibus minimum plurimum. xxx. seri. Sed hoc uariatur locorum natura. Nō alia maiori be
tica arbor. in africa uero fides penes auctores erit. Miliarias uocari multas narrat a pondere olei quod
ferant annuo prouentu. ideo. lxxv. pedes Mago interuallo dedit undiq;: etiam in macro solo ac duro
atque uentoso. Cum minimum xlv. Betica quidem uberrimas messes inter oleas metit. illam iscitiam
pudendam esse cōueniet: & adultas inter sese luctari iusto plus: & in senectam præcipitare: aut plerūq;
ipsis: qui posuere coarguentibus imperitiam suam totas excidere. Nihil est fœdius agricolis: quāgestæ
rei penitentia multo iam ut præstet laxitate delinquere.

Quæ arbores tarde crescant: & quæ celeriter: & de sabina. Cap. xiii.

Vædam aūt natura tarde crescunt: & inprimis semine tūn nascētia: & longo æuo durantia
q At quæ cito occidūt uelocia sunt: ut ficus: punica: prunus: malus: pyrus: myrtus: salix: & ta.
pseudocy men antecedūt diu tiis. In trimatu enim fere incipiunt ostendentes & ante. Ex iis lētissima
pirus pyrus. Ociissima omniū cypirus & pseudo capitius frutex. Protinus enim floret: semenq; pfert. Oia ue

ro celerius adolescunt stolonibus ablatis: unāq; in stripē redactis alimētis. Eadē natura & propagines docuit. Rubri nāq; curuati gracilitate & simul ꝓceritate nimia defigūt rursus in terrā capita. Iterumq; nascūt ex sese repleturi oia: ni resistat cultura: prorsus ut possint uideri hoies tærre causa geniti. ita pessima atq; execranda res propaginem tamē docuit: atq; radicem acquiri uiridem. Eadem autem natura est hederis. Cato propagari præter uitem tradit ficum: oleam: punicā: malorum genera omnia. Laurū: prunos myrtus: nuces auellanas: & prenestinas: platanum. propagationum duo genera: ramo ab arbore depresso in scrobem quattuor pedum quoq;: & post biennium amputato flexu: plantaq; transiata post trimatum: quas si longius ferre libeat: i qualis statim aut uasis fictilibus defodere propagines aptissimū ut in iis transferrantur. Alterum genus luxuriosius: radices in ipsa arbore sollicitando traiectis per uasa fictilia: uel qualos ramis terraq; circumpactis: atq; hoc blandimento impetratis radicibus: inter poma ipsa & cacumina: in summa enim cacumina hoc modo petuntur audaci ingenio: arborem aliam longe a tellure faciendi. Eodem quo supra biennii spatio abscissa ꝓpagine: & cum qualis illis. sata. Sabina herba propagine seritur & auulsione. Tradunt fece uini aut e parietibus latere tuso mire ali. idem modis rosmarinum serunt: & ramo. quoniam neutri semen. Rhododendron propagine & semine.

De satione arborū & insitione: & qūo inuenta sit tenera inserendi implastatio. Cap. xiii.

Emine quoq; inserere natura docuit raptim auiū fame deuorato: solidoq; & alui tepore ma
f dido cum fœcundo simi medicamine abiecto in mollibus arborū lecticis: & uētis sæpe trās lato in aliquas corticum rimas. Vnde nidimus cerasum in salice: platanum i lauro: laurum in ceraso: & baccas simul discolores. Tradunt & monedulam cōdentem semina in thesauros cauernarum eiusdem rei præbere causas. Hinc nata inoculatio sutoriæ simili fistula apiendi in arbore oculum cortice exciso: semenq; includēdiq; eadem fistula sublatum ex alia. in ficis autē & malis hæc fuit ioculatio antiqua. Virgiliana quærit sinum in modo germine expulsi corticis: gēmāq; ex alia arbore icludit. Et actenus natura ipsa docuit. Insitionem autem casus magister alius: & pene numerosior ad hunc modum. Agricola sedulus casam sepis munimento cingens: quo minus putrescerent sudes: limen subdidit ex hædera. At illæ uiuaci morsu apprænse suā ex alieno fecere uitam apparuitq; truncum eē pro terra. aufertur ergo serra æqualiter superficies: læuigatur falce truncus. Ratio postea duplex Et prima inter corticem lignumq; iserendi. Timebant prisci trūcum findere. Mox inforare ausi medio ipsiq; medulæ calamum iprimebant unum in serentes. Neq; enim plures cupiebat medulla subtilior. postea ratio uel senos adiicit mortalitati eorum ex numero succurrere persuasa per media trunco leniter fisso: cuneoq; tenui fissuram custodiente: donec cuspidatim decisus descēdat in rimā calamus. Multa in hoc seruanda. primū omnium quæ patiatur coitum talem arbor: & cuius arboris calamus. Varie quoq; & non iisdem partibus. Subest omnibus succus. Vitibus siciq; media sicciora & e summa parte conceptus. ideo illinc surculi petuntur. Oleis circa medias succus: ide & surculi. Cacumina sitiunt. Facillime coalescunt: Quibus eadem corticis natura: quæq; pariter florentia eiusdem horæ gignationem succorūq; sotietatem habent. Lēta enim res quotiēs humidis repugnāt ficca: mollibus corticum duri. Reliqua obseruatio ne fissura i nodo fiat. Repudiat quippe aduenam ihospitalis duritia: ut in parte nitidissima: ue longior multo tribus digytis: ne obliqua ne transiucens. Virgilius ex cacumīe iseri uetat. Certumq; est ab humeris arborū orientem æstiuum spectantibus surculos petendos: & e feracibus & e germine nouello: nisi uetustæ arbori inserātur. Ii enim robustiores esse debent. præterea ut prægnātes hoc est germinatione turgētes: & qui parere illo speraverint anno. Bimi atq; nec tenniores digyto minimo. inserunt autē & in uersi cum id agitur: ut minor altitudo in latitudinem se fundat. Ante oia gemātes nitere cōueniet: nihil usq; ulceroſum eē aut retorridū. Spei fauet medulla calami cōmissuræ: si in matte ligni corticisq; iūgātid. n. satius q; foris cortici æquari. Calami exacutio medulā ne nudet: Tenui tamen fistula detegat: ut fastigatio leui descendat cuneo tribus non amplior digytis. Quod facillime contingit tinctū aqua radentibus ne excutiaturi uēto. ne cortex a ligno decidat alterutri. Calamus ad corticē usq; suū deprimatur. Nec laxet dū deprimit: ne ue cortex replicetur in rugas. ideo lachrymantes calamos iseri nō oportet. Non hercule magis q aridos: quia illo modo labat humore nimio cortex Hoc uitali defectu nō humescit neq; cōcorporat. id etiam religionis seruant: ut luna crescente calamus utraq; deprimatur manu. Et alioquin in hoc opere duę simul manus minus nitūtur necessario tēperamēto. Validius enim demissi tardius ferunt: fortius durāt. Contrarium ex diuerso: ne hiscat nimium nimia: laxeq; capiat: aut ne parū explimat: aut cōpressum necet. Hoc maxime p̄cauēdū: ut prævalide accipiētis trūco i media fissura relinquantur. Quidam uestigio fissuræ falce in trūcis facto salice præligant marginē ipsum. postea cuneos figunt continente uinculo libertatē dehiscēdi. Quædā i plātario sita eodē die transferunt. Sic crassior truncus iseratur: inter corticē & lignū iseri melius cuneo optie osseo ne cortice rūpat laxato. Cerasi libro dēpto findunt. Hæ solæ & post brumam inseruntur: dēpto libro habēt ueluti lanuginem: qnæ si cōprehēdit isitum: putrefacit. incolumi cuneo adactū utilissime astringit. Inserere aptissimum q; proximū terræ patiat nodoq; trūciq; tō. Eminere calami sex digitorū lon-

Cognatio nem

gitudine non amplius debẽt. Cató argillæ uel cretæ harenã fimũq; bubulũ admiſceri: atq; ita uſq; ad lentorem ſubigi iubet: idq; interponi in circũlini. Ex iis quæ cõmentatus eſt facile apparet illa ætate i ter lignum & corticem: nec alio modo iſerere ſolitos: aut ultra latitudinẽ duum digytoꝝ calamos de mittere. Inſeri autem præcipit pyra ac mala per uer: & poſt ſolſtitium diebus. l. poſt uindemias. Oleas autem & ficos per uer tantum luna ſitiente: hoc eſt ſicca. Præterea poſt meridiẽ ac ſine uento auſtro. Mirum q; non contentus inſitum muniſſe. ut dictum eſt: & ceſpide ab hymbre frigoribuſq; protexiſſe: ac mollibus biſidorum uiminum faſcibus: ligua bubula: hærbe id genus eſt: iſuper obtegi iubet: eamq; ligari opertam ſtramentis. Nũc autem abunde arbitretur paleato luto libro farcire duos digitos inſito extante. Verno inſerentes tempus urget: incitantibus ſe gemmis: præter q̃ in olea: cuius diutiſſime oculi parturiunt: minimumq; ſucci habent ſub cortice: qui nimius inſitis nocet. punica uero & ficum q̃q; alias ſicca ſint recraſtinare minime utile. Pyrum uel florentem inſerere licet: & in maium quoq; menſem protendere inſitionem. Quod ſi lõgius afferantur pomorum calami rapo i fixos optime cuſtodire ſuccum arbitrantur. Seruariq; inter duos imbrices iuxta riuos uel piſcinas utrinq; ferra obſtructos.

De uite inſerenda. Cap. xv.

Itium uero ĩ ſcrobibus ſiccis ſtramẽto opertos ac deinde terra obrutos: ut cacumine exiſtãt
u Cato uitẽ tribus modis inſerit. præſectam findi iubet per medulam. in eam ſurculos exactos ut dictũ eſt addi: medullas iungi. Altero ut ii ſeſe uites cõtingant: utriuſq; in obliquum latere cõtrario adraſo iũctis medullis colligari. Tertium genus eſt: terebrare uitẽ ĩ obliquũ ad medullã: calamoſq; addere longos pedes binos: atq; ita ligatum inſitũ illitaq; illitum operire terra calamis ſubrectis. Noſtra ætas correxit ut gallica uteretur terebra: quæ excauat nec urit: quoniam aduſtio ois hebetat: atq; ut gẽmaſcere ĩcipiens ligetur calamus. Nec plusq̃ binis ab iſito emineat oculis ulmeo uimine alligatus: binaq; circũdaret acie a duab⁹ partibus: ut inde potius diſtillet humor: q̃ maxie uites infeſtat. Deinde cum eualuiſſent flagella pedes binos: uinculum inſiti incideretur ubertati craſſitudine permiſſa. Vitibus inſerendis tempus dedere ab æquinoctio autũno ad germinationis initia. Satiuæ plantæ ſilueſtrium radicibus inſeruntur natura ſiccioribus. Si enim ſatiuæ ſilueſtribus inſerantur degenerant in feritatem. Reliqua cælo conſtant. Aptiſſima inſitis ſiccitas. Huius enim remedium appoſitis fictilibus uaſis modicus humor per cinerem diſtillat. Inoculatio rores amat leues.

De emplaſtratione. Cap. xvi

Mplaſtri rõ & ipſa ex inoculatione nata uideri poteſt. Craſſo autem maxime cortici conue
e nit ſicut eſt ficis. Ergo amputatis omnibus ramis ne ſuccum auocent. Nitidiſſima in parte quaq; præcipua cernatur hylaritas: exempta ſcutula ita ne deſcendat ultra ferrũ cortici ipſi mittatur. ex alia cortex parcum ſui geminis mãma: ſic compage denſata ut cicatrici locus non ſit & ſtatim unitas fiat: nõ humorem non aflatũ recipiens: nihilhominus tamen & luto munite & uinculo melius. Hoc genus non pridem repertum uolunt qui nouis moribus fauẽt. Sed id etiam apud ueteres græcos inuenitur: & apud Catonem: qui oleam ficumq; ſic inſeri iuſſit mẽſura etiam præfinita ſecundũ reliquã diligentiã ſuam. Cortices ſcalpro excidi quartuor digytorũ longitudine & triũ latitudine. Atq; ita coagmentari & illa ſua intrita oblini. Eadem rõne & in malo. Quidam huic generi miſcere fiſſuram in uitibus exempta cortice teſſella ſurculo: a latere plano adigendo. Tot modis inſitam arborem Vidimus iuxta tyburtes tiliam omni genere pomorum honuſtum alio ramo nucibus: alio bacis: aliunde uite: ficis: pyriis: punicis: malorumq; generibus. Sed huic fuit breuis uita. Nec tamen omnẽ experimentis aſſequi naturam poſſumus. Quædam enim naſci niſi ſponte nullo modo queũt. Eaq; montibus & deſertis tantum locis proueniunt. Capaciſſima inſitorum omnium dicitur platanus poſtea robur. Verũ utraq; ſapores corrũpunt. Quædã oĩ genere inſeruntur: ut ficus & punicæ. Vitis non recipit emplaſtra: nec quibus tenuis ac caducus timoſuſq; cortex. Neq; inoculationẽ ſiccæ aut humoris exigui fertiliſſima oĩum inoculatio: poſtea emplaſtratio. Sed utraq; infirmiſſima: & quæ cortice nituntur tãtum: uel leui aura ociſſime deplantatur: inſerere firmiſſimum & fœcundius q̃ ſerere.

Exemplum huius rei. Cap. xvii.

On eſt omittẽda raritas unius exempli. Corelius eques romanus A teſte genitus ĩſeruit caſtaneã ſuometipſam ſurculo in neapolitano agro. Sic facta eſt caſtanea quæ ab ipſo nomẽ
n accepit iter laudatas. poſtea hæres eiuſdẽ libertus corellianã iteꝝ inſeruit. Hæc eſt inter eas differẽtia: illa copioſior. Hæc corelliana melior. Reliqua genera caſus ĩgenio ſuo excogitauit: ac defractos ſerere ramos docuit: cũ pali deflixi radices cepiſſent. Multa ſic ſerunt. In primiſq; ficus oĩbus qdem aliis modis naſcẽs: p̃terq̃ talea. Optime quidẽ ſi uaſtiore ramo pali mõ exacuto adigat ad te exiguo ſuper terrã relicto capite: eo ipſo harena cooperto. Ramo ſerunt & punica palis laxato prius meatu: item myrtus. Omnium horum longitndine trium pedum: craſſitudine minus brachiali. Cortice diligẽter ſeruato: trũco exacuto. Myrtus & tales ſeritur. Morus talea tãtum: quoniam ĩ ulmo eã inſeri religio fulgurũ phibet. Quapropter de talearũ ſatu nũc dicendũ eſt. Seruandũ ĩ eo ante omnia: ut

Ramo eã ſeris

taleæ ex feracibus fiant arboribus:ne curuæ:ne scabræ:aut bifurcæ:ne tenuiores q̄ ut manū ī pleant:ne minores pedalibus:utillibato cortice atq; ut sectura inferior ponatur semper:& quod erit ab radice:ac cumuletur q; germinatio terra:donec robur planta capiat.

De cultura taleæ:& quibus temporibus insito fiat. Cap.xviii.

Q Væ custodienda ī talearum cultura Cato iudicauerit:ipsius uerbis optie p̄cipiemus.Taleas oleaginas quas ī scrobe saturus eris:tripedaneas facito.Diligenterq; tractato:ne liber laboret:cū dolabis aut secabis.Quas ī seminario saturus eris:pedales facito.Ea sic inserito:locus bipalio subactus sit:beneq; glutus:Cum taleam demittis pede taleam opprimito.Si parum desce̅dat maleo aut mateola adigito:cauetoq; ne librum scindas.Cum adigitis:palo prius locum feceris,quo taleam d̄emittas.Ita melius uiuet talea Et ubi trimæ sunt:tū deniq; curæ sint:ubi liber se uertet. Si in scrobibus aut in sulcis seras:ternas taleas ponito.Eas diuaricato super terram:ne plus quattuor digitos Transuersos emineant uel oculos serito.Diligēter eximere oleam oportet:& radices q̄ plurimas cum terra serre.Vbi radices bene operueris:calcare bene:ne quid noceat.Si quis quærat quod tempus oleæ serende sit:agro sicco per semētem agro læto per uer.Oliuetum diebus.xv.āte æquinoctium uernum incipito putare Ex eo die dies.xl.recte putabis.Id hoc mō putato.Q ua locus recte ferax erit: quæ arida erunt:& si quid uentus interfregerit in ea omnia eximito. Q ua locus ferax nō erit:id plus concidito:aratoq; bñ:enodatoq;.Stirpes læues facito:circū oleas autúno ablaqueato:& stercus adiicito.Qui oliuetum sæpissimæ & altissime miscebit:iis tenuissimas radices exarabit.Radices si sursum abibūt crassiores fient.& eo in radices uites oleæ abibunt.Quæ genera olearum uel in quo genere terræ uiuere & seri debeant:spectarique oliueta:diximus in ratione olei.Mago in colle & siccis & argilla & inter autumnum & brumam seri iussit.In crasso aut humido aut subriguo a messe ad brumam.Quod precepisse eū africæ inteligitur.Italia quidem nunc uere maxime serit. Sed & autunno si libeat.post æquinoctium. xl.diebus ad uergiliarum occasum.xiiii.soli dies sunt:quibus seri noceat. Africe peculiare quidem in oleastro est inserere. Quadam ætemitate conscenescunt proxie adoptione uirga emissa:atq; ita alia arbore ex eadem iuuenescente.iterūq; &quociens opus sit:ut eius eadem oliueta costent.Inseritur autem oleaster calamo & iocultatione.Olea ubi quercus effossa sit male ponitur:quoniam uermes qui raucæ uocant in radice quercus nascūtur & transeunt. Non inhumare taleas aut siccare prius q̄ serātur utilius cōpertum.Vetus oliuetum ab æquinoctio uerno intra uergiliarum exortum interradi alternis ānis melius inuentum.item muscum circundare radici.Circūfodi autem oibus annis a solstitio duum cubitorum scrobe pedali altitudine.Stercorari tertio anno.Mago idem amygdalas ab occasu arcturi ad brumā seri iubet.pyra non eodem tempore omnia:quoniam neq; floreant.Eadem oblōga aut rotūda ab occasu uergiliarū ad brumā.Reliqua genera media hyeme ab occasu sagittæ subsolanū aut septentrionē spectantia.Laurū ab occasu aquilæ ad occasum sagittæ Confessa enim de tēpore serendi quæ rō est uero & autumno:Id ex magna parte fieri decreuere.Est & alia hora circa canis ortus paucioribus nota: quoniam non oibus locis utilis pariter intelligitur.Sed aud omittenda nobis:non tractus alicuius rō nē:ueræ naturæ potius indagantibus.in cyrenaica regione sub etesiarū flatu cōserūt.Necnō & ī græcia oleam maxie in laconia.Co insula & uites tūc serit.Cæteri apud græcos inoculare:& inserere nō dubitant.Sed arborum nō serunt.plurimumq; in eo locorum natura pollet.Namq; in ægypto omni serūt mēse:& ubicūq; hymbres æstiui nō sunt:ut in india & æthiopia.Necessario post hæc autūno serunt arbores.Ergo tria tempora eadem germinationis uer & canis arcturiq; ortus.Neq; enim aialium tantum est ad coitū auiditas:sed multo maior ē terræ ac fatoꝝ oium libido.Qua tēpestiue uti plurimū interest cōceptus.peculiare utiq; ī insitis cū sit mutua cupiditas utriq; coeundi.qui uer p̄bant:ab æquoctio statim admittūt p̄dicantes germina parturire:iō faciles corticū eē amplexus.Qui præferūt autūnum ab arcturi exortu:quoniā statim radicē quandā capiāt:& ad uer parata ueniant atq; nō ,ptinus germinatio auferat uires.Quædā tamē statutum tp̄s anni habent ubiq;.ut cerasi & amygdalæ circa brumā serendi uel inserendi.De pluribus locoꝝ situs optime iudicabit.Frigida & aquosa uerno conseri oportet. Sicca & calida autūno. Cois quidē italiæ ratio tp̄a ad huc modū distribuit.Mora ab idibus februariis in æquinoctium:pyra in autūnum:ita ut brumā.xv.ne minus diebus ātecedāt. Malis æstiuis & cotoneis item sorbis prunis post mediā hyemē ī idus februarias:Siliquæ græcæ &perfici ante brumā per autumnum.Nucibus iuglandi & pineæ & auellanæ græcæ atq; castaneæ a.Calen.martiis ad idus easdem.Salici geniſtæ circa martias Calen.Hanc in siccis semine:illam in humidis uirga seri diximus.

Quæ arbores societate gaudeant:& de disciplina ablequeandi & accumulandi. Cap.xix.

S Et etiam nūc noua iserendi ratio:ne quid sciens quidē prætereā:quod usquā inueneri a Columella excogitata:ut affirmat:ipse.Qua uel diuersæ isociabilesq; naturæ arboꝝ copulentur ut fici atq; oleæ.iuxta hāc seri ficū iubet:nō āpliore interuallo q̄ ut contingi large possit ramo oleæ q̄ maxie sequaci atq; obedituro.Eūq; oī interim tēpore edomari meditatione curuādi.Postea fico adepta uires:quod euenire trimæ atq; utiq; quiquēni solet:detrūcata supficie ipsaque

deputata:ut dictum est adraso cacumine defigi in cruce fici custoditũ uinculis:ne curuatura fugiat. Ita quodã propaginũ ĩsitorũq; tẽperamento triẽnio cõi inter duas matres coalescere. Quarto anno abscisum totum adoptãtis esse:nõdũ uulgata ratione haud mihi certe satis comperta. Cæterum eadem illa decalidis frigidisq; & humidis & siccis supradicta ratio & scrobes fodere monstrauit. In aquosis.n. neq; altos neq; amplos facere cõuenit: Altos æstiuoso solo & sicco:ut q̃ maxime accipiãt aquam:contineantq;. Hæc & apud ueteres arbores colendi ratio est. Feruẽtibus.n. locis accumuliãt æstate radices:operiuntq;:ne solis ardor adurat. Aliubi ablaqueant. perflatusq; admittunt. Idem hyeme cumulis a gelu uindicant. Contra illi hyeme aperiunt:humorẽq; sitientibus quærunt. Vbicũq; circũfodiendi arbores ratio in circuitu pedes in orbẽ ternos:neq; id in pratis:quando amore solis humorisq; in summa tellure oberrãt. Et de arboribus hæc quidem fructus gratia serendis inserendisq; in uniuersum sint dicta.

De salicto & arundineto:& cæteris cæduis ad perticas palos. Cap.xx.

Inc restant earum rõ:quæ pp alias feruntur:uineas maxie cæduo ligno. Principatum in iis
h optinẽt salices:quarũ satio fit loco madido tñ refosso duos pedes & semipedẽ talea sesquipedali uel ptica:quæ utilior quo plenior. interuallo eẽ pedes senos trimæ pedibus binis a terra:putatiõe coercent:ut sic se in latitudinẽ fundãt:ac sine scalis tõdeant. Salix. u. fœcundior ẽ quo terræ propior. Has quoq; oĩbus annis confodi iubent mẽse aprili. Hæc uiminaliũ cultura. Perticalis & uirga:& talea seritur fossura eadẽ. perticas ex ea iustum est cædi quarto fere anno. Et cæ ãt senescentium propagine sartiunt locũ. Pertica imersa ac post ãnum recisa. Salicis uiminalis iugera sin gula sufficiunt. xxv. uineæ iugeribus. Eiusdẽ rei causa populus alba seritur bipedaneo pastinatu: talea sesquipedali biduo siccata palmipede iteruallo:terra superiecta duorum cubitorum crassitudine. Harundo etiãnum dilatiore q̃ hæ solo gaudet. Seritur bulbo radicis quẽ alii oculum appellant dodrantali scrobe:interuallo duum pedum & semipedis: reficiturq; ex sese uetere harundineto extirpato:quod utilius repertum q̃ castrare sicut antea. Nãq; inter se radices serpunt:mutuoq; discursu necãtur. Tẽpus inserendi prius q̃ oculi harundinum imutescant ante. kalen. martias. Crescit ad brumam usq;:desinitq; cum durescere incipit. Hoc signum quod tempestiuam habet cæsuram. Et hanc autem quotiẽs & uineam fodiendum putant. Seritur & transuersa nõ alte terram condita. Erumpuntq; singulis oculis totidẽ plantæ. Seritur & deplantata pedali sulco binis obrutis:gemmis:ut tertius nodus terrã attingat prono cacumine:ne rores cõcipiat. Cæditur & decrescente luna. Vineis ãno siccata utilior q̃ uiridis. Castanea pedamentis omnibus præfertur facilitate tractatus:pdurandi peruicacia:regerminatione cædua uel salice lætior. Quærit solum facile:necnon harenosum:maximeq; fabulum humidũ aut carbũculum:uel tofi etiam farinam q̃libet opaco septẽtrionaliq; & præfrigido situ. uel etiam decliui. Recusat eadẽ gal-
gallicam liam rubricam:cretam:omnẽq; terræ fœcunditatem seri nuce diximus:sed nisi ex maximis non prouenit: nec nisi quinis aceruatim satis. Perfringi solum debet supra ex nouembri mense in februariũ:quo solutæ sponte cadunt ex arbore:atq; subnascũt. Interualla sint pedalia undiq; sulco dodrantali. Ex hoc seminario transferuntur in haliud bipedali interuallo plus biẽnio. Sunt & ꝓpagines nulli quidem faciliores. Nudata.n. radice tota in sulco prosternitur. Tunc ex cacumine super terram relicto renascitur
uiuiradice & alia ab radice. Sed trãslata nescit hospitari:pauetq; nouitatẽ. Biẽnio fere postea prosilit. ideo nucibus potiusq̃ radice plãtaria cædua implentur. Cultura non alia q̃ supradictis fodiẽdis supputandisq; per biennium sequens. De cætero ipsa se colit umbra stolones superuacuos enecante. Ceditur itra septimum annum. Sufficiunt pedamenta iuri unius uiceriis uinearum iugeribus:quando etiã ea bifida stirpe fiũt durãtq; ultra alteram siluæ suæ cæsuram. Aesculus similiter prouenit cæsura triẽnio senior:minus morosa nasci. in quacunq; terra seritur:nascitur e balneo sed non nisi æsculi:scrobe dodrantali:interuallis duoꝝ pedum seritur leuiter quater anno. Hoc pedamẽtũ minime putrescit:læsumq; maxime frutificat
præter hæc sunt cædua quæ diximus:fraxius:laurus:persica:corylus:malus:sed tardius nascũtur. Terrã
amigdalus defixa uix tolerant:nõ modo humorem. Sabucus contra firmissima ad palum:taleis seritur ut populus Nam de cupresso satis diximus. Et prædictis uelut armamentis uiuearum.

De culturis & disciplina excolendarum uinearum. Cap.xxi.

Est at ipsaꝝ natura ꝑcipua tradenda cura. Vitiũ furculi & quarundã arboꝝ qbus fungosior
i intus natura ẽ geniculatis ramoꝝ nodis intersepiũt medullã. Ferulæ ipsæ breues:& ad summa breuiores articulis utiq; duobus internodia icludũt. Medula siue illa uitalis aĩa est ante setẽdit lõgitudinẽ ĩpellẽs quãdiu nodi peruia patet fistula. Cũ uero cõcreti ademere trãsitũ
Enodis repercussa erũpit:ab ima sui ꝑte:iuxta priorem nodum alternis laterum semper inguinibus ut dictũ est in harũdine ac ferenda ac ferula:quoꝝ dextrũ ab imo itelligiẽ articulo:leuũ i proximo:atq; ita peruices. Hæc uocat i uite gẽma:cũ ibi cespitẽ facit. Ante uero q̃ faciat in cõcauo oculos:& i cacumine ipso germẽ. Sic palmites:nepotes:uuæ:folia:pãpini:gignunt. Mirũq; firmiora eẽ in dextra parte genita. Hos ergo i furculis nodos cũ serunt medios secare oportet:ita ne ꝑfluat medulla:& i fico quidẽ dc tãtales paxilli solo patefacto serũtur:sic ut desc̃dat quæ proxia arbori fuerit. Duo oculi extra terrã eminẽt.

Oculi autem in arborũ surculis proprie uocantur unde genminant. Hac de causa & in plãtariis aliquã do eodem anno ferunt quos fuere laturi fructus in arbore: cum tempestiue sati prægnãtes ichoatos cõ ceptus aliubi pariunt. Ita satas ficos tertio anno transferre facile. Hoc pro scenescendi celeritate attri-- butum huic arbore ut citissime proueniat. Vitium numerosior satus. primum oĩum nihil seritur ex iis nisi in utile & deputatum in sarmento. Opputtatur autem quicquid proximo tulit fructũ. Solebat capi tulatus utrinq; e duro surculus seri: eoq; argumẽto malleolus etiam uocatur nũc. postea auelli cum sua calce ceptus est: ut in fico. neq; aliud est uiuacius. Tertium genus adiectũ etiãnum expeditius sine calce: quod sagittæ uocantur: cũ intorti panguntur id enim cum decisi nec intorti trigẽmes. plures autem ex eodem surculo hoc modo fiunt. Serere e pampinariis sagittas sterile est: nõ nisi fœcũdas oportet. Quæ ratos habent nodos infœcundæ iudicantur. At densitas gemmarum fertilitatis inditium est. Quidam seri uetant nisi eos: qui floruerint surculos. Sagittas serere minus utile: quoniã in transferendo facile rũ pitur quod intortum fuit. Seruntur pedali non breuiores lõgitudine quinq; sex ue nodorũ. pauciores tribus gemmis in hac mensura esse non poterunt. Insen eodem die quo putantur utilissimũ. Si mul to postea necesse sit serere custoditos uti precipimus oportet caueri utiq; ne extra terrã positi sole inare scant: uentoue aut frigore hebentur: qui diutius in sicco fuerint priusq; serantr i aqua pluribus diebus re uiuiscant. Solum apricum & q̃ amplissimum in seminario siue in uinea bidente pastinari debet ternos pedes bipaleo alte in area reiici quaternorum pedum fermento: ita ut in pedes binos fossa ꝓcedat. Fossatum purgari & extenti ne crudum relinquatur. Veq; & exigi mẽsura. Male pastinatum deprehẽdunt scãna inæqualia. Metienda est & ea pars quæ interiacet puluinis. Surculi seruntur & i scrobe & i sulco longiore: super quos tenerrima ingeritur terra. Sed in gracili solo frustra: nisi substrato pinguiore. Nec minus q̃ duos integi oportet: & proximã: attingi terram & eodem paxilo deprimi & spissari: interesse in plantario sesquipepes inter bina semina in latitudinem: in longitudinem semisses. Ita satos malleolos. xxiiii. mense recidete ad imum articulum: nisi ipsi parcantur. Oculorũ inde materia emicat cũ aqua xxxvi. mense uiuiradix transferetur. Est & luxuriosa ratio uites serendi: ut quattuor malleoli uehementi uinculo colligẽtur in pte luxoriosa: atq; ita uel per ossa bubuli cruris uel p colla fictilia traiecti obruãt binis eminentibus gẽmis. Humescunt hoc modo: recisiq; palmitem emittũt. Postea fistula fracta radix libere capit uires: uuamq; fert: & oĩum corporum suorum acinos. In alio genere inuentu nouitio findi tur malleolus: medullaq; erasa in se colligantur ipsi caules: ita ut gemmis parcatur omnimodo. Tũ malleolo in terram fixo mixta seritur: & cũ spargere cœperit caules decidit: soditurq; sæpius. Talis uuæ acinos nihil intus ligni habituros Collumella promittit: cum uiuere semina ipsa perquã mirum sit: & medulla adempta nasci. Sirculis etiã quibusnam sit articulatio arboris non omittendum uidetur. Namq; buxi tenuissimis quinis senisue colligatis depacti proueniunt. Quondam in obseruatione erat ut defrigerẽtur ex imputata buxo: aliter uiuere non crediti. Detraxere hæc experimenta seminarii curaq; Sequitur uinearum ratio. Quinq; genera hæ: Spartis per terram palmitibus aut per se uite subrecta: uel cum amminiculo siue iugo. Aut pedatæ simplici iugo. Aut cõpluuiatæ quadruplici. Quæ pepatæ ratio erit eadem intelligitur eius quoq; in aqua sine amminiculo uitis per se stabit. id. n. non fit nisi pedamenti inopia. Simplici iugo costat porrecto ordine quẽ canterium appellant. Melliorq; ea uino: quando sibi ipsa non obumbrat: assiduoq; sole coquitur: & affiatum magis sentit & celerius rorem dimittit. pãpinationi quoq; & occationi oiq; operi faciliot. Super cætera defloreſcit utilius. iugum fit pertica aut hastũdine aut crine funiculoue: ut i hispania: brũdusioq;. Compluuiata copiosior uino est: dicta a cauis ædium cõpluuiis. Diuiditur in quaternas partes totidem iugis. Huius serẽdi ratio dicetur: eadẽ ualitura in omni genere: in hoc uero numerosior tantũ. his uero tribus seritur modis. Optime in pastinato: proxime in sulco: nouissime in scrobe. De pastinatione dictum est.

Occulationi

De sulco & uinearum putatione. Cap. xxii.

Vlco latitudo pale est. Scrobibus ternorũ pedũ in quãcunq; paltẽ. Altitudo i quocũq; genere tripedalis: ió nec uitis minor trãsferri debet. Extatura etiãnum duabus gẽmis. Emoliri terrã minutis i scrobe ima sulcis fimoq; misceri necessariũ. Cliuosa altiores poscũt scrobes præterea puluinaris a deuexitate labris. Quæ ex iis longiores fient: ut uites binnas accipiãt E diuerso aliæ locabunt. Esse uitis radicẽ in media scrobe oportet. Sed ipsam innixã solido in orientẽ æquinoctialẽ spectare. Adminicula pria e calamo accipere. Vineas limittari decumano. xviii. pedũ latitudinis adcõtrarios uehiculorũ transitus: aliisq; cõuersis limitibus: Denũ pedũ distingui p media iugera. Aut si maior modus sit: totidem pedũ cardine quot decumão limitari. Semp uero quitanis semitari hoc ẽ i quinto quoq; palo singulæ iugo pagine icludãt. Solo spisso nõ nisi repastinato: nec nisi ui ui radicẽ seri. Tenero & soluto uel malleolũ sulco uel scrobe. in colles sulcos agere transuersos melius q̃ pastinare ut defluuia palis eoq; cõtineant. Aquoso cælo uel sicco solo malleolos serere autũno: nisi si tractus ratio mutauerit. Siccus enĩ & calidus autũno poscit seri humidus frigiduſq; etiã ueris exitu. In arido solo uiuiradix quoq; frustra serit. Male & in siccis malleolus: nisi post hymbrẽ. Aut in riguis

porculeta

Labumo

Res ipſa

uel frondens uitis & uſq; ad ſolſtitium recte: uſq; ad uer ut in hiſpania. Q uieſcere uero ſationis die uti liſſimum. Pleriq; auſtros optant: Cato abdicat. Intereſſe medio temperamento inter binas uites oportet pedes quinos. Minimum autem læto ſolo pedes quaternos. Tenui plurimum auctonos. Vmbri & marſi ad uicenos intermittunt arationis gratia in iis: quæ uocãt proculeta. Pluuio & caliginoſo tractu rariores poni: ſico denſiores cõgruit. Subtilitas parſimoniæ cõpendia inuenit. Cum uinea in paſtinato ſeratur: obiter ſeminatium faciendi ut uiuiradix loco ſuo & malleolus qui tranſferatur iter uites ordine ſeratur. Quæ ratio in iugero circiter. xxvi. Milia uiuiradices donat. intra biennium autem fructus quo tardius in ſato prouenit q̃ in tranſlato. Viuiradix poſita in uinea poſt annum reſecaſ uſq; ad terrã ut unus tantum emineat oculus amminiculo iuxta affixo & fimo addito. Simili modo & ſecundo anno reciditur: uiteſq; concipit: & intra ſe paſcit ſuffecturas oneri: alias feſtinatione pariẽdi gracileſcat: ac emucidani cohibeatur caſtigatione tali ĩ fœtum exeat tota. Nihil auidus naſcitur: ac niſi ad pariẽdum uires ſeruẽtur: tota fit fœtus. pedamenta optima quæ diximus: aut ridicæ: robur: oleaq;: aut ſi non ſint: pali iunipero: cupreſſo: alburno: ſambuco. Reliquorum generum ſudes omnibus ãnis recidũtur. Saluberrima in iugo harundo connexa faſciculis durat quinis annis. Cum breuiores palmites ſamento iũguntur inter ſe funium modo: ex hoc arcus funeta dicũtur. Tertius uineæ annus palmitem uelocem robuſtumq; emittit in quem faciat ætas item. Hic in iugum inſilit. Q nidam tunc excæcãt eum ſupina falce auferendo oculos: ut noxia iniuria longius euocent. Vtilior enim conſuetudo pariẽdi: ſatiuſq; pampinos adiudicatæ detergere uſq; quo placeat roborari eam. Sunt qui uetant tangi proximo anno: quo tranſlata ſit: neq; ante. lx. menſem falce curari. Tunc aũt ad tres geminas recidi. Alii proximo quidem anno recidunt. Sunt ut ternos quaternoſue ſingulis annis addiciunt articulos. quarto demũ perducãt ad iugum. Ideo utriuſq; fructum tardum. præterea retortidum & nodoſum puluinoſumq; reddit incremento optimum autem matrem eſſe firmam: poſtea fœtum audacem. Nec tutũ eſt quod cicatricoſum magno imperitiæ errore. Quicquid eſt tale plagis naſcitur nõ e matre. Totas enim habet illas uires dũ roboratur: & annuos accipit tota fœtus: cum permiſſum fuerit naſci. Nil natura portiõibus parit. Quæ cum excreuerit ſatis firma protinus in iugo collocari debebit: Sin etiãnum infirmior erit: ſub ipſo iugo hoſpitari reciſa. uiribus nõ ætate decernitur. Temerarium eſt ante craſſitudinem pollicarem uiti imperare. Sequenti anno palmites ſalutentur pro uiribus matris ſinguli aut gemini. Iidem & ſecũdo ſi cogit ifirmitas nutriantur. Tertioq; demũ anno duo adiiciantur. Nec ſunt plures quaternis unq̃ permittẽdi. Breuiterq; non indulgendum eſt: & ſemper inhibenda fœcunditas. in ea eſt enĩ natura: ut parere malit q̃ uiuere. Quicquid materiæ adimitur fructui accedit. illa ſemina mauult q̃ fructum gigni: quoniam fructus caduca res eſt. Sic pernitioſe luxuriat: nec ampliat ſe ſed egerit. Dabit conſiliũ & ſoli natura. In macro etiã ſi uires habebit. reciſa, intra iugum moretur: ne oĩs fœtura ſub eo exeat. Minimum id eſſe debebit interuallum: ut attingat iugũ: ſuperetq; non teneat: adeo nõ recũbat in eo: nec delicate ſe ſpargat ita temperetur hic modus: ut creſcere etiã malit q̃ parere. palmes duas tres ue gẽmas ſub iugo habeĩ debet ex materiis quibus materia naſcatur. Tunc per iugum mergi alligariq; ut ſuſtineaſ iugo nõ pendeat. Vinculo mox aſtrictus a tertia gẽma alligari: quoniam & ſic coercetur impetus materiæ. Dẽſioreſq; citra pampini exultant: cacumen religari uetant. Natura hæc eſt deiecta pars aut preligata fructum dat plurimũq; ipſa curuatura. Quod citra eſt materiẽ: mittit: offenſante credo ſpiritu & illa quam diximus medulla. Quæ ita emicuerit materia fructum dabit anno ſequente. Sic duo genera palmitum. Quod e duro exit materiãq; in proximũ annum promittit: pampinarium uocatur. Aut ubi ſupra cicatricẽ eſt: fructuarium. Alterum ex adminiculo palmite ſemperq; fructuarium relinquitur ſub iugo. Et qui uocatur cuſtos. Hic eſt nouellus palmes non longior tribus gemmis proximo anno materiã daturus: ſi uitis luxuria ſe cõſumpſerit. Et alius iuxta eũ uerucæ magnitudine qui furunculus appellaſ. Si forte cuſtos fallat. Vitis anteq̃ ſeptimũ annũ cõpleat a ſurculo euocata ad fructũ ei iuueneſcit: ac moriſ. Nec ueteré placet palmitẽ i longũ & ad quartũ uſq; pedamentũ emitti: quod alii dracones: alii iuniculos: ut faciãt quæ maſculeta appellant. Cũ indurit uitis: peſſimum in uinea traducere. Quinto anno & ipſi palmites intorquenẽ: ſingulæq; e ſingulis materiæ emittuntur: ac deinde e proximis prioreſq; amputãtur. Semper cuſtodem reliqui melius. Sed is proximus uiti eſſe debet: nec longior quã dictum eſt. Et ſi luxuriauerint: palmites intorqueri ut quattuor materias uel duas ſi iniiuga erit uinea emittat. Si p ſe uitis ordinabitur ſine pedamento: qualecunq; tamen initio adminiculum deſiderabit: dum ſtare condiſcat: & recta ſurgere Cætera primordia eadẽ. Diuidi autem putatione pollicis inæquali examine undiq; ne pregraueť fructus parte aliqua: obiter idem deprimẽs prohibebit in excelſum emicare. Huic uineæ triũpedũ altitudo excelſior nutat: cæteris a quito: dum excedat hoĩs longitudinẽ iuſtam. Iis quoq; quæ ſpargunť in terra breuis ad: innitendũ caueas circundãt: ſcrobibus per ambitum actis: ne uagi palmites inter ſe pugnent occurſantes. Maiorq; pars terrarum ita ſupinam ĩ tellure uindemiam metit. Siquidem & i africa & i ægypto ſyriaq; ac tota aſia & multis locis europæ hic mos prævaletibi ergo iuxta terram cõprimi debet uitis. Eodem modo & tẽpore nutrita radice: quo iniugata uinea: ut ſemper tantũ polli

ses relinquantur fertili solo cum tribus gẽmis:graciliore quinis. præstatq; multos esse q̃ longos. Quæ de natura soli diximus tanto potentiora sentient:quãto ꝓprior fuerit uua terræ. Genera seperari ac singulis conseri tractibus utilissimum. Mixtura enim generum etiam in uino non mõ in musto discors. Aut si misceantur non alia q̃ pariter matureſcentia iungi necessariũ. Iuga altiora quo letior ager & quo planior. Item roscido nebuloso minusq; uentoso cõueniunt. Contra humiliora gracili:& arido:æstuoso:uentisq; exposito. Iuga ad pedamentũ q̃ arctissimo nodo uinciri oportet:uitem leui contineri. Quæ genera uitium & in quali solo cæloq; essent coserẽda:cum enumeraremus naturas eaꝝ & uinoꝝ:notauimus. De reliquo cultu uehementer ambigitur. Pleriq; æstate tota post singulos tores confodi iubent uineam. Alii uetant gemmantem:decuri.n.oculos tactuq; intrantium deteri. Et ob in arcẽdum procul omne quidem pecus:sed maxime lanatum:quoniã facillime auferat gemmas. Inimicos & pubescente uua rastros. Satisq; esse uineam ter anno confodi:ab æquinoctio uerno ad uergiliaꝝ exortum. & canis exortũ:& nigrescente acino. Quidam ita determinãt. Veterem semel a uindemia ante brumã cum alii ablaqueare & stercorare satis putent. Iteꝝ ab idibus aprilis:antequã concipiat:hoc est in.vi.idus maii. Deinde prius q̃ florere incipiat:& cum defloruerit:& uariante se uua. Peritiores affirmãt si iusto sæpius fodiatur:in tantum tenereſcere acinos:ut rumpantur. Quæ fodiuntur:ante feruentes horas diei fodiendas cõuenit. Sicuti lutum neq; arare neq; fodere. Fossione puluerem excitatum contra soles nebulasq; prodesse. Pampinatio uerna in confesso est ab idibus maiis intra dies.x.utiq; anteq̃ florere incipiat: & eam infra iugum debere fieri. De sequente uariant sententiæ. Cum defloruerit aliqui pampinandum putant. Alii sub ipsa maturitate. Sed de his Catonis præcepta decement. Namq; & putationum tradenda ratio est. Protinus hanc a uindemia ubi cæli tepor indulget adoriuntur. Sed hoc fieri nunq̃ debet ratione naturæ ante aquilæ exorum:ut in syderaꝝ causis docebimus proximo uolumine. Immo uero fauonio:quoniam anceps culpa sit præpoperæ festinationis. Si saucias recenti medicina mordeat quædam hyemis ruminatio certũ est gemmas eaꝝ frigore hebetari:plagasq; findi. Et cæli uitio exuri oculos lachryma distillante. Nam gelu fragiles fieri quis nesciat? Operaꝝ ista computatio est. In latifundis non legittima naturæ festinatio quo maturius putãtur aptis diebus:eo plus materie fundunt:quo setius eo fructum uberiorem. Quare macras prius cõuenit putare:ualidas nouissime. Plagã omnem obliquam fieri:ut facile decidant hymbres:& ad terrã uerti q̃ leuissima circatrice:acie:falce:exacta plagaq; conuelata. Recidi autem semper inter duas gemmas:ne sit uulnus oculis in recisa parte. Nigrã esse eam existimant:& donec ad sinceram ueniatur recidendam:quoniã e uitiosa materie utilis nõ exeat. Si macra uitis idoneos palmites non habeat:ad terrã recidi eam:nouosq; elici utilissimũ. In pampinatione nõ hos detrahere pampinos qui cũ uua sint. Id.n.uuas supplantat:præterq̃ in nouella uinea. Inutiles iudicant in latere nati non ab oculo. Quippe etiam uua quæ nascat e duro rigescente ut nisi ferro detrahi non possit. Pedamentũ quidã inter duas uites utilius putant statui:& facilius ablaqueantur ita:meliusq; est uniiugæ uineæ:si tamẽ & ipsi iugo sint uires:nec flatui infesta regio. In quadripartita q̃ proximũ oneri adminiculũ esse debet:ne tamẽ impedimentũ seniat ablaqueatio cubito abesse nõ amplius. Ablaqueari ãt ptius q̃ putari iubent. Cato de omni cultura uitiũ ita præcipit. Quam altissimã uineã facito:alligato q; recte dum ne nimiũ constringas:hoc q; modo eã curato. Capita uitiũ putata circũfodito. Arare incipito. Vltra citraq; sulcos perpetuos ducito. Vites teneras q̃ primũ propagato. Veteres q̃ minimũ castrato. Potius si opus fuerit deiicito:biennioq; post præcidito. Vitem nouellam resecari tũ erit tempus: ubi ualebit. Si uinea ab uite caluata erit sulcos iterponito:ibiq; uiui radicẽ serito. Vmbrã a sulcis remoueto:crebroq; fodito. In uinea ueteri serito ocynũ. Si macra erit:qd granũ capit ne serito. Et circũ capita addita stercus:paleas uineaceas. aliquid horũce. Vbi uinea frondere cœpent:pampinato. Vineas nouellas alligato crebro:ne caulis ꝑfringaẽ. Et quæ iam in perticã ibit eius pãpinos teneros alligato leuiter:porrigitoq;. Quæ ubi recte steterint:ubi uua uaria fieri cœperit:nites subligato. Vitis insitio una est pet uer:altera cum uua floret:ea optima est. Vineã ueterem si in alium locũ transferre uoles:duntaxat brachiũ crassum primũ deputato. Binas gemmas ne amplius relinquito. Ex radicibus bene effodito. Et caue radices ne saucies. Ita uti fuerit ponito in scrobe:aut in sulco:operitoq;:& bene occultato. Eodemq; mõ uineã statuito:alligato:laxatoq; uti fuerat:crebroq; fodito. Ocynum quod in uinea seri iubet antiqui appellabant pabulum umbræ patiens quod celerrime proueniat.

Vltro citroq;

corrigito utiq; re

Ratio arbustorum. Cap.xxiii.

Quæ laus peculiaris hodie italico eſt. Quo magis admiror poſteros græcorũ nullam mentionẽ huius feciſſe fruméti. Nunc ex iis generibus quæ romã inuehuntur leuiſſimum eſt gallicum atq; e cheronneſo aduectum: quippe non excedũt in modium uicenas libras ſi quis gnanum ipſum ponderet. Adiicit ſardium ſex libras: alexãdrinum & trientes. Hoc eſt & ſicli pondus. Boœticum totã libram addit: africum & dodrantes. In trãſpadana italia ſcio uicenas quinas libras farris modios pendere: Circa cluſium & ſenas. Lex naturæ certa eſt in quocunq; genere pane militari: tertia portio ad grani põdus accedat. Sicut optimum eſſe frumentũ: quod impactũ cõgium aquæ capiat. Quibuſdã generibus per ſe põdus: ſicut baleario: modio tritici panis põdo. xxx. reddit. Quibuſdã in permixtis: ut cyprio & alexandrino. xx. prope libras nõ excedẽtibus. Cyprium fuſcum eſt: panem nigrũ facit. itaq; miſcetur alexandrinum candidũ: reddunt q; xxv. pondo. Thebaicum libras adiicit. Marina aqua ſubigi: quod plerisq; maritimis in locis faciunt occaſione lucrandi ſalis uiliſſimũ. Nõ alia de cauſa oportuniora morbis corpora exiſtunt Galliæ & hiſpaniæ frumento in potũ reſoluto quibus diximus generibus ſpuma ita cõcreta pro fermẽto utuntur. Qua de cauſa leuior illis q̃ cæteris panis eſt. Differẽtia eſt & calami. Craſſior quippe melio tis eſt generis. plurimis tunicis thracium triticum ueſtitur ob nimia frigora illi plagæ exquiſitũ. Eadẽ cauſa & trimeſtria inuenit detinẽtibus terras niuibus: quod tertio fere ſatum menſe ut in reliquo orbe metit. Totis hoc alpibus notũ & hyemalibus prouinciis. Nullum hoc frumẽto lætius. Vnicalamũ præterea: nec uſq; capax: ſeriturq; non niſi tenui terra. Eſt bimeſtre circa thracium ſinum: quod. xl. die quo ſatum eſt matureſcit: mirumq;: nulli fruméto plus eſſe põderis: & furfuribus carere. Vtitur eo & ſicilia & achaia: mõtoſis utraq; partibus. Euboea quoq; circa cariſtum. In tãtum fallitur Columella: qui ne trimeſtris quidem proprium genus exiſtimauerit eſſe cum ſit antiquiſſimum. Græci trimenõ uocãt. Tradunt in bactris grana tantæ magnitudinis fieri: ut ſingula ſpicas noſtras æquẽt. primũ ex omnibus frumentis ſeritur hordeum. Dabimus & dies ſerendi cuiq; generi natura ſingulorum expoſita. Hordeum indis ſatiuũ & ſilueſtre: ex quo panis apud eos præcipuus. italici quidẽ maxie oriza gaudẽt: ex qua ptiſanã conficiunt: quam relinqui mortales ex hordeo. Orizæ quidem folia carnoſa: porro ſimilia: ſed latiora. Altitudo cubitalis: flos purpureus: radix gẽmeæ totũdi natis. antiquiſſimũ in cibis hordeũ: ſicut athenienſium ritu. Menãdro auctore apparet & gladiatorum cognomine: qui hordearii uocabantur. Polentam quoq; græci nõ aliunde præferunt. pluribus fit hæc modis. Græci perfuſum aqua hordeum ſiccant nocte una: ac poſtero die frigunt: deide mollis frangunt. Sunt qui uehementius toſtum rurſus exigua aqua aſpergant: ſiccentq; priuſq̃ molant. Alii uero uirentibus ſpicis decuſſum hordeum recens purgant: madidumq; in pila tundunt: atq; in corbibus eluunt: ac ſiccatum ſole rurſus tundunt: & purgatũ molunt. Quocũq; aũt genere præparato uicenis hordei libris: ternas ſeminis lini: & coriãdri ſe libras ſaliſq; acetabulo: torrẽtes ante oia miſcent ĩ mola. Qui diutius uolunt ſeruare cũ polline ac furfuribus ſuis cõdũt nouis fictilibus. italia ſine perfuſione toſtũ ĩ ſubtilitem formã molit: iiſdem additis: atq; etiã milio. pane ex hordeo ãtiquis uſitatum uita dãnauit: quadrupedumq; tradidit refectibus. ptiſanæ inde uſus ualidiſſimus ſalubertimuſq; tantopere probat. Vnũ laudibus eius uolumen dicauit. Hippocrates clariſſimus medicinæ ſciẽtiæ. ptiſanæ bonitas præcipua uticẽſi. In ægypto uero ea ẽ: quæ fit ex hordeo cui ſunt bini anguli. In boœtia & africa genus: ex quo fiat: hordei glabrũ appellat. Turanius. idem oly rum ſit cãpaniæ tãtum & ægypto. Amylum uero ex oĩ tritico ac ſiligine. Sed optimum ex trimeſtri. ingum fit cãpaniæ tãtum & ægypto. Amylum uero ex oĩ tritico ac ſiligine. Sed optimum ex trimeſtri. inuentio eius chio ĩſulæ debetur & hodie laudatiſſimũ inde eſt: appellatum ab eo q; ſine mola fiat. proximũ trimeſtri: quod eſt minime ponderoſo tritico. Madeſcit dulci aqua ĩ ligneis uaſis: ita utitegatur: quies in die mutata. Melius ſi & ĩ nocte: ita ut miſceatur pariter emolitum: priuſq; q̃ aceſcat: Linteo autem ſportis ſiccatũ tegulæ ĩfunditur illitæ fermẽto: atq; ita in ſole denſatur. poſt chium maxime laudat̃ cretiçum. mox ægyptium. probatur ãt leuitate & læuore: atq; ut recẽs ſit. iam & Catonis dictu. Apud nos hordei farina ad medendũ utunt̃. Mirũq; ĩ uſu iumentorũ ignibus durato: ac poſtia emollito: offiſque humana manu dimiſſis ĩ aluum maiores uires toroſq; corporis fieri. Spicæ quædam binos ordines habẽt: quædã plures uſq; ad ſenos. Grano ipſi aliquot differentiæ: longius: leuiuſq;: aut breuius: aut rotũdius: cãdidius: nigrius: uel cui purpura eſt. Vltimo ad polentam contra tempeſtates candido maxima infirmitas. Hordeũ frugũ oium molliſſimũ eſt: ſeri nõ ualet niſi in ſicca & ſoluta terra ac niſi læta. palea ex optimis. Stramẽtis uero eius nullũ cõparatur. Hordeũ ex omni frumento minime calamitoſum quia tollitur anteq̃ triticum occupet rubigo. ita ſapientes agricolæ triticum cibariis tãtum ſerunt. Hordeum ſarculo ſeri dicũt: propterea celebertimæ reddit fertiliſſimumq;: Quod ĩ hiſpania & charthagine aprili mẽſe collectum eſt: hoc ſeritur eodem menſe in celtiberia: eadẽq; ãno bis naſcitur. Rapitur oẽ aptima ſtatim matutitate feſtinãtius q̃ cætera. Fragili enim ſtipula & tenuiſſima palea granum cõtinet. Mellorem etiam polentam fieri tradunt ſi non exacta maturitate tollatur.

Nõn omnia fruméti genera ubiq; naſci: & de reliquis in oriẽte generibus. Cap. viii

Rumenti genera nō eadē ubiq; neq; ubi eadē sunt iisdem noibus. Vulgatissima far: quod
f adoreū ueteres appellauere: siligo: triticum. Hæc plurimis terris comunia. Arica galliarum
propria: copiosa & italiæ est. In ægypto autē ac syria ciliciaq; & asia ac græciæ parte peculia
res zea: olyra: typhe. Aegyptus similaginem conficit e tritico suo nequaq; italicæ parem.
Qui zea utuntur nō habent far. Est & hæc italiæ incampania maxime sememq; appellatur. Hoc debet
nomen tes. præclara ut mox docebimus. propter quā Homerus Zedoros arura dixit. Nō ut arbitrātur
aliqui: quoniam uitam donaret. Amylum quoq; ex ea fit priore crassius. Hæc sola differētia est. Ex om
ni genere durissimum far: & contra hyemes firmissimū. patitur frigidissimos locos: & minus subactos
uel æstuosos sitientesq;: primus antiquis lattio cibus: magno argumento in adoreæ donis sicuti dixi.
mus. pulte autem non pane longo tempore uixisse romanos manifestum. Quoniam inde & pulmen.
taria hodieq; dicuntur. Et Ennius antiquissimus uates obsidionis famē describens offam eripuisse plo
rantibus liberis patres commemorat. et hodie sacra prisca atq; natalium pulte fritilla conficiuntur. uide
turq; tam plus ignota græciæ fuisse quam italiæ polenta. Tritici semine auidius nullum est: nec quo
plus alimenti trahat. Siliginem dixerim proprie tritici delicias: candor est: & sine uirtute & sine ponde
re: conueniens humidis tractibus: quales italiæ sunt & galliæ comatæ. Sed & transalpes in allobrogū
tantum aruenorumq; agro pertinax. In cæteris ibi partibus biennio in triticum transit. Remedium ut
grauissima quæq; grana eius serantur.

De pistoriis: & molitura: & farina. Cap. ix.

Siligine lautissimus panis. pistrinarūq; opera laudatissima. præcedit in italia: si cāpana pisis
e natæ misceaē. Rusior illa: ad pisana cādidior: pōderosior uero cretacea. iustū est e grano cā
panæ quā uocant castratā: e modio redire sextarios quatuor siliginis. Vel e gregali sine ca
stratura sextarios quinq;. præterea floris semodiū. Et cibarii quod secūdariū uocant sextari
os quattuor. Furfuris sextarios totidē. E pisana aūt siliginis sextarios qnq;. Cætera paria sunt. Clusina
arentinaq; etiānum sextarios siliginis assummunt: in reliquis pares. Si uero pollinē facere libeat. xyi. pō
do panis redeūt. Et cibarii tria. Furfurū semodiū. Molæ discrimine hoc cōstat. Nāq; sicca molunt plus
farinæ reddunt. Quæ salsa aqua sparsa cādidiorē: medullā: uerū plus retinēt in furfure. Farinā a farre di
ctam noie ipso apparet. Siliginea farinæ modius gallicæ. xxii. libras panis reddit. italicæ duabus trib⁹
ue amplius in artoptitio pane. Nam furnaceis binas adiiciunt libras in quocunq; genere.

De similagine & siligine & de alliis generibus & de pistura. Cap. x.

Imilago ex tritico fit laudatissima. Ex africo iustum est e modiis redire semodios: & pollinis
s sextarios quinq;. ita enim appellant in tritico: quod florem in siligine. hoc arariæ officino
chartariæque utunt: Præterea secundarii sextarios quattuor. Furfurumq; tantundem. panes
uero e modio similaginis. cxxii. precium huic annona media in modio farinæ. xl. asses. Si
milagini castratæ octonis assibus amplius. Siligini castratæ duplum. Est & alia distinctio. Similago. l.
pollin autem. xyii. pondo panis reddere uisa tritici. xxx. cum triēte: & secundarii panis quinas selibras
totidem cibarii: & furfurum sextarios sex. Siligo nunq; matureſcit pariter: nec ulla segetum minus di
latiorem patitur propter teneritatem. lisq; maturuere protinus granum dimittentibus: sed minus q̄ cæ
tera frumenta in stipula periclitatur: quoniam semper rectam habet spicam: nec rorē continet: qui tu
biginem faciat. Ex africa dulcissimus panis: ipsa spissior q̄ far: & maior spica eadem & ponderosior. Ra
ro modius grani nō. xyi. libras implet Exteritur in græcia difficulter. ob id iumentis dari ab Homero
dicta. hæc. enim est quā uocat olyram. Eadem in ægypto facilis fertilisq; far sine arista est. Item siligo
excepta ea quæ laconica appellatur. adiiciuntur iis genera: bromos: siligo exceptitia: & tragos extema
omnia ab oriente inuecta orize similia. Tiphe & ipsa eiusdem generis: ex qua fit in nostro orbe oriza.
Zea Apud græcos est & isia. Traduncq; team ac tiphen cum sint degeneres redire ad frumentum: si pistæ se
rantur: nec protinus: sed tertio anno. Tritico nihil est fertilius. hoc enim natura ei tribuit quoniam eo
maxime alat hominem. Vtpote cum e modio si sit aptum solum: quale in bizantio africæ campo cen
teni quinquageni modii reddantur. Misit ex eo loco. Diuo augusto procurator eius ex uno grano uix
credibile dictu quadringenta paucis minus germina. Extātq; de ea re epistolæ. Misit & Neroni similiter
cccxl. stipulas ex uno grano. Cum centesimo quidem & leōtini siculiæ cāpi fundunt. Aliiq;: & toto beti
ca: & in primis ægyptus. Fertilissima tritici genera ramosum: aut quod centigranum uocant. inuentisē
iam & scapus unus centum fabis onustus. Aestiua frumenta diximus sisamam: milium: panicum. Sisa
ma ab indis uenit: ex ea & oleum conficiunt. Color eius candidus. huic simile est in asia græciaq; erisi
mum: idēq; erat: nisi pinguius esset quod apud nos uocant irionem: medicaminib⁹ annumerādum po
tiusq; frugibus. Eiusdē naturæ & horminū a græcis dictū: sed cimino simile: seriturq; cum sisama hoc
& irione. Nullū aial uescitur uirētibus. pistura non oium facilis. Quippe & hetruria spicam farris tosti
pisente pilo præferrato fistula serrata: & stella intus denticulata ut nisi itēti pisant: concidantur grana
ferroq; trāgātur. Maior pars italiæ ruido utitur pilo: rotis: etiam: quas aqua uersat obiter: & molāt. De

ipsa ratione pisendi Magonis proponetur sentẽtia. Triticũ ãte perfundi aqua multa iubet: põstea euelli: deide sole siccatum pilla repeti. Simili modo hordeum. Huius sextarios. xx. spargi duobus sextariis aque. Lenté torrere prius: deide cũ furfuribus leuiter pisi. Aut additos in sextarios. xx. lateris crudi fracto: & harenæ semodio. Etuiliam iisdem modis quibus lentem. Sisamã in calida maceratam exporrigi. Deinde confricari: frigidæ imergi: ut paleæ fluctuẽt: iterũq; exporrigi in sole super lintea. Quod nisi festinato petagatur: luridо colore mucescete. et ipsa autem quæ eualuantur uariam pistorarum ratio nem habent. Acus uocatur cum per se pisitur. Spica tantum aurifilcum ad usus. Si uero i area teritur cũ stipula: palea: ut maiore i terrarum parte ad pabula iumẽtorum. Milii & panici & filamæ appludam uocant purgamenta. alibi aliis nominibus. Milio campania gaudet præcipue: pultéq; candidam ex eo facit. Fit & panis prædulcis. Sarmatarum quoq; gentes hac maxime pulte aluntur: & cruda etiam farina equino lacte: uel sanguine e cruris uenis admixto. Aethiopes non aliam frugem q̃ milii hordeiq; nouere. panico & galliæ quædam præcipue aquitania utitur. Sed circũpadana italia addita faba: sine qua nihil conficiunt. Ponticæ gentes nullum panico præferunt cibum. Cætero æstiua frumenta riguis magis etiam q̃ hymbribus gaudent. Milium & panicum aquis minime: cum in folia exeunt. Vetant ea interuites arboresq; frugiferas seri: terram emacrari hoc satu existimantes.

De fermentis & panis faciendi ratio & genera: & quãdo primum pistores Romæ & de cribris: & alica.

Cap. xi.

Illii præcipuus ad fermenta usus e musto subacti i annuũ tempus. Simile fit ex tritici ipsius furfuribus minutis & optimis e musto albo triduo maturato subactis: ac sole siccatis. Inde pastillos i pane faciẽdo dilutos: cum similagine seminis seruefaciũt: atq; ita farinæ miscẽt: sic optimũ panẽ fieri arbitrãtes. Græci i binos semodios farinæ satis eẽ besses fermenti cõstituere. Et hæc quidem genera uindemiis tantum fiunt. Quo libeat uero tempore ex aqua hordeoq; bilibres offæ feruenti foco: uel fictili patina torrentur cinere & carbone: usq; dũ rubeant. postea operiuntur in uasis donec acescant: hinc fermentum diluitur. Cum fieret autem panis hordeaceus heruilæ aut ciceruilæ farinæ ipsæ admixtione fermentabantur. Iustumq; erat duæ libræ in quinq; semodios. Nunc fermẽtum fit ex ipsa farina quæ subigitur prius q̃ addatur sala ad pultis modum decocta: & relicta donec acescat. Vulgo uero nec sufferuere faciunt: sed tantum pridie asseruata materia utũtur. palãq; natura est acore fermentari: sicut & ualidiora esse corpora que fermentato pane alũtur. Quippe cum apud ueteres põderosissimo cuiq; præcipue tritico salubritas perhibita sit. panis ipsius uaria genera prosequi superuacuum uidetur. Alias ab obsoniis appellari ut ostrearii. Alias a delitiis ut artologani. alias a festinatione ut spẽusici. Necnon a coquendi ratione ut furnacei uel artoptesii: aut in clibanis cocti non pridem etiam e parthis aduecto: quem alii aquaticum uocant: quoniã aqua trahitur a tenui & spongiosa inanitate: alii pthicum. Summa laus siliginis bonitate & cribri tenuitate constat. Quidã ex iouis aut lacte subigunt. Butyro uero gentes etiam pacatæ ad opis pistorii genera trãseũte cura. Durat sua piceno in panis inuentione gratia ex alicæ materia cum nouem diebus macerata: decimo ad speciẽ tracta: & subacta uuæ passæ succo est. Ibi postea in furnis ollis indita: quæ rumpantur ibi torrent. Neq; est ex eo cibis nisi madefacto: quod fit lacte maxime mulso. pistores romæ nõ fuerũt ad persicum usq; bellum: annis ab urbe condita super quingentos octoginta. Ipsi panes faciebant grites: mulierũq; id opus erat: sicut etiam nunc in plurimis gentium. Artopesiam. plautus appellat i fabula: quam aululariam scripsit. Magna ob id cõcertatione eruditorum: an is uersus poetæ sit illius: certũq; sit Attei Capitonis sententia. Tostum panẽ lautioribus coquere solitos: pistoresq; tantũ eos qui far pisebãt noiatos. Nec cocos uero habebãt in seruitiis: eosq; ex macello cõducebãt. Cribroq; genera galliæ setis equoq; iuenere: hispaniæ lino excussiora & pollinaria: ægyptus e papyro atq; iunco. Sed iter hæc dicaẽ prima & alicæ ratio: præstantissimæ salubertimæq; quæ palma frugum idubitanter italiã contigit. Fir sine dubio & in ægypto sed admodũ spernenda. In italia uero pluribus locis: sicut ueronensi pisanoq; agro. in campania tamẽ laudatissimus cãpus est montibus subiacet nimbosis totis quidẽ. xl. mil. pas. planicie. Gracia terræ eius ut protinus soli natura dicaẽ: puluerea summa: iferior bibula: & punicis fistulãs uice. Montium quoq; culpa in bonũ cedit. Crebros enim hymbres percolat atq; transmittit: nec dilui aut madere uoluit propter facilitatẽ culturæ eadẽ acceptum humorem nullis fontibus reddit: sed temperat: & concoquẽs intra se uice fusi cõtinet. Seritur toto anno: punico semel: bis farre. Et tamẽ uere segetes quæ iterquieuere funduntur rosam odoratiorem satiua: adeo terra nõ cessat parere. Vnde uulgo dictũ plus apud cãpanos ũguenti: q̃ apud cæteros olei fieri. Quantũ autẽ uniuersas terras cãpus circũcampanus ãtecedit: tãtum ipsum pars eius: quæ laborie. uocãtur: quẽ phlegræũ greci appellãt. Finiunẽ laboriæ uie ab utroq; latere cõsulari: quæ a puteolis: & quæ a cumis capuam ducit. Alia fit e zea quam semen appellauimus. Tundiẽ granũ eius i pilla lignea. Nam lapidis duritia cõteritur. Nobilius ut notũ ẽ pilo uinctoq; pena li opa. Primori iest pixis ferrea excusis inde tunicis. Iterũ iisdem armamentis nudata cõciditur medulla Ita fiũt alicæ tria genera: minimum: ac secũdarium: grãdissimum uero apherema appellãt. Nondũ ha

Refrina

Oculis digiti nec

bent candorẽ ſuũ qno ꝓcellunt. Iam tame alexandrinæ præferũtur. poſtea mirũ dictu admiſcẽ creta quæ trãſit i corpus: coloréq; & teneritatẽ affert. Inuenit hæc iter puteolos & neapolim i colle leucogeo appellato. Extatq; Diui aguſti decretũ quo ãno ad uicena milia ueapolitanis pro eo numerari iuſſit e hiſco ſuo coloniã deducẽs capuã. Adiecitq; cãm afferẽdi: quoniã negaſſent cãpani alicã cõfici ſine eo metallo poſſe. In eodem repitur & ſulphur. Emicãtq; fontes oraxi oculorum claritati: & uulnerũ medicinæ dẽtiúq; firmitati. Alica adulterina ſit maxie e zea quæ in africa degerat. Latiores eius ſpicæ nigrioreſq; & breui ſtipula. piſunt cum harena: & ſic quo q; difficulter cõterunt utriculos: fitq; dimidia modii mẽſura. poſteaq; gypſi pars quarta iſpargit: atq; ut cohæſcerit farinario cribro ſubcernũt. Quæ in eo remanſit exceptitia appellatur: & grandiſſima eſt. Rurſus quæ tranſit: arctiore cernitur: & ſecundaria uocatur. Item cribraria: quæ ſimili modo in tertio remanſit cribro anguſtiſſimo: & tantũ harenas tranſmittente. Alia tõ ubiq; adulterãdi. Ex tritico candidiſſima atq; grandiſſima eligũt grana: & ſemicocta in olis: poſtea arefaciut ſole ad initiũ: rurſuſq; leuiter aſperſa molis frangunt. Ex zea pulchrius q̃ ex tritico ſit granum q̃is id alicæ uitium ſit. Candorem autem ei pro creta lactis incocti mixtura confert.

De leguminibus. Capi.xii.

Equitur natura leguminũ: iter quæ maximus honos fabæ. Quippe ex qua tentatus ſit ẽt panis. Lomentũ appellaſ farina ea: aggrauaturq; põdus illa & oĩ legumine. iá uero & pabulo uenalis. Fabæ multiplex uſus: oium quadrupedũ generi præcipue hoi. Fruméto etiã miſcẽ apud pleraſq; gẽtes: & maxie panico ſolida: ac delicatius fracta. Quin & priſco ritu fabacia ſuæ religionis diis i ſacra eſt: prævalens pulmentarii cibo & hebetare ſenſus exiſtimata: inſomnia quoq; facere. Ob hoc pythagorica ſentẽtia dãnata. Vel ut alii tradidere: quoniam mortuorum animæ ſunt in ea. Qua de cauſa parentando utiq; aſſumitur. Varro & ob hæc flaminem ea non ueſci tradit: quoniã & in flore eius litteræ lugubres repiãtur. in eadem peculiaris religio. Náq; fabam utiq; e frugibus referre mos eſt auſpicii cã: quæ ideo referina appellatur. Et auctionibus eam adhiberi lucroſum putant. Sola certa frugum etiam exeſa repletur creſcente luna: Aqua marina alia ue falſa nõ percoquitur. Seritur ante uergiliarum occaſum leguminum prima: ut antecedat hyemẽ. Virgilius per uer eam ſeri iubet citcũ padanæ italiæ ritu. Sed maior pars malunt fabalia maturæ ſationis: q̃ trimeſtrem fructum eius. Nanq; ſiliquæ cauleſq; gratiſſimi ſunt pabulo pecori. Aquas in flore maxime concupiſcit: cum uero defloruit exiguas deſiderat. Solum in quo ſata eſt lætificat ſtercoris uice. ideo circa macedoniam theſſaliãq; cum florere iucepit uertunt arua. Naſcitur & ſua ſponte pleriſq; in locis: ſicut ſeptentrionalis occeani inſulis quas ob id noſtri fabarias appellant. item i mauritania ſilueſtris paſſim: ſed p̃dura &: quæ percoqui nõ poſſit. Naſcitur & i ægypto ſpinoſo caule. Qua de cã crocodilli aculeos timentes refugiunt. Longitudo ſcapo quattuor cubitorum eſt. Ampliſſima craſſitudo. Octona genicula habet: moli calamo. Simile capud papaueri: colore roſeo. in eo fabæ non ſupra tricenas. Folia ampla. Fructus ipſe amarus & odore: ſed radix per quã lauta incolarum cibis cruda: & omnino decocta. Harundinum radicibus ſimilis. Naſcitur & in ſyria ciliciaq; & in thorone chalcidis lacu. Ex leguminibus autem nouẽbri feruntur lens: & in græcia piſa. Lens: amat ſolum tenue magis q̃ pingue: cælum utiq; ſiccum. Duo genera eius in ægypto: alterum rotundius nigriuſq;: alterum ſua figura. Vnde uario uſu tranſlatũ eſt in lenticulas nomen inuenio apud auctores æquanimitatem fieri ueſcentibus ea piſum in apricis ſeri debet: frigorum impatientiſſimum. ideoq; in italia & in auſteriore cælo nõ niſi uerno tempore terra facili ac ſoluta. Ciceris natura eſt gigni cũ ſalſilagine: ideo ſolum urit. Nec niſi madefactum pridie ſeri debet. Differẽtiæ plures magnitudine: figura: colore: ſapore. Eſt enim arietino capiti ſimile: úde ita appellatur. Album nigrũq; eſt & columbinum: quod alii uenerium uocant: candidum: rotundum: leue. arietino minus: quod religio peruigiliis adhibet. Eſt & cicercula minuti ciceris: inæqualis angulos habens ueluti piſum. Dulciſſimum autem id quod eruo ſimillimũ: firmiuſq; q̃ nigrum & ruffum q̃ quod albũ. Siliquæ rotũdæ ciceri: cæteriſq; leguminũ longæ: & ad figuram ſeminis latæ. piſo cilindraciæ. Faſiolorum cum ipſis mãduntur granis. Serere eos qua uelis terra licet ab idibus octobris in Calen. nouebris. Legumina cũ maturaſcere ceperint rapienda ſunt: quoniam cito exiliunt: latentq; cum decidere ſicut & lupinum.

De rapis & napis amiterinis. Cap.xiii.

Vãq; prius dixiſſe cõueniat de rapis: i tranſcurſu eas attigere noſtri. paulo diligentius grædq & ipſi tamẽ inter hortenſia. Si iuſtus ordo ſiat a frumento protinus aut certe ſaba dicendis. Quãdo alii præſtãtior uſus ab iis nõ eſt: ante oĩa nãq; cũctis aĩalibus naſcũtur: nec i nouiſſimis. Satiãt ruris alitũ quoq; genera: magiſq; ſi decoquãtur aq̃. Quadrupedes & frõde earũ gaudẽt. Et hoi nõ minore rapaciorũ ſuis horis gratia q̃ cimarum. Flaccidorũ quoq; & in horreis enecatorũ uel maiore q̃ uirentiũ. ipſa uero durãt & in ſua terra ſeruata. Et poſt a paſſo pene ad altum prouẽtũ famẽq; ſentiti prohibẽt. A uino atq; meſſe tertius hic trãſpadanis fructus. Terram non moroſe eligit: pene ubi nihil aliud ſeri poſſit. Nebulis & pruinis ac frigore ultro alũtur amplitudine mirabili. Vidi. xl. libras excedẽtia. In cibis qdẽ noſtris pluribus modis cõmendãtur: durãtq; ad alia ſinapis acrimo

nia domita:etiã coloribus picta:præter suũ semen:sex aliis:purpureo quoq;:neq; aliud in cibis tĩgui de cet.Genera eorũ græci duo prima fecere:masculinũ fœminũq; & ea serẽdi mõ ex eodẽ semine.déiore eni satu masculescere:itẽ iterra difficili.Semẽ ꝓstãtius quo subtilius.Species uero oium tres.Aut enim in latitudinẽ fundi:aut in rotunditatẽ globari.Tertiã speciem siluestrem appellauere:in longitudinem radice procurrẽte:raphani similitudine & folio anguloso scabroq;:succo acri.Qui circa messem excep tus oculos purgat:medeturq; caligini admixto lactæ mulierẽ.Frigore dulciora fieri existimãtur & grã diora.Tepore in folia exeũt.palma in nursino agro nascentibus.Taxatio in libras sestertii singuli:& in penuria bini.Proxia in algido natis.Napi uero amitemini quoq; eadẽ fere natura gaudẽt æque frigi dis.Serunt &ante Calen.martias i iugero sextarii quattuor.Diligentiores quito sulco napũ seri iubent rapã quarto utroq; stercorato.rapã latiorẽ fieri si palea iacente uel cũ palea seminẽt:Serere nudum uo lunt præcantẽ sibi & uicinis ferere se.Satus utriq; generi iustus inter duorũ numinũ dies festos Neptũ ni atq; uulgatii.Feruntq; subtili obseruatione quota luna ꝓcedente hyeme nix pria ceciderit:si totidem numinũ die itra prædictum tpis spatium serantur mire ꝓuenire.Serunt & uere i calidis atq; humidis.

De lupino. Cap.xiiii.

Vpino est usus proximus:cũ sit & hoĩ & quadrupedũ generi ũgulas habenti coĩs Remediũ
1 eius ne metẽtes fugiant exiliẽdo:ut ab hymbre tollant.Nec ullius quæ serunt natura affen su terræ mirabilior est.primũ oium cũ sole quotidie circũagit:horasq; agricolis etiã nubilo demõstrat.Ter ꝓterea floret.Terrã amat:terraq; operiri nõ uult.Et unũ hoc serit non arato: ubi fuerit maxie fabulosa:& ficca:atque ẽt harenosa.Coli utiq; nõ uult.Tellurem adeo amat:ut quãuis fruteto solo cõiectũ inter folia uepresq;:ad terrã tamẽ radice pueniat.ꝓpigueſcere hoc satu arua uineasq; diximus.Itaq; adeo nõ eget fimo:ut optimi uicẽ represcentet.Nihil aliud nullo impendio cõstat:ut qd ne serendi quidẽ gratia opus sit afferre protinus serit ex aluo.Ac ne spargi quidẽ postulat decidẽs spõ te.Primũq; oium seritur:nouissimũ tollit.Vtrũq; septẽbri fere mẽse:quia si nõ anteceſſerit hyemẽ tri goribus obnoxiũ est.impune præterea iacet:uel derelictum etiã:si nõ ꝓtinus secuti obruant hymbres: ab hoĩbus aialibus amaritudine sua tutum.plerunq; tamẽ leui sulco integunt.Ex densiore terra rubricã maxime amat.Ad hãc alendam post tertium florem uerti debet:in sabulo post secundum.Cretosa tan tum limosaq; odit:& in iis nõ prouenit.Maceratũ calida aqua homini in cibo est.Nam bouem unum modii singuli saturant:ali dũq; præstant. Quando etiã impositum puerorum uentribus pro remedio est.Cõdit in fumo maxime cõuenit:quoniã in humido uermiculi umbilicum eius in sterilitatẽ castrãt Si depastum sit in fronde:innatari protinus solum opus est.

De uitia & eruo. Cap.xv.

Te uitia pinguescunt arua:nec ipsa agricolis operosa:uno sulco sata:nõ sarrit:nõ stercorat:
e nec aliud q̃ deoccat.Sationis eius tria tpa.Circa occasum arcturi:ut decembri mẽse pascat Tunc optime serit i semen. Aeque nãq; sert depasta.Secunda satio mẽse ianuarii est nouis sima martio:ac tũ ad frondẽ utilissima:Siccitatẽ ex oĩbus quæ serunt maxie amat:nõ aspet natut ẽt umbrosa.Ex semine eius si lecta matura est palea cæteris præsert.Vitibus præripit succũ lãgue scuntq; si in arbustis seratur.Nec erui operosa cura est.Hoc amplius q̃ uitia runcant & ipsum medicaml nis uim obtinens.Quippe per eruũ Diuũ augustum curatum epistolis ipsius memoria extat. Sufficiũt singulis boum iugis modii quini sati.Martio mense satum noxium esse bubus aiunt.Item autũno gra uedinosum.Innoxium autem fieri primo uere satum.

De fœno & farrigine & de ocyno & medica & cytiso. Capi.xvi.

T silitia hoc est fœnũgræcum sacrificatione seritur:non altiore quattuor digytorum sulco
e quãtoq; peius tractatur:tãto prouenit melius. Rarum dictu:esse aliquid cui prosit negligẽ tia.Id autem quod secale atq; farrago appellatur occari tãtum desiderat. Secale taurini sub alpibus asiam uocãt deterrimũ:& tantum ad arcendum famen utile.fœcũda sed gracili fli pula:nigricia tristet:sed pondere præcipiuũ. Admiscetur huic far ut mitiget amaritudinem eius &tamẽ sic quoq; ingratissimum uentri est.Nascitur qualicũq; solo cum centesimo grano.ipsumq; pro letamie est.Farrago ex recrementis farris prædensa seritur:admixta aliquando & uitia.Eadem aliquãdo in afri ca fit ex ordeo.Omnia hæc pabularia.Degenerantq; ex leguminibus quæ uocatur cracca:in tãtum co lumbis grata:ut pastas ea negent illius loci fugitiuas fieri.Apud antiquos erat pabuli genus:quod Ca to ocynum uocat:quo sistebant aluum bubus.Id erat e pabulis segete uiridi desecta anteq̃ gelaret.Sura Manulius id aliter interpretatur:& tradit fabæ modios.x.uitiæ duos tãtundem:& eruilæ in iugero au tumno misceri & seri solitos.Melius & auena græca:cui non caqit semẽ admixta.Hoc uocitatum ocy num:bonumq; causa seri solitum.Varro appellatum a celeritate proueniẽdi a græco:quod ocys oceos dicunt.Medica externa etiam græciæ ut a medis aduecta per bella persarum quæ Darius intulit. Sed uel in primis dicenda tanta dos eius:ut cum uno satu amplius q̃ tricenis annis duret.Similis est trifo lio caule:foliisque geniculata:quicquid in caule assurgit in folio contrahatur.Vnum de ea & cyso uo

lumen Amphilochus fecit confusum.Solam in quo seratur elapidatum purgatumq; Subigitur autumno:mox aratum & occatum integitur crate iterum & tertio:quinis diebus interpositis & limo addito.poscit autem siccum succosum uel riguum.Ita præparatum seritur mẽse maio:alias p̃ uinis obnoxia.Opus est densitate seminis omnia occupari:internascentesq; herbas excludi.Id præstant in iugera modia uicœna:immouendum ne adurat:terraq; protinus integi debet.Si sit humidum solum:haret bosum ue uincitur:& descisit in pratum.Ideo protinus altitudine unciali herbis omnibus liberanda est manu potius q̃ sarculo.Secatur incipiens florere:& quotiens refloruit.Id sexies euenit per ãnos: cũ minimum quater.in semen maturescere prohibendum est:quia pabulum utilius est usq; ad trimatum. Verno seri debet.liberariq; cæteris herbis:ad trimatum matris a solo tadi.Itaq; reliquæ herbæ interunt sine ipsius damno propter altitudinem radicum.Si euicerint herbæ:remedium unicum est aratio sæpius uertendo donec omnes aliæ radices intereant.Dari non ad satietatem debet:ue repellere sanguinem necesse sit:& uiridis utilior est. Arescit sarculose:ac postremo in puluerem inutilem extenuat. De cytiso cui & ipsi principatus datur in pabulis affatim diximus inter fructices.Et nunc frugum omnium natura peragenda est:cuius in parte de uitiis quoq; dicatur.

De uitiis frugũ & remediis:& quid in quoq; terræ genere debeat seri. Cap.xvii.

Rimum oium fruméti uitium auena est:& hordeum in eã degenerat:sicut ipsa fruméti sti-

p stat.Quippe cũ germaniæ populi edant eã:neq; alia pulte uiuant.Soli maxie cæliq; humore hoc euenit uitium.Sequẽtem causam habet imbecillitas semini:cum diutius retentũ est terra:prius q̃ erumpat.Eadem est rõ si cariosum fuit:cum sereret prima autẽ statim eruptiõe agnoscitur:ex quo apparet in radice esse cãm.Est & aliud ex uicino auenæ uitium:cum adpplitudine in cohorta granum:sed nondum matura:priusq; roboretur corpus aflatu noxio cassum & inane aspica enascit quodam arbortiuo.Venti autem tribus temporibus nocent frumento & ordeo.in flore aut protinus cum defloruerit:uel matuescere incipiẽtibus.Tunc enim exinaniunt grana.Prioribus causis nasci prohibẽt.Nocet & sol creber e nube.Nascuntur & uermiculi in radice:cum sementẽ hybernibus seminibus icluserit repentinus calor humorem.Gignunt & in grano:cum spicæ in pluuiis calor infermescit

Tuntum Est & cantharis dictus scarabeus paruus fruméta erodens.Omnia ea aialia cum cibo deficiunt.Oleum pix:adeps contraria seminibus.Cauendumq; ne contracta eis tunc ferãtur.Himber in herba utiis quarto.Florentibus autem fluméto & hordeo nocet.Leguminibus innocuus:præterq̃ ciceri.Matuescẽtia fruméta hymbre lædunturi:& hordeum magis:Nascitur & herba alba panico similis: occupans arua: pecori quoq; mortifera. Nam loliũ & tribulum & calduum:lappãq; non minus q̃ rubum:inter frugũ morbos potius q̃ inter ipsius terræ pestem numerauerim.Cæleste frugum uinearumq; malũ nullo minus noxium est rubigo.Frequẽtissima hæc in roscido tractu:conuallibusq; ac pflatum non habentib' E diuerso carent ea uentosa & excelsa.Inter uitia segetum & luxuria est:cum onerata fertilitate procũbunt.cõe autem omnium satorum uitium urica:etiam ciceris cum salsilagine eius ablutẽdo hyber dulcius id facit.Est herba quæ cicer enecat & erutum circum ligando se:uocatur orobãche.Triticum simili modo era:Hordeum festuca quæ uocatur ægilops.Lentem herba securidaca:quã græci a similitudine pelecinon uocant.Et hæ quidem cõplexu necant.Circa philippos autem ateram:cum nominant i pingui solo herbam:qua faba necatur.Terrãnum qua in macro:cum udam quidam uentus afflauerit. Eræ granum minimum est in cortice aculeato.Cum est in pane celerrime uertigines facit.Aiuntq; in asia & græcia balneatores cũ uelint turbam pellere:carbonibus id semen iniicere.Nascitur & phalãgius i eruo pestiola aranei generis:si hyems aquosa sit.limaces nascũtur i uitia:aliquãdo e terra colchlea minutæ mirũ imopũ erodẽtes eã.Et morbi quidẽ hi sunt.Remedia eoꝝ quæcũq; ptinent ad herbas in sarculo:& cũ semẽ iactat cinere.Quæ uero in semine & circa radicẽ consistunt præcedente cura cãvent Vino aũt semina pfusa minus ægrotare existimãt.Virgilius nitro & amurca pfundi iubet fabam: sic ẽt grandescere ꝓmittit. Quidã uero si triduo ante satum urina & aqua macerẽt. præcipue adolescere putant.Ter quidem sartam modium fractæ e modio solidæ reddere.Reliqua semina cupressifoliis tusis si miscẽat:non esse uermiculis obnoxia:nec si interlunio serãtur.Multi ad milii remedia:rubetam noctu aruo circũferri iubent priusq; sarriat:defodiq; i medio inclusam uase fictili.ita nec passerem nec uermẽ nocere:sed eruendã priusq̃ metatur.alioquĩ amarã fieri.Qui & armo talpe cõtacta semina uberiora esse.Democritus succo herbæ quæ appellat aizoõ in tegulis nascẽs tabulis sessum latine uero sedum aut Digitellum medicata seri iubet omnia semina.Vulgo uero si dulcedo noceat & uermes radicibus ihæreant:remediũ est amurca pura ac sine sale spargere:deinde sarrire:Si in articulum seges ire cœperit rũcare:ne herbæ uincãt.pestẽ a milio atq; panico sturnorũ pascuæ ue agmina scio abigi herba.cuius nomẽ ẽ ignotũ:in quattuor ãgulis' segetis defossa mirum dictu ut oĩno nulla auis itret. Muies abigũtur cinere mustellæ uel sellis diluto & semine sparso:uel decoctarum aqua.Sed redolet uirus animaliũ eorum etiam in pane. Ob id felle bubulo semina attigi utilius putant.Rubigo quidem maxima segetũ pestis lauri ramis in aruo defixis trãsit in earum folia ex aruis.Luxuria segetum castigatur dente peco-

tabulis ue Tabulis exesis

ris in hærba duntaxat:& depastæ quidem uel sæpius nullâ in spica iniuriâ sentiũt. Retonsæ uero etiã semel omnino certum est granũ longius fieri:sed inane cassumq; ac satum non nasci. Babylone tamen bis secant:tertio depascunt. Alioquin folia tantũ fierent. Sic quoq; cum quintodecimo fœnore messes reddit exilitas soli. Vexæ diligentioribus cum centesimo quinquagesimo. Neq; est cura difficilis. Quã diutissime aquari gaudent:ut præpinguis & densa ubertas diluatur. Limũ autẽ non inuehunt euphrates tigrisq;:sicut in ægypto nilus. Nec terra ipsa hærbas gignit. Vbertatis tamẽ tantæ sunt:ut sequente anno sponte resibilis fiat seges impressis uestigio seminibus. Quæ tanta soli differentia ammonet terræ genera in fruges describere. Igitur Catonis hæc sententia est. In agro crasso & læto frumentũ seri. Si uero nebulosus sit:idẽ raphanũ:miliũ:panicum in frigido & aquoso prius serendũ:postea in calido. in solo autem rubicoso uel pullo:uel harenoso si nõ sit aquosum lupinum. In cretoso & rubicoso & aquoso re agro adoreum. In sicco & non hærboso nec umbroso triticum. In solo ualido fabã. Vitiã uero q̃ minime aquoso hærbidoq;. Siliginẽ & triticũ in aperto loco edito qui sole q̃ diutissime torreatur. Lentem in fruteto & rubicoso:qui non sit hærbidus. Hordeum in nouali & in agro quod restibile possit fieri:trimestre ubi sementem maturã facere non possit:& cuius crassitudo sit restibilis. Subtilis & illa sentẽtia. Serenda esse ea in tenuiora:terra:quæ nõ multo indigent succo:ut cytisus & cicer:exceptis leguminibus quæ uelluntur e terra:nõ subsecantur. Vnde & legumina appellata:quia ita legũtur. In pingui ãt quæ cibi sunt maioris:ut olus:triticum:siligo:linũ. Sic ergo tenue solum hordeo dabitur. Minus.n. alimenti radix poscit. Leuior terra densiorq; tritico. In loco humili far adoreũ potius q̃ triticũ seretur. Tẽperato & triticum & hordeum. Colles robustius:sed minus reddunt triticum. Far & siligo & cretosum & uliginosum solum sortiuntur.

Quinquagesimo cẽtesimo

De prodigiis frugum & arandi disciplina:& uomerum generibus. Cap. xviii.

Est & in frugibus ostentum. Semel quod equidem inuenerim accidit. P. Elio. Cn. Cornelio
e cons. quo anno superatus est Hannibal. In arboribus.n. tunc nata produntur frumenta. Et
qm̃ de frugũ terræq; generibus abunde diximus:nunc de arandi rõne dicemus:ante omnia
ægypti fœlicitate cõmemorata. Nilus ibi coloni uice frugem uagari incipit: ut diximus a
solstitio aut noua luna:ac primo lente:deinde uehementius q̃diu in leone sol est. Mox pigrescit in uirginem transgresso:atq; in libra residet. Si. xii. cubitos nõ excesserit:fames certa est. Nec minus si. xvi. exuperauerit. Tanto enim tardius decedit:quanto abundantius creuit:& sementem arcet. Vulgo credabat abeius decessu ferere solitos:mox suesimpellere uestigiis semina deprimentes:& in madido solo credo antiquitus factitatũ. Nunc quoq; non multo grauiore operra:sed tamen inarari certum est:abiecta prius semina in limo digressi amnis:hoc est nouẽbri mense incipiente. postea pauci runcãt:quod botanismon uocãt. Reliqua pars non nisi cũ falce arua uisit pauloante calen. aprilis. Peragitur autem messis mense maio:stipula nunq̃ cubitali. Quippe fabulũ subest:granũq; limo tantũ continetur. Excellentius in thebaidus regionibus frumentũ q̃ palustribus ægyptiis. Similis rõ sed fœlicitas maior babyloniæ seleuciæ euphrate atq; tigri restagnantibus:quoniã ibi rigandi modus manu temperatur. Syria quoq; tenui sulco arat:cum multifariam in italia octoni boues ad singulos uomeres anhelent. in omni quidẽ parte culture:sed in hac quidem maxime ualet oraculũ illud. Quid quæq; regio Patiatur. Vomeres plura genera. Culter uocatur prædensam prius q̃ præscindatur:terram secans:futurisq; sulcis uestigia præscribens incisuris:quas resupinus in arando mordeat uomer. Alterũ genus est uulgare rostratum uti uetus. Tertium in solo facili nec toto porrectũ dentali:sed exigua cuspide:in rostro latior. Hæc quarto genere:sed exactior in mucronẽ fastigata:eodemq; gladio scindẽs solum:& acie latere radices hærbarũ secans non pridem inuentum in rhetia. Galliæ uero duas addiderunt rotulas:quod genus uocant plãmorati. Cuspis effigiem palæ habet. Serunt ita non nisi culta terra & fere noua. Latitudo uomeris cespites uersat. Semen protinus iniiciunt. Crates q; dentatas supertrahunt. Nec sarrienda sunt hoc modo sata:sed procellis binis temisq; sic arant. Vno iugo boum censeri anno facilis soli quadragena iugera:difficilis tricena iustum est.

De temporibus arandi:& iunctione boum. Cap. xix.

In arãdo magnope seruandũ est catonis oraculũ. Quid est primũ? Agrũ bene colere. Quid
i secundũ? Bene arare. Quid tertiũ? stercorare. Sulco uario ne ares. Tẽpestiue ares. Tepidioribus locis a bruma pscindi arua oportet:at frigidioribus ab æquinoctio uerno. Et maturius sicca regione q̃ humida. Maturius densa terra q̃ soluta:pingui q̃ macra. Vbi siccæ & graues æstates terra cretosa aut gracilis. Vtilius iter solstitiũ & autũni æquinoctiũ arat. Vbi leues æstus frequẽtes hymbres pingue hærbosumq; solũ:ibi melius caloribus. altũ & graue solũ ẽt hyeme moueri placet Tenue ualde & aridum pauloante sationis tempus. Sunt & hic suæ leges. Lutosam terram ne tangito. Vi oi arato. Prius q̃ ares, pscindito. Hoc utilitatem habet:q; in uerso cespite hærbarũ races necãtur. Quidam utiq; ab æquinoctio uerno pscindi uolũt:quodq; uere semel aratũ est a tẽporis argumento ueruactum uocat. Hoc in nouali atq; requieto necessariũ est. Nouale est quod altemis ãnis seritur. Araturos

boues q̄ arctiſſime iungi oportet:ut capitibus ſublatis arent.Sic miníme colla cõtundũt.Si inter arbo
res uiteſq; aretur fiſcellis capiſtrari:ne germinũ tenera præceperant.Securiculã inſitiuã pẽdere:qua iter
eldant radices.Hoc melius q̄ cõuelli aratro:boueſq; luctari. In arãdo uerſum pagi:nec ſtrigare in actu
Striare Sæpius ſpiritus.Iuſtũ eſt proſcindi ſulco dodrãtali iuges uno die:iterari ſeſquiiuges:ſi ſit facilitas ſoli. Si mi
nus proſcindi ſemiſſem:iterari aſſem.Quãdo & aialium labori natura leges ſtatuit.Omne aruuũ rectus
ſulcis:mox & obliquis ſubigi debet.In collibus tranſuerſo tantũ mõte aratur:ſed mõ in ſuperiora mo
do in inferiora toſtrãte uomere.Tantúq; eſt laboris hoi:ut etiã boum uice fungat. Certe ſine hoc aiali
montanæ gentes ſarculis arant.Arator niſi incuruus præuaricat.Inde tranſlatũ hoc crimen in forũ.Ibi
itaq; caneatur:ubi inuentũ eſt.Purget uomerẽ ſubinde ſtimulus cuſpidatus rulla.Scãna inter duos ſul
cos cruda ne relinquant:glebæ ne exultẽt.Male aratur aruũ:quod ſatis frugibus occandũ eſt.Id demũ
recte ſubactũ erit:ubi nõ intelliget utro uomer ierit.In uſu eſt:& collicias iterponere:ſi ita locus poſcat:
ampliore ſulco:quæ in foſſes aquam deducant.

De occando:& quodam arationis genera:& iteratione:& refectione. Cap.xx.

Ratiõe p trãſuerſum iterata occatio ſequit:ubi res poſcit:crate uel raſtro:& ſato ſemie itera
a tio.Hoc quoq; cõſuetudo patit crate dẽtata:uel tabula aratro adnexa:qđ uocãt lerare:operi
entes ſemina.Vnde primũ appellata deliratio ẽ.Quarto ſeri ſulco Virgilius exiſtimat uo
luiſſe:cũ dixit optimã eẽ ſegetẽ:q̄ bis ſolẽ bis frigora ſenſiſſet.Spiſſius ſolũ ſicut plerunq; i
Italia quito ſulco ſeri melius eſt:in thuſis uero nono.At fabã & uiciã nõ ꝓſciſſo ſerere ſine dãno:cõpen
dium operæ eſt.Non omittemus unã etiamnũ arandi rationẽ in trã ſpadana italia bellog; iniuria exco
gitatã.Salaſſi cũ ſubiectos alpibus depopularent agros pannicũ miliũq; iã excreſcens tentauere.Poſtq̄
reſpuebat natura inatarũt. At illæ meſſes duplicatæ docuere quod nunc uocãt artrare ideſt aratrare:ut
credo:nunc dictũ.Hoc fit uel incipiente culmo:uel tũ ſi aut bina ternaue emiſerit folia.Nec recens ſub
trahemus exemplũ.In treuerito agro tertio ante hunc annũ compertũ.Nam cũ hyeme prægelida cap
tæ ſegetes eſſent:reſeuerunt:reſarrientes campos menſe martio:uberrimaſq; meſſes habuerunt. Nunc
reliqua cultura tradetur per genera frugum.

De cultura terræ. Cap.xxi.

Iliginem:far:triticũ:ſemen:hordeum occato:ſarrito:runcato quibus dictũ erit diebus.Sin
f gulæ operæ cuiuſq; generi in iugero ſufficient.Sarculatio induratã hyberno rigore ſoli tri
ſtitiã laxat temporibus uernis nouoſq; ſoles admittit.Qui ſarriret:caueat ne frumenti radi
ces ſuffodat.Triticũ:hordeũ:ſemẽ:fabã:bis ſarrire melius.Runcatio cũ leges in articulo eſt
eunlſis inutilibus hærbis frugũ radicẽ uindicat:ſegetẽq; diſcernit a ceſpite.Legumĩnũ cicer eadẽ quæ
far deſiderat.Faba runcari nõ geſtit:qm̃ euincit hærbas.Lupinũ runcat tantũ.Miliũ panicũ occat:& ſe
rit:nõ iterat:nõ runcat:ſilicia:& faſioli occãtur tantũ.Snnt genera terræ quæ ubertas pectinari ſege
Silicula tẽ in hærba cogat.Cratis & hoc genus dẽtatis ſtilis ferreis.Eadẽq; nihilominus & depaſcunt.Quæ de
paſta ſunt ſarculo itez excitari neceſſariũ. At in baſtris africa cyrene oia hæc ſupflua.Quæ fecit idulgẽ
tia cæli:& a ſemẽte nõ niſi nonis mẽſibus i areã redeũt:quia ſiccitas coercet herbas:fruges nocturno ta
ctas rore nutriẽs.Virgilius alternis ceſſare arua ſuadet & hoc:ſi patiat ruris ſpatia:utiliſſimũ ꝓculdubio
eſt.Quod ſi neget cõditio:far ſerendũ:unde lupinũ aut uitia aut faba ſublata ſint:& quæ terram faciãt
lætioré.In primiſq; & hoc notandũ quædã propter alia ſeri obiter:ſed paz prouenire priori diximus
uolumine:ne eadem ſepius dicantur.Plurimum enim refert ſoli cuiuſq; ratio.

Exempla diuerſaz & de ſumma fertilitate:& bifera uite:& aquaz differentia. Cap.xxii.

Iuitas africæ i mediis ſita harenis ſyrtis petentibus leptin:quæ magna uocatur.Tacape ſce
c lici ſuper omne miraculum riguo ſolo:ternis fere milibus paſſ.in oẽm partem.Fons abun
dat largus quidem:ſed certis horaz ſpatiis diſpenſatus inter incolas. Palmæ ibi prægrãdi
ſubditur olea.huic ficus:fico punica:illi uitis:ſub uite ſeritur frumentum:mox legumen:de
mum olus:omnia eodem anno:omniaq; aliena umbra aluntur. Quaterna cubita eius ſoli in quadra
tum:nec ut a porrectis metiantur digitis:ſed in pugnum contractis quaternis denariis uenundantur.
Super omnia eſt biferam uitem bis anno uindemiare.Et niſi multiplici partu exinaniatur ubertas: pa
reant luxuria ſinguli fructus.Nunc uero toto anno metitur aliquid.Conſtatque ſertilitati non occur
rere homines.Aquarum quoq; differentia magna riguis eſt.In narbonenſi ꝓuintia nobilis fons orge
noie eſt.In eo hærbæ naſcunt in tm̃ expetitæ bubus:ut merſis capitibus totis eas quærant uiribus.Sed
Illas in aqua naſcentes certum eſt non niſi hymbribus ali.Ergo quiſq; ſuam terram aquaq; nouerit.

De qualitate terræ:& ſtercoratione. Cap.xxiii.

I fuerit illa terra q̄ appellamus tenerã:poterit ſublato hordeo miliũ ſeri:eo condito rapha
f nus:iis ſublatis hordeũ uel triticũ:ſicut in cãpania.Satiſq; talis terra arat cũ ſeritur. alius or
do:ut ubi adoreũ fuerit ceſſet q̄ttuor menſibus hybernis:& uernã fabã recipiat aut ante hye
malẽ:ne ceſſet.Necnon minus pinguis alternari põt ita:ſi frumẽto ſublato legumen tertio

ſerat. Gracilior & in annũ tertiũ ceſſet. Frumentũ quidã ſeri uetant: niſi in ea quæ ꝓxĩmo anno quieue rit. Maximã huius loci partẽ ſtercorationis obtinet rõ de qua & priore diximus uolumine. Hoc tantũ unũ in confeſſo eſt: niſi ſtercorato ſeri nõ oportere: quãꝙ & hic leges ſint ꝓprie. Miliũ: panicũ: tapa: napus niſi in ſtercoratione nõ ſerat. Nõ ſtercorato frumentũ potius ꝙ hordeũ ſerito. item in noualibus tametſi in illis fabã ſeri uolunt: eadem ubicunꝙ ꝙ recentiſſime ſtercorato ſolo. Autũno aliquid ſaturus ſeptembri menſe fimũ inharet poſt hymbrem. Vtiꝙ ſi uerno erit ſaturus: per hyemẽ fimum diſponat. Iuſtum eſt ueh̃es. xviii. iugero tribui. Diſpergere ãt prius ꝙ areſcat: aut iactato ſemine. Si hæc omiſſa ſit ſtercoratio: ſequens eſt prius ꝙ ſerat: ante puluerem. Quod ut hanc quoꝙ cura determinemus iuſtum eſt ſingulas uehes fimi denario ire in ſingulas pecudes minores: in maiores denas: niſi hic male ſubſtra niſſe pecori colonũ appareat. Sunt qui optime ſtercorari putent ſub diuo retibus incluſa pecoꝝ man ſione. Ager ſi non ſtercoraretur: alget. Si nimiũ ſtercoratus eſt: aduritur. Satiuſꝙ eſt id ſæpe: ꝙ ſupramo dum facere. Quo calidius ſolum eſt eo minus addi ſtercoris ratio eſt.

De bonitate ſeminum: & diſciplina ſeminandi: & quantum ex quoꝙ genere frumenti in iugero ſerendum: & temporibus ſerendi. Cap. xxiiii.

Emen optimũ anniculũ: bimũ deterius: trimũ peſſimũ: ultra ſterile. Et ĩ imo oium definita genere ratio eſt: Quod in ima areæ ſubſedit ad ſemẽ reſeruandũ eſt: id. n. optimũ quoniã grauiſſimũ. Neꝙ alio modo utilius diſpergitur. Quæ ſpica per interualla ſemina habebit: abiicietur. Optimũ eſt granũ quod rubet: & dentibus fractũ enndẽ habet colorẽ. Deterius cui plus intus albi eſt. Certũ terras alias plus ſeminis recipere: alias minus. Religioſumꝙ inde primum colonis augurium: cum auidius accipiat eſurire creditur: & comeſſe ſemen. Satõnẽ locis humidis cele rius fieri ratio eſt: ne ſemen hymbre putreſcat. Siccis ſerius: ut pluuiæ ſequantur: ne diu iacens atꝙ non concipiens uaneſcat. Itemꝙ feſtinata ſatione denſum ſpargi ſemen: quia tarde concipiat: ſerotina rarꝝ: quia denſitate nimia necetur. Artis quoꝙ cuiuſdam eſt æqualiter ſpargere. Manus utiꝙ congruere debet cũ gradu: ſemperꝙ cũ dextro pede. Fit quoꝙ quorundã occulta rõne: ꝙ ſors genialis atꝙ fœcũda eſt. Non tranſferendum eſt ex frigidis locis ſemen in calida: neꝙ ex præcibus in ſerotina: nihilꝙ in cõtrarium præripere quadã falſa diligentia. Serere in iugero temperati ſoli: iuſtum eſt tritici aut ſiliginis modios. v. farris aut ſeminis: quod fruměti genus ita appellamus. x. hordei. vi. fabæ quintam partem amplius ꝙ tritici. Viciæ. xii. Ciceris & cicerculæ & piſi. iii. Lupini. x. Lentis. iii. Sed hanc cũ ſimo arido ſeri uolunt. Erui. vi. Siliciæ. vi. Faſiolorꝝ. iiii. pabuli. xx. Milii panici ſextarios quattuor. Pingui ſolo plus gracili minus. Eſt & alia diſtinctio. In denſo aut cretoſo aut uliginoſo ſolo tritici aut ſiliginis modios. vi. In ſoluta terra & nuda & ſicca & læta quattuor. Macies. n. ſoli maior: niſi rarũ culmũ habeat: ſpicam minutam facit & inanem. Pinguia arua ex una ſeminis radice fruticẽ numeroſum fundunt: denſamꝙ ſegetem e taro ſemine emittunt. Ergo inter quattuor & ſex modios: pro natura ſoli: alii quinꝙ nõ minus ſeri: pluresue præcipiũt. Itẽ in cõſito aut cliuoſo aut macro. Huc pertinet oraculũ illud magnope cuſtodiendũ ſegetem ne defruges. Adiecit his accius in praxidico: ut ſereretur cum luna eſſet in ariete: geminis: leone: libra: aquario. Zoroaſtres ſole. xii. partes ſcorpionis tranſgreſſo cũ luna eſſet in tauro. Sequitur huc dilata & maxima indigens cura de tempore fruges ſerendi quæſtio magnaꝙ ex parte ratione ſyderum connexa. Quamobrem ſententias omnium in primis ad id pertinentes exponemus. Hæſiodus qui princeps omniũ de agricultura præcepit: unum tẽpus ſerendi tradidit ad uergiliarũ occaſum. Scribebat. n. in boetia helladis: ubi ita ſeri diximus. Ita diligentiſſimos conuenit: ut in alitũ qua drupedumꝙ genitura: eſſe quoſdã ad conceptũ impetus terræ. Hos græci ita definiunt: cũ ſit calida & humida. Virgilius triticũ & far ad uergiliarũ occaſum ſeri iubet: hordeum inter æquinoctiũ autumni & brumã. Vitiam uero faſiolos & lentem boote occidente. Quo fit: ut horũ ſyderũ aliorumꝙ exortus & occaſus digerẽdi ſint in ſuos dies. Sunt qui & ante uergiliarũ occaſum ſeri iubeãt: duntaxat in arida terra calidiſꝙ puintiis. Cuſtoditi. n. ſemen corrũpente humore: & a proximo hymbre uno die erumpere. Alii ſtatim ab occaſu uergiliarũ ſequi hymbres a ſeptimo fere die. aliqui i frigidis ab æquinoctio autumni: in calidis ſerius: ne ante hyemẽ luxurient. inter oẽs ãt cõuenit circa brumã ſerendum nõ eſſe magno argumẽto: quoniã hyberna ſemina cũ ante brumã ſata ſint ſeptimo die erũpant: ſi poſt brumã uix. xl. Sunt qui properent: atꝙ ita ꝓnuncient feſtinatã ſementẽ ſæpe decipere: ſerotinam ſemp. E contrario alii uel uere potius ſerendũ ꝙ male i autũno. atꝙ ubi fuerit neceſſe inter fauoniũ & uernũ æquinoctium. Quidam omiſſa cæleſti cura ut inutili temporibus definiunt. Vere linum & auena: & papauer atꝙ uti nũc etiã tranſpadani ſeruant uſꝙ in quinquatribus fabã. Siliginẽ nouẽbri menſe. Far ſeptẽbri extremo uſꝙ in idus octobris. alii poſt hunc diẽ in calen. nouẽbris. ita his nulla naturæ cura eſt: illis nimia. Et ideo cæca ſubtilitas: cũ res iter ruſticos geratur litteratorũꝙ expertes non mõ ſyderũ. Et confitẽdum eſt cælo maxime conſtare ea. Quippe Virgilio iubẽte prediſci uentos ante oĩa ac ſyderũ mores. Neꝙ aliter ꝙ nauigantibus ſeruari. Spes ardua & imenſa: miſceri poſſe cæleſtẽ diuinitatem imperitiæ. Sed contẽplãda tamẽ grãdi uitæ emoluměto. Prius tamẽ ſyderalis difficultas: ꝙ ſenſere ẽt periti: ſub.

cienda contẽplationi eſt. Quo deinde lætior mẽs diſcedat a cælo: & facta ſentiat: quæ futura prænoſci non poſſunt. Digeſtio ſydęr in noctes & dies. Cap. xxv.

RImũ omnium dięr ipſoꝝ anni ſoliſq; motus prope inexplicabilis ratio eſt. Ad. ccclxv. adiiciunt etiamnum intercalarios dieꝝ noctiſq; quadrantes. Ita fit ut tradi nõ poſſint certa ſydęr tempora. Accedit confeſſa reꝝ obſcuritas: nunc præcurrente: nec paucis diebus tempeſtatum ſignificatione quod prochemaſin græci uocant: nunc poſtuenięte: quod epichemaſin. Et plerunq; alias citius: alias tardius cæli effectu ad terram deciduo. Vnde uulgo ſerenitate redita confectum ſydus audimus. Præterea cum omnia hæc ſtatis ſyderibus cæloq; affixis conſtent: interueniunt motus ſtellarum grandines: hymbres: & ipſi non leui effectu ut docuimus: turbantq; cõceptæ ſpei ordinem. Idq; ne nobis tantum putemus accidere: & reliqua fallit animalia: ſagaciora circa hoc: ut uita eoꝝ conſtet æſtimaſq; alites præpoſtere aut præpropere rigore: nec ante hybernos æſtus. Ideo Vitgilius errantium quoq; ſydęr rationem ediſcẽdam præcepit ammonens obſeruandum frigidæ Saturni ſtellæ tranſitum. Sunt qui certiſſimum ueris indicium arbitrentur ob infirmitatem animalis papilionis prouentum. Ideo ipſo anno cum commentaremur hæc. notatum eſt prouentum eorum ter repetito frigore extinctum: aduenaſq; uolucres ad. vi. calen. februarii ſpem ueris attuliſſe: mox ſæuiſſima hyeme conflictatas. Res anceps primum omnium a cælo peti legem Deinde eam argumentis eſſe quærendam Super omnia eſt mundi conuexitas: terrarumq; globi differẽtia: eodem ſydere alio tempore aliis aperiente ſe gentibus. Quo fit ut cauſa eius non iiſdem diebus ubiq; ualeat. Addidere difficultatem & auctores diuerſis in locis obſeruando: mox etiã in iiſdem diuerſa pdendo. Tres autem fuere ſectæ: chaldæa: ægyptia: græca. His addit apud nos quartam Cæſar dictator annos ad ſolis curſum redigens ſingulos. Soſigene perito ſcientiæ eius adhibito. Et ea ipſa rõ poſtea cõperto errore correcta eſt. Ita ut. xii. annis continuis non intercalaretur: quia cœperat ſydera annus morari qui prius antecedebat. Et Soſigenes ipſe tribus cõmentationibus: quãq; diligentior eſſet cæteris: non ceſſauit tamen addubitare ipſe ſemet corrigendo. auctores prodidere ea: quæ protexuimus uolumini huic: raro illius ſentẽtia cum alio congruente. Minus hoc in reliquis mirum quos diuerſi excuſauere tractus. Eoꝝ qui in eadem regione diſſidere unam diſcordiam ponemus: exempli gratia. Occaſum uergiliaꝝ matutinum Heſiodus: nam huius quoq; nomine extat aſtrologia tradit fieri: cũ æquinoctium autũni conficeretur. Thales. xxv. die ab æquinoctio. Anaximander. xxix. Eudemon. xlviii. Nos ſequemur obſeruationẽ Cæſaris: maximeq; hæc erit italiæ ratio. Dicemus tamen & alioꝝ placita. Id quoniã non unius terræ ſed totius naturæ interpretes ſumus: non auctoribus poſitis: id enim uerboſum eſt: ſed regionibus: ut legentes tantum meminerint breuitatis gratia. Cum attica nominata fuerit ſimul intelligere cycladas inſulas. Cum macedonia magneſiam: thraciã. Cum ægyptus phœnice: cyprũ: ciliciã. Cum boeotia locridem: phocidem: & finitimos ſemper tractus. Cũ helleſpontus cherſoneſum: & continentia uſq; athomontẽ. Cũ ionia aſiã & inſulas aſiæ. Cũ peloponneſus achaiam: & ad heſperiaꝝ iacentes terras. Chaldæi aſſyriam & babyloniã demonſtrabunt. Africã: hiſpaniã: gallias ſileri non erit miꝝ. Nemo. n. obſeruauit in iis: qui ſydęr proderet exortus nõ tamen difficili rõne dinoſcẽtur in illis quoq; terris digeſtione circuloꝝ: q̃ in ſexto uolumine fecimus: qua cognitio cæli non gentiũ modo uerum urbium quoq; ſingulaꝝ intelligitur nata ex iis terris quas noſauimus ſumpta cõuexitate circuli ptinentis ad quas quiſq; quæret: & terras ad eaꝝ ſydęr exortus p oĩum circuloꝝ pares umbras. Indicandũ & illud tempeſtates ipſas ardores ſuos habere quadriuis annis. Et eaſdem nõ magna differẽtia reuerti rõne ſolis: octonis uero augeri eaſdem. centeſima reuoluente ſe luna. Omnis ãt ratio obſeruata eſt tribus modis: exortu ſydęr: occaſuq; & ipſoꝝ tempoꝝ cardinibus: exortus occaſuſq; binis modis intelligunt. aut enim aduentu ſolis occultant ſtellæ: & conſpici deſinunt: aut eiuſdem abſceſſu proferunt ſe in emerſum. Hoc melius q̃ exortũ conſuetudo dixiſſet: & illud occultationẽ potius q̃ occaſum. alio mõ quo die incipiũt apparere: uel deſinũt oriẽte ſole uel occidẽte: matutini ueſpertiniue cognominati: put alterutris eoꝝ mane uel crepuſculo cõtingit. Dodrantes horaꝝ cum minimum interualla ea deſiderant ante ſolis ortũ uel poſt occaſum: ut aſpici poſſint. Præterea bis quædã exoriuntur & occidunt. Omniſq; ſermo de his eſt ſtellis: quas adhærere cælo diximus. Cardo tempoꝝ quadripartita ãni diſtinctione cõſtat. Per incrementa lucis augef hoc a bruma: & æquatur noctibus: uerno æquinoctio in diebus. xc. tribus horis. Deide ſuperat noctes ad ſolſtitiũ diebus. xciiii. horis. xii. uſq; ad æquinoctiũ autumni. Et cũ æquata die ꝓcedit ex eo ad brumã diebus. lxxxix. horis tribus. Horæ nunc in oĩ acceſſione æquinoctiales nõ cuiuſcũq; diei ſignificant: oeſq; eæ differentiæ fiubt in octauis partibus ſinguloꝝ. Bruma capricorni ad octauo. calen. ianuarii fere. aeq noctiũ uernũ arietis. Solſtitiũ cancri. alterũq; æquinoctiũ libræ. Qui & ipſi dies raros nõ aliquos tẽpeſtatum ſignificatus habent. Rurſus hi cardines ſingulis etiamnũ articulis tempoꝝ diuidunt ꝑ media oẽs dieꝝ ſpatia. Quoniã inter ſolſtitiũ & æquinoctiũ autumni: fidiculæ occaſus qui autumnũ inchoat dies. xlv. at ab æquinoctio eo ad brumã uergiliaꝝ matutinus occaſus hyemẽ dies. xliii. inter brumam & æquinoctiũ dies. xlv. Flatus ſauonii uernũ tempus. ab æquinoctio uerno initium æſtatis dies. xlviii.

uergiliaꝝ exortus matutinus. Nos incipiemus a semẽtibus frumenti: hoc est uergiliaꝝ occasu matutino. Nec deinde paruoꝝ sydeꝝ mẽtione concidẽda rõ est: & difficultas reꝝ augẽda. cũ sydus uehemẽs orionis iisdẽ diebus lõgo decedat spatio. Semẽtibus tpa pleriq; præsumũt: & ab. xi. die autũnalis æqui noctii fruges ferũt: aduenierẽ coronæ exortu cõtinuis diebus certo ppe hymbriũ ꝓmissu. Xonophon non ante q̃ deus signũ dederit. Hoc Cicero nouẽbris hymbre fieri interpretatus est: cũ sit uera ratio nõ prius serendi: q̃ folia cœperint decidere. hoc ipso uergiliaꝝ occasu fieri putant. Aliqui ad. iii. idus nouẽbris ut diximus seruant: qm̃ id sydus uestis institoris est: & est in cælo notatu facillimũ. Ergo ex occasu eius de hyeme augurãtur quibus est cura negociatoris insidiãdi auaritiæ. Nubilo occasu pluuiosam hyemẽ denunciat: statim q; augent lacernaꝝ precia. Cereno aspera & reliquaꝝ uestiũ accendunt. Sed il le indocilis cæli agricola hoc signũ habet inter suos uepres: humũq; suam aspiciens: cũ folia uiderit de cidua. Sic indicatur anni temperies: alibi tardius: alibi maturius. Ita. n. sentitur: ut cæli lociq; efficit natu ra idq; in hac rõne præcellit quod eadẽ & in mũdo publica est: & unicuiq; loco peculiaris. Miretur hoc qui non meminerit ipso brumali die pulegiũ in carnariis florere: adeo nihil esse occultũ natura uoluit. Et serendi igitur hoc signũ dedit. Hæc est uera interpretatio argumentũ nature secũ afferens. Q uippe se & terra peti suadet: promittitq; quandã stercoris uicẽ: & contra rigoras terrã: satusq; operiri a se nun ciat: & moner festinari. Varro in fabæ utiq; satu hanc obseruationẽ custodiri præcipit. Alii plena luna serendã. Lentẽ uero a. xxv. ad. xxx. Vitiã quoq; eiisdem lunæ diebus. Ita demũ sine limacibus fore. Quidam pabuli causa sic seri iubent: seminis autẽ uere. Est & alia manifestior ratio mirabiliore naturæ prouidentia. In qua Ciceronis sententiam ipsius uerbis subsignabimus. corõariis

Iam uero semper uiridis: semperq; grauata.
Lentiscus triplici solita est grandescere fœtu.
Ter frugens frondens: tria tempora monstrat arandi.

Ex his unum hoc erit idem & lino & papaueri serendo. Cato de papauere ita tradit. Virgas & sarmẽta quæ tibi in satione superant: in segete comburito. Vbi eas cumbusseris: ibi papauer serito siluestre: quod in miro usu est melle decoctum ad faucium remedia. Visque somnifera etiam satiuo. Et hactenus de hyberna semente.

Replicatio totius culturæ: & qũid quoq; mense in agro fieri oporteat. Cap. xxvi.

Erum ut pariter omnis culturæ quoddã breuiariũ peragaꝫ: eodẽ tempore cõuenit & arbo-
u res stercorare: accumulare item uineas. Sufficit in iugeꝝ opera: & ubi patietur loci ratio arbusta ac uineas putare: seminariis solũ bipalio præparare: foueas aperire: aquã de agro pellere: torculat lauare & recõdere. A calen. nouembris gallinis oua supponere nolito: donec bruma conficiatur. In eum diem terna dena subiicito æstate tota: hyeme pauciora: non tamẽ infra nouena. Democritus talem futuram hyemẽ arbitratur: qualis fuerit brumæ dies: & circa eũ terni: item solstitio æstatem. Circa brumã pleriq; bisseptem halcyonũ fœtura uentoꝝ quietẽ mollius cælum: sed & in his & in aliis omnibus ex euẽtu significationũ intelligi sydera debebunt: non ad dies utiq; præfinitos spectari tempestatum uadimonia. Per brumam uitem ne colito. Vina tum defæcari: etiã diffundi. Higinus suadet a confecta ea septimo die: utiq; si septima luna competat. Cerasa circa brumam seri. Bubus glandem tunc aspergi conuenit in iuga singula modios. Largior ualitudinem infestat: & quocũq; tempore detur si minus. xxx. diebus continuis data sit: narrant uerna scabie penitere. Materiei cædendæ tempus hoc dedimus. Reliqua opera nocturna maxime uigilia constant cum sint noctes tanto ampliores. Qualos: crates: fiscinas texere. Faces incidere. Ridicas præparare interdiu. xxx. palos. xl. In lucubratione uespertina ridicas. v. palos. x. Totidem antelucano. A bruma in fauoniũ Cæsari nobilia sydera significant. iii. calen. ianuarii matutino: canis occidens. Quo die atticæ finitimis regionibus aquila uesperi occidere traditur. Pridie nonas ianuarii Cæsari delphinus matutino exoritur: & postero die fidicula. Quo ægypto sagitta uesperi occidit. item ad. vi. idus ianuarii eiusdem delphini uespertino occasu continui dies hyemant italiæ: & cum sol in aquariũ sentiatur transire: quod fere. xvi. calen. februarii euenit. viii. calen. stella regia Venus appellata Teuberoni in pectore leonis occidit matutino. Et pridie nonas februarii fidicula uesperi. Huius tpis nouissimis diebus ubicunq; patietur cæli rõ: terram ad rosaꝝ & uineæ satum uertere bipalio oportet. Iugero operæ. lx. sufficiunt. fossas purgare aut nouas facere. antelucanis ferramẽta acuere: manubria aptare. Dolia quassa sarcire: ipsorũq; planas scabendo purgare: aut nouas facere Antelucanis a fauonio in æquinoctiũ uernum Cæsari significat. xvii. calen. Martii triduũ uarie. Et. viii. calen. hirundinis uisu: & postero die arcturi exortu uespertino. Item. iii. nonas Martii cæsar cancri exortu id fieri obseruabit. Maior pars auctoꝝ uindemitoris emersu. viii. idus aquilonii piscis exortu: & postero die orionis. I attica miluum apparere obseruatur. Cæsar & idus martias ferales sibi annotauit scorpionis occasu. xv. uero calen. aprilis italiæ miluum ostendit. xii. calend. equum occidere matutino. Hoc interuallũ temporis uegetissimum agricolis: maximeq; operosum est. In quo præcipue falluntur. Neq; enim illo die uocantur ad munia: quo fauonus flare debeat: sed quo cœ Venus superfluit Laminas

pit.Hoc acti intentione ſeruandum eſt. Hoc illo menſe ſignũ dens habet obſeruatiõe minime fallaci aut dubia.Si quis attendat unde ſpiret is uentus:quaq; parte ueniat diximus ſecũdo uolumine:& dicemus mox paulo operioſius.Interim eo die quiſquis ille fuerit quo flare cœperit:nõ utiq;.vi.idus februarii:ſed ſiue ante q̃ uer præuenerit:ſiue poſtq̃ hyemarit:poſt eam diẽ inquã innumera ruſticos cura diſtringat:& prima quæq;peraganť:quæ differri nequeunt.Trimeſtria ſeranť.Vites putenť qua diximus rationem.Oleæ curentur. Poma ſeranť:inſeranturq;. Vineæ paſtinentur.Semina digerantur.Inſtaurentur alia.Harundines:ſalices:geniſtæ ſerantur cædanturq; Serantur uero ulmi:populi platani:uti dictum eſt.Tum & ſegetes conuenit purgare. Satire hybernas fruges:maximeq; far:Lex certa in eo cum quattuor fibrarũ eſſe cœperit.Faba uero nõ anteq̃ triũ foliorũ. Tunc quoq; leui ſarculo purgare ueritus q̃ fodere.Florenté utiq;.xv.primis diebus non attingere.Hordeũ niſi ſit ſiccum ne ſerito. Putationem æquinoctio peractã habeto.Vineæ iugerũ quaternæ operæ putãt:alligãtq;.In arbuſto ſingulæ operæ. xv.arbores.Eodem hoc tempore hortorũ raſariorumq; cura eſt:quæ ſeparatim proximis uoluminibus dicentur.eodem & topiariorũ.Tunc optime ſcrobes fiunt.Terra in futurũ proſcinditur.Virgilio maxime auctore:ut glebas ſol coquat.Vtilior ſententia quæ nõ niſi tẽperatũ ſolũ in medio uere arari iubet: quoniam in pingui ſtatim ſulcos occupãt hærbæ.In gracili inſecuti æſtus exſiccant:certũq; ſuccum futuris ſeminibus auferũt.Talia autumno melius arari certum eſt.Cato uerna opera ſic diffinit: ſcrobes fieri ſeminaria ꝓpagari in locis craſſis & humidis:ulmos:ficos:poma:oleas:prata ſtercorari luna ſitiente. Quæ rigua nõ erũt ab afflatu fauonii defendit:purgari hærbas:malas radicitus erui:ficus iterpurgari: ſeminaria fieri:& uetera ſarciri.Hæc anteq̃ uinea florere icipiat.Itẽq; pyro florẽte arare incipiat macta hareno ſaq;.Poſtea utiq; grauiſſima & aquoſiſſima.Ita poſtrẽo arato.Ergo hæc aratio has habebit notas lentiſci primũ fructum oſtendentis ac pyri florentis.Erit & tertio in bulborum ſatu ſcyllæ.Item in coronamentorũ narciſſi.Namq; & hæc ter florẽt.Primoq; flore primã atationem oſtendunt:medio ſecundam:tertio nouiſſimã:quando inter ſeſe alias notas præbent.ac non in nouiſſimis cauetur:ne ſabis florentibus attingatur hedera.Id enim noxiũ & exitiale eſt ei tempus.Quædã uero & ſuas habent notas ſicuti ficus.Cũ folia pauca in cacumine acerabuli mõ germinent:tunc maxime ſerendas ficus.aequinoctium uernũ ad.viii.calen.aprilis peragi uidetur.Ab eo ad uergiliarũ exortũ matutinũ:Cæſari ſignificant calen.aprilis.iii.nonas aprilis.In attica uergiliæ ueſperi occultãtur. Eædem poſtridie in boetia. Cæſari autẽ & chaldæis nonis ægypto orion & gladius eius incipiunt abſcondi.Ceſari.vi.idus ſignificatur hymber libræ occaſu.xiiii.calen.maii Aegypto ſucculæ.occidunt ueſperi:ſydus uehemens & terra mariq; turbidum.xvi.atticæ.xv.Continuoq; triduo ſignificant. Aſſyriæ aũt.xii.calen.hoc eſt uulgo appellatũ ſydus paliliciũ.quoniã.xi.calen.maii urbis Romæ natalis:quo fere ſerenitas redditur.Claritatem obſeruationi dedit nimborũ argumento:hyadas appellantibus græcis has ſtellas.Quod noſtri a ſimilitudine cognominis:græci ꝓpter ſues impoſitũ arbitrãtes imperitia appellauere ſuculas.Cæſari ad.viii.calen.notatur dies.vii.calen.aegypto hedi exoriunť.vi.calen.Boœtiæ & atticæ canis ueſperi occultať.Fidicula mane oritur.v.calen.aſſyriæ orion totus abſcõditur. Tertio ãt canis.vi.nonas maſi Cæſari ſuculæ matutino exoriuntur.Et.viii.idus capella pluuialis.Aegypto ãt eodem die canis ueſperi occultatur.Sic fere in.v.idus maii:qui eſt uergiliarũ exortus decurrũt ſydera.In hoc temporis iterual lo.xv diebus prius agricolæ rapienda ſunt ea:quibus peragendis ante æquinoctiũ non ſuffecerit.Dum ſciat inde natã exprobationem fœdã putantiũ uites per imitationẽ cantus alitis temporarii:quem cuculum uocant.Dedecus enim habetur:obprobriumq; meritum:falcem ab illa uolucre in uite deprehẽdi:ut ob id petulantiæ ſales etiam cũ primo uere ſudantur. Auſpicio tñ deteſtabiles uidentur.Adeo minima quoq; in agro naturalibus trahuntur argumentis.Extremo autem panici miliiq; ſatio eſt.Juſtum eſt hoc ſeri maturato hordeo:atq; etiã in eodem anuo. Eſtq; ſignum illius maturitatis:& horũ ſationis commune.Lucentes ueſpere per arua cicidelæ.Ita appellant ruſtici ſtellantes uolatus Græci uero lampyridas incredibili benignitate naturæ.

Ne agricolæ aſpiciant ſtellás:ſed magis tempora ſerendæ frugis:& ortus occaſuſq; ſyderis in quibuſdam hærbis:& de ſtellarum ortu & occaſu. Cap.xxvii.

Am uergilias in cælo notabiles natura fecerat:nõ tamẽ iis cõtenta terreſtres fecit alias uelu
i ti uociferãs.Cur cœlũ ſtueris agricola? Cur ſydera quæris ruſtice? iã te breuiore ſomno ſeſſum premũt noctes.Ecce tibi inter hærbas tuas ſpargo peculiares ſtellas eaſq; ueſpere & ab
ope diſurgẽti oſtẽdo.ac ne poſſis ꝓterire miraculo ſollicito.Vides ne ut fulgor igni ſimilis alarũ cõpreſſu tegatur ſecũ lucẽ habeat & noctẽ.Dedi ecce tibi hærbas horarũ indices:& ut ne ſic quidẽ oculos tuos a terra reuoces.Heliotropiũ ac lupinũ circũagunť cũ ſole.Cur ét nũc altius ſpectas:ipſũq; cælũ ſcrutaris. Habes ante pedes tuos ecce uergilias.In certis eæ diebus proueniunt:durantq; fœdere ſyderis huiuſce.Partũq; eas illius eſſe certum eſt.Proindequiſquis æſtiuos fructus ante illas ſeuerit:ipſe fruſtrabitur ſeſe.Hoc interuallo:& apicula ꝓcedens fabã florere indicat:fabaq; floreſcens eam euocat. Dabitur & aliud finiti frigoris indiciũ.Cum germinare uideris morũ iniuriam poſtea frigoris timere

nolito.Ergo operator.Taleas oliuarum ponere.Ipſaſq; oleas interradere.Rigare prata æquinoctii die
bus primis.Cum hærba creuerit in feſtucam:arcere aquas.Vineas pampinare.Et huic lex ſua cum pam
pini quattuor digytos longitudine expleuerint.Pampinat una opera iugerum. Segetes iterare.Seriſ
uero diebus.xx.ab æquinoctio factuta nocere.& uineæ & ſegeti exiſtimatur.Et oues lauãdi hoc idem
tempus eſt.a uergiliaꝝ exortu ſignificant Cæſari poſtridie arcturi occaſus matutini.iii.idus maii. Fidi
culæ exortus.xii.calen.iunii capella ueſpere occidens.Et in attica canis.xi.calen.Cæſari orionis gladi-
us occidere incipit.ii.nonas iunii. Cæſari & aſſiriæ aquila ueſperi oritur.viii.idus. Arcturus matutino
occidit:italiæ.viii.&.iiii.idus. Delphinus ueſperi exoritur.xvii.calen.iulii gladius orionis exoritur.
Quod in ægypto poſt quatriduũ.xi.calen.eiuſdem orionis gladius Cæſari occidere incipit.viii.calen.
Iulii uero longiſſima dies totius anni & nox breuiſſima ſolſtitiũ conficiunt.In hoc temporis interual-
lo uineæ pampinantur:curaturq; ut uinea uetus ſemel foſſa ſit:bis nouella.Oues tondentur.Lupinum
ſtercorandi cauſa uertitur.Terra proſcinditur.Vitia in pabulũ ſecatur.Faba metitur:deinde cõcutitur.

De pratis & reparatione prati:& cotibus & falcibus & deſcriptio frugũ & ſyderũ. Cap.xxviii.

Rata circa.Calen.iunii cæduntur:quoꝝ facillima agricolis cura:ac minimi impendii:hæc
p de ſe poſtulat dici.Relinqui debent in læto ſolo:uel humido:uel riguo:eaq; aqua pluuia ri-
gari uia publica. Vtiliſſimum ſimul & hærbæ arare:deinde cratire:ſerere florem ex fœnili-
bus:atq; ex præſepibus fœno dilapſum ſpargere:priuſq; cratiantur.Nec primo anno rigari:
nec paſci ante ſecunda fœniſecia:ne hærbæ uelantur:obtritusq; habetentur. Seneſcunt prata reſtituſq;
debent faba in iis fata:uel rapis:uel milio. Mox in ſequente anno frumento:rurſuſq; in prata tertio re-
linqui.Præterea quotiens ſecta ſint ſicilire:hoc eſt quæ fœniſeces prætereunt ſecari.Eſt enim in primis
inutile enaſci hærbas ſementaturas. Hærba optima in prato trifolii:proxima graminis:peſſima mim-
muli.Siliqua etiam dira ferendis:inuiſa & equiſelis eſt a ſimilitudine equinæ ſetæ.Secãdi tempus cum
ſpica defloreſcere cœperit:atq; roborari.ſecandúq; anteq; inareſcat.Cato fœnum inquit non ſeces:pri-
uſquã ſemen maturum ſit.Quidam pridie rigant ubi ſunt rigua.Noctibus roſcidis ſecari melius.Quæ
dam partes italiæ poſt meſſem ſecant.Fuit hoc quoq; maioris impendii apud priores creticis tantum:
tranſmariniſq; cotibus notis:ne niſi oleo falcis aciem excitãtibus.Igitur comu propter oleum ad cru
ligato fœnifex incedebat.Italia aquarias cotes dedit:limæ uice iperantes ferro. Sed aquaria protinus
uitet.Falcium duo genera.Italicum breuius:ac uel inter uepres quoq; tractabile. Galliarum latifundia
maioris compendii:quippe medias cædunt hærbas:breuioreſq; prætereunt. Itali fœnum ex dextera
una manu ſecant. Iuſtum eſt una opera iugerum in die deſecari:alligariq; manipulos tria milia.cc.qua
ternorum pondo.Sectum uerti ad ſolem:nec niſi ſiccum conſtrui oportet.Ni fuerit hoc obſeruatũ di-
ligenter:exhalare matutino nebulam quandam:metaſq; mox ſole accendi.& conflagrari certum eſt.
Rurſus rigari defecta oportet:ut ſecetur autumnale fœnum:quod uocant cordũ. Interanæ in umbria
quater anno ſecanturetiã non rigua.Tertio uero pleriſq; in locis:& poſtea in ipſo pabulo nõ minus emo
lumenti eſt q̃ a fœno. Armentoꝝ id cura:iumentorumq; ꝓgeneratiõ ſuũ cuiq; cõſiliũ dabit. Optimũ
maxime quadrigaꝝ quæſtus.Solſtitiũ peragi in.viii.ꝑte cancri &.viii.calen.iulii diximus.Magnus hic
anni cardo.magna res mundi.Ex hoc uſq; ad brumã decreſcunt dies:qui creuerũt ſex menſibus.At ſol
ipſe ad aquilonẽ ſcandẽs aſper:ardua emenſus ab ea meta incipit flecti:& digredi ad auſtro: auctu rur
noctes aliis ſex menſibus:ablaturuſq; diei menſurã.Ex hoc deinde cõuehendi rapiendiq; fructus alios
atq; alios tempus:& præparãdi ſe cõtra ſæuã ferãq; hyemẽ:dicebatq; hoc diſcrimẽ indubitatis notis ſi-
gnaſſe naturã.Quamobrem eas manibus ipſis agricolarũ ingeſſit:uertiq; iuſſit ipſa die ſolia:& eſſe cõ
feſti ſyderis ſignũ.Nec ſilueſtrium tantum arborum remotarũq;:ne in ſaltus deuios monteſq; eundũ
eſſet quærentibus ſigna.Non rurſus proximarum urbanarumq;:& quæ topiario tantum uſu colũtur:
quanq̃ & in iis illa uiſantur.Vertit oleæ ante pedes ſatæ.Vertit tiliæ ad mille uſus petende. Vertit po-
puli albæ:etiã uiribus nuptæ.Adhuc parũ eſt inquit:ulmũ uitæ dotatã habes.Et huius ueterinorũ pa-
bulo uerſa folia ſtringis.Stringẽs ãt deputas.Aſpice & tenebris ſydus.Alia parte cælũ reſpiciũt q̃ qua
ſpectauere pridie.Salice omnia alligas.Humillima arborũ ipſe toto capite altior:& huius folia circũ-
agũtur:qd te ruſticũ quereris?Nõ ſtat per me quo minus cælũ itelligas:& cæleſtia ſcias.Dabo & auri-
bus ſignũ.Palũbum utiq; exaudi gemitus.Tranſiſſe ſolſtitiũ cantu ne putes:niſi cũ incumbãtem uide-
ris palũbẽ.A ſolſtitio uſq; ad fidiculæ occaſum.vi.Calẽ.iulii Cæſari orion exorit.zona ãt eius.iiii.no
nas aſſyriæ.aegypto uero ꝓcyon matutino:æſtuoſus:quod ſydus apud rõanos nõ habet nomẽ:niſi ca
niculã hanc uelimus itelligi:hoc eſt mioré canẽ.Sane ut in aſtris pingit.Eſt ãt magnope ptinẽs ſicut
paulo mox docebimus.iii.nonas chaldæis corona occidit matutino. Atticæ oriõ totus eo die exorit.
Pridiæ idus iulii & ægyptiis oriõ deſinit exorirı.xvi.calen.auguſti aſſyriæ ꝓcyon exorit.Deide poſtri
die fere ubiq; cõfeſſum iter oẽs ſydus idicabis:qd canis ortũ nocãus ſole primã partẽ leonis ingreſſo.
Hoc fit poſt ſolſtitiũ.xxiii.dies.Sentiũt id maria & terræ:multæ uero & feræ ut ſuis locis dixius. Neq;
eſt ei minor ueneratio:q̃ deſcripta in deos ſtellis.accenditq; ſolem:& magnã æſtus optinet cãm.xviii.

Calen. Auguſti ægypto aquila occidit matutino: eteſiarũq; pro domi flatus incipiunt. quod Cæſar. x. Calen. ſentire italiam exiſtimauit. Aquila atticæ matutino occidit. iii. calen. regia ī pectoꝛ leonis ſtella matutino Cæſari immergit. viii. idus auguſti. Arcturus medius occidit. iii. idus fidicula occaſu ſuo autumnũ inchoat: uti is adnotat. Sed & uera ratio id fieri inuenit. vi. idus eiuſdem. In hoc temporis interuallo res ſumma uitiũ agitur decretorio uuis ſydere illo: quod caniculã appellamus. unde carbuculare dicunt: ut quodã uredinis carbone exuſtæ: non comparantur huic malo grandinis procellæ: ne quæq; unq̃ annonæ intulere caritatẽ. Aggꝛoq; quippe mala ſunt illa. Carbunculus autẽ regionũ latepatentiũ non difficili remedio: niſi calũniari magis naturã ꝛegq; homines q̃ ſibi prodeſſe mallent: Ferunt thaletẽ, cicero. Ari. Democritũ qui primus intellexit oſtenditq; cũ terriscæli ſocietatẽ: ſpernentibus hanc curã eius opulentiſſimis ciuibus, puiſa olei caritate ex futuro uergiliæꝛ ortu: qua diximus ratione: oſtendemuſq; iam plenius magna utilitate tunc propter ſpem oliuæ coemiſſe in toto tractu omne oleum: mirantibus qui paupertatem & quietẽ doctrinæꝛ ei ſciebant in primis cordi eſſe. Atq; ut apparuit cauſa & ingẽs diuitiæꝛ: curius reſtituiſſe mercedẽ anxiæ & auidæ dominoꝛ penitẽriæ cõtentus itaq; baſſe operi ſibi cum uallet in facili fore. Hoc Seſtius poſtea e romanis ſapientiæ ſectatoꝛib9 athenis fecit eadem ratione. Tanta litteꝛæ occaſio eſt. Quas equidem miſcebo agreſtibus negociis q̃ potero dilucide atq; perſpicue. Plericq; dixere rotem inuſtum ſole acri frugibus rubiginis cauſam eſſe: & carbunculi uitibus. Quod ex parte falſum eſſe arbitror: omnemq; uredinem frigore tantũ innoxio conſtare ſole. Id manifeſtum fiet attendentibus. Nam primũ omnium hoc non euenire niſi noctibus: & ante ſolis ardorem: deprehenditurq; totumq; lunari ratione conſtat: quoniam talis iniuria non fit niſi interlunio: plena uel luna: hoc eſt prævalente: utroq; enim habitu plena eſt: ut ſæpius diximus. Sed interlunio omne lumen quod a ſole accipit cælo regent. Differentia utriuſq; habitus magna: ſed manifeſta. Namq; interlunio æſtate caliditſima eſt: hyeme gelida. Ecõtrario in plenilunio æſtate gelidas facit noctes: hyeme tepidas Cauſa euidens. Sed alia redditur a fabiano græciſq; auctoribus. Aeſtate enim interlunio neceſſe eſt. ut cũ ſole nobis proximo circulo curratsigne eius cominus recepto candens: eadem interlunio abſit hyeme: quando abſcedit & ſol. Item: plenilunio æſtiuo procul habeat aduerſa ſoli. Hyeme autem ad nos p æſtiuum circulum accedat. Ergo per ſe roſcida: quotiens alget: infinitum quantum illo tempore cadẽtes pruinas congelat. ante omnia autem duo genera cæleſtis iniurie meminiſſe debemus. Vnum quod tempeſtates uocamus: in quibus grandines: procellæ cæteraq; ſimilia intelliguntur. Quæ cum acciderint uis maior appellatur. Hæc ab horridis ſyderibus exeunt: ut ſæpius diximus ueluti arcturo: orione: hædis. Alia ſunt illa: quæ ſilente cælo ſereniſque noctibus fiunt: nullo ſentiente: niſi cum facta ſunt. Publica hæc & magnæ differentiæ a prioribus: aliis rubiginem: aliis uredinem: aliis carbunculum appellantibus. Omnibus uero ſterilitatem. De his nunc dicemus: a nullo ante nos prodita: priuſque cauſas reddemus.

De tempeſtatibus utriuſq; temporis: & remediis ſterilitatum. Cap. xxix.

Væ ſunt præter lunarẽ: pauciſq; cæli locis eẽ cõſtat. Nãq; uergiliæ priuatĩ attinẽt ad fructus
q ut quaꝛ exortu æſtas incipiat: occaſu hyems ſemeſtri ſpatio: intra ſe meſſes uindemiaſq; & oium maturitatẽ cõplexæ. Eſt p̃terea in cælo q uocat lacteus circulus etiã uiſu facilis. Huius defluuio uelut ex ubere aliquo fata cũcta lacteſcũt: duoꝛ ſydeꝛ obſeruatione: aquilæ in ſeptentrionali parte: & in auſtrina caniculæ. Cuius mentionẽ ſuo loco fecimus. Ipſe circulus ſert p ſagittarium & geminos: ſolis centrũ infra æquinoctialẽ circulũ ſecans: cõmiſſuras eoꝛ obtinente hinc aquila illinc canicula. Ideo effectus utriuſq; ad oẽs frugiferas pertinent terras. Quoniã in iis tantũ locis ſolis terræq; cẽtra cõgruũt. Igit̃ hoꝛ ſydeꝛ dieb9 ſi purus atq; mitis aer genitalẽ illũ lacteũq; ſuccũ tranſmiſerit in terras læta adoleſcũt fata. Si luna qua dictũ eſt ratione roſcidũ frigus aſperſerit: admixta amaritudo: ut in lacte puerperiũ necat. Modus in terris huius iniuriæ q̃ fecit in quacunq; cõnexitate comitatus utriuſq; cauſe. Et ideo non pariter in toto orbe ſentitur: ut nec dies. aquilã diximus in italia exoriri ad. xiii. Calen. Ianuarii. Nec patitur ratio naturæ quicq̃ in fatis ante eum diem ſpei eſſe certæ. Si uero interluniũ incidat: oẽs hybernos fructus & præcoces lædi neceſſe eſt. Rudis fuit priſcoꝛ uita: atq; ſine litteris. Non minus tamen ingenioſam fuiſſe in illis obſeruationẽ apparebit q̃ nunc eſſe rationem. Tnã q̃ tpa fructibus metuebãt: pp quod iſtituerũt ferias: dieſq; feſtos: rubigalia: floralia: uinalia. Rubigalia Numa conſtituit anno regni ſui. xi. quæ nunc aguntur ad. vii. calen. maii. Quoniã tũc fere ſegetes rubigo occupat. Hoc tempus Varro determinat ſole tauri partem decimã obtinente: ſicut tunc ferebat ratio. Sed uera cauſa eſt q̃ poſt dies undeiugiti ab æquinoctio uerno: per id quatriduũ: uaria gentium obſeruatione. in. iiii. calen. maii: canis occidit: ſydus & per ſe uehemẽs: & cui præoccidere caniculã neceſſe ſit. idem itaque floria. iiii. calen. eaſdem inſtituerunt urbis anno quingenteſimo ſextodecimo: ex oraculis ſybillæ: ut omnia bene defloreſcerent. Hunc diem Varro determinat: ſole tauri parte quartã decimã optinente. Ergo ſi in hoc quatriduum inciderit plenilunium: fruges & omnia: quæ florebunt lædi neceſſe erit. Vinalia priora quæ ante hos dies ſunt. ix. Calen. Martii. deguſtãdis uinis inſtituta ni-

bil ad fructus attinent nec q̄ adhuc diximus ad uites oleasque.quoniā eoꝝ cōceptus exortu uergili arū icipit ad.vi.idus maii.ut docuimus.Aliud hoc quadriduū est.qd neq; rore fordere uelint.Exhor rent.n.frigidū sydus arcturi postridie occidens & multo minus plenilunū icidere.iii.nonas iuni ite rum aqla exoritur ue speri.decretorio die florentibus oleis uitibusq; si plenilunū i eū icidat.Equidē & solstitiū.viii.Calen.iunii in simili casu dixerim & canis ortū post dies a solstitio.xxiii Sed interlu nio accidēte.quoniam uapore constat culpa acinicq; precoquuntur in callum.Rursus plenilunū no cet ad.iiii.nonas iulii cum egypto canicula exoritur.uel certe.xvi.Calē.augusti cū italie.item.iiii.Ca len.augusti.cū aquila occidit:usq; in.x.calē.eiusdem.Extra has causas sunt uinalia altera que agūtur ad.xiii.Calē.septēbris.Et Varro a fidicula icipiēte occidere mane determinat q̄ uult initiū autūni eē Et hunc diē festum tempestatibus leniendis esse institutū.Nunc fidiculā occidere ad.vi.idus Augusti seruatur.Intra hæc cōstat cælestis sterilitas:neq; negauerim posse eam pmutari arbitrio le gentū: lo-coꝝ æstimantiū naturas.Sed a nobis rōnem demōstratā esse satis est.Reliqua obseruatione cuiusq; constabūt.Alterutrū quidē fore in cā:hoc est plenilunū:aut iterlunium nō erit dubiū.Et in hoc mira bilē admirari benignitatē nature succurit:iam primū hāc imutiā oībus annis accidere non posse pp statos sydeꝝ cursus.nec nisi paucis noctibus anni. Idq; qñ futuꝝ sit facile nosci.Ac ne p oēs mēses ti meretur eaꝝ quoq; lege diuisum:Aestate iterlunia p̄terq̄ biduo secura esse hyeme plenilunia.nec ni-si æstiuis breuissimisq; noctibus metui.nō diebus itē ualere.præterea tam facile it lligi:ut formica mi nimū animal iterlunio qescat.plenilunio etiā noctibus operetur.Auem param oriēte Syrio ipso die nō apparere:donec & occidat.E diuerso utroné ꝑdire ipso solstitii die:Neutrum uero lūe stārū noxi um esse:nec noctibus qdē:nisi serenis:& oi aura quiescēte:quoniā neq; in nube:neq; in flatu cadūt ro res.Sic quoq; nō sine remedio.Sarmēta aut paleaꝝ aceruos:& euulsas hærbas fruticesq; per uineas cā posq; cū timebis incendito.Fumus medebitur.Hic e paleis & cōtra nebulas auxiliatur ubi nebule no cēt.Quidā tres cancros uiuos cremari iubēt i arbustis:ut carbunculi nō noceāt.Ali siluri carnem leui ter urua uento:& p totam uineam fumus dispergatur.Varro auctor est q̄ si fidiculæ occasu:quod est initiū autūni:ua picta cōsecretur inter uites minus nocere tēpestates Archibius ad Antiochum Syriæ regē scripsit.Si fictili nouo obserata obruatur rubeta rana i media segete nō esse noxias tempesta tes.opera rustica huius iteruallī.Terrā iterate.Vbi æstiua regio poscat:acumulare. Germinantia nisi in solo luxurioso fodiēda nō sunt.Seminaria purgari farculo.Messem hordeaceā facere Areā ad mes sem creta preparare.Catonis sententia amurca tēperata.Virgilii operiosius.Maioꝝ ex parte equāt tan tum & fimo bubulo dilutiore illinunt.Id satis ad pulueris remedium uidetur:

De messe & tritico & palea & frumento seruando. Cap.xxx.

Essis ipsius ratio uaria.Galliaꝝ latifundis uali p̄grandes dētibus in margine infestis dua-bus rotis p segetē ipellūtur:iumento in contrarium iuncto:ita directæ i uallū cadūt spicæ. Stipule alibi media falce p̄cidūtur:atq; interduas mergites spica destrigitur Alibi ab radice euellunt.Quod q faciunt.pscindi ab se obiter agrum interprætātur:cū extrahāt succū:Differēria hæc Vbi stipula domos contegūt:q̄ longissimā seruāt:ubi fœni copia est:stramento paleā quærunt pani ci culmo nō tegūt.Milii culmum fere murunt.Hordei stipulam bubus gratissimā seruant. panicū & miliū pectine manuali sigillatim legunt galiæ.messis ipsa alibi tribulis in area:alibi equoꝝ gressibus exteritur:alibi pticis flagellatur.Triticū quo serius metitur copiosius iuenitur.Quo celerius uero eo speciosius & robustius.Lex aptissima antequā granū idurescat:& cū iam traxerit colorē:oraculū ue-ro biduo celerius messem facere:potius q̄ triduo serius.Siliginis& tritici etiā rō in area horreoq; Far qa difficulter excutitur:cōuenit cū palea sua cōdi & stipula tātū:& aristis liberatur.palea plures.gētiū pro fœno utuntur.Melior ea quæ tenuior:minutiorq;: & pulueri ꝓpior.ideo optima e milio proxia hordeo pessima ex tritico:p̄terq̄ iumentis opere laborantibus.Culmū saxosis locis cū inaruerit:ba-culo frangūt substratu animaliū.Si palea deficit:& culmus teritur.Ratio hæc maturius defectus mu ria diu aspergitur. Dehic i manipulos siccatus cōuoluitur:atq; ita pro fœno bubus datur.Sunt qui ac cendūt i aruo & stipulas magno Virgilii præconio.Summa aūt ratio:ut herbarum semen exurāt.Ri tus diuersitatē magnitudo facit messium:& raritas operationoꝝ.Cōnexa est ratio frumēti seruādi Hor rea operosa:tripedali crassitudie:pariete lateritio exædificari iubent aliqui.preterea supne ipleri:nec afflatus admittere:aut fenestras habere ullas. Alii ab exortu tm̄ estiuo aut septētrione: eaq; sine calce cōstrui:quoniā sit frumento inimicissima.Nam que de amurca praeceperint idicauimus.Alibi cōtra: suspendunt granaria lignea colūnis:& pflari undiq; malunt:atq; etiā a fundo. Alii oīno pēdūt.& ab afflatu extēuari granū arbitrātur.& si tegulis subiaceat:cōferuescēt.Multi uentilare q.ioq; uetāt.Cur gulionem enim non descendere ifra quattuor digitos:nec amplius piclitari.Columella & afuoniū uentum cōferre frumēto predicit:quod miror equidem succissimum alioqī.Sunt qui rubetam ranā in limie hortei pede e longioribus suspensam iuchere iubeāt.Nobis referre plurimum tēpestiuitas

condēdi uidebiſ.Nā ſi paꝝ toſtū atq; robuſtū collectum ſit aut calidum cōditum.inimica īnaſci neceſſe eſt.Diuturnitatis cauſæ plures.aut i ipſius grani corio:cum eſt numeroſius:ut milio:aut ſucci pinguedine:q pro humore ſufficit tantū.ut ſiſamæ:aut amaritudine ut lupino & ciceule:in tritico maxime creſcūt aīalia quonia ſpiſſitate ſua cōcaleſcit.& furfure craſſo ueſtiť.Tenuior ordeo palea exilis& legumini:iō nō generant:Faba craſſioribus tunicis operitur.ob hoc effeteſcit.Quidam ipſum triti cum diuturnitatis gratia aſpergūt amurca milie modios quadrantali:Alı chalcidica aut carica creta aut etiā abſinthio:Eſt & olinthi ac cerithi euboeæ terra:quæ corrūpi non ſinat.Nec fere condita i ſpica lædunť.Vtiliſſime tamen ſeruātur i ſcrobibus:quos ſyros uocant ut i capadocia:& in thracia:& hiſpania:africa.Ante oīa ut ſicco ſolo fiant curatur.Mox ut palea ſuſtemanť.pr̄terea cum ſpica ſua cōduntur.ita fruméta ſi nullis ſpiritus penetret:certū é nihil maleficum naſci:Varro auctor eſt ſic condi tū triticū durare annis quinquaginta:milium uero centum.Fabam & legumina in olearıis cadis obli ta cinere longo tpe ſeruari.Idem fabā a pyrhi regis etate i quodā ſpecu ambraciæ uſq; ad piraticum pompei magni bellū duraſſe annis circiter.cxx.Ciceri tātum nullæ beſtiolæ i horreis innaſcūtur.Sūt qui urceis cinere ſubſtratis & illitis acetum habētibus leguminū aceruos ſup īgerant ita nō naſci maleficia credētes.Alii q in ſalſamentariis cadis gyp ſo illinant.alii q lentem aceto laſerpitiato reſpgāt ſiccatāq; oleo inungant.Sed breuiſſima obſeruatio quod uitiis catere uelis interluuio iegere.Quare plurimū refert condere quis malit an uēdeť.Creſcente enim luna frumenta grandeſcunt.

Cariatica

De uindemia & autumni temporibus. Cap.xxxi.

Eqtur ex diuiſione tēporum.Autumnus a fidicule occaſu ad æquinoctum:ac deide uergiliarum occaſum.initiúq; hyemis iis iteruallis ſignificatur.pridie idus auguſti attice equus oriens.Veſpera ægypto & Cæſari delphius occidēs.xi:Calen.ſeptembris Cæſari & aſſariæ ſtella quæ uīdemiator appellatur exoriri mane icipit:uīdemiæ maturitatem promittens.Eius argumentum erunt acini coloť mutati.Aſſyriæ.y.Calen:& ſagitta occidit:& eteſiæ deſinunt.Vīdemiator ægypto non exoritur. Attice arcturus matutio:& ſagitta occidit mane.v.idus ſeptembris cæſari capella oritur ueſperi.Arcturus uero medis pridie idus uehemēti ſſimo ſignificatu terra marique p dies quiq; ratio eius hæc tradiť:Si delphīo occidente hymbres fuerit:non futuros per arcturum .Signum orientis eius ſyderis ſeruetur hirrundinum abitus:namq; deprehenſe itereunt.xvi.Calend.Octobris ægypto ſpica:quam tenet uirgo:exoritur matutino eteſiæque deſinunt.Hoc idem Caeſari. xiiii.Calen.xiii.aſſyrie ſignificant &.xi.Calen.ceſari cōmiſſura piſcīū occidēs.ipſumq; eqnoctii ſydus.vii.calen.octobris Deide conſentiūt (quod eſt raꝝ) philuppus:calippus. Doſitheus.parmeniſtus.conon: criton:democritus:euxodus.Lon:iii.calen.octobris capellam matutio exoriri.Et.iii.calen.haedos vindemiales.Nonas octobris attice corona exoritur.Mane aſie & caeſari.y.calend.heniochus occidit matutino.iii. calen.caeſari corona exoriri icipit.Et poſtrie occidunt abditi ueſperi.vii.idus octobris caeſari fulgēs in corona ſtella oritur.Et iii.idus uergilie ueſperi.Idibus corona tota.vi.calen.Nouembris ſucule ueſperi exoriuntur pridie calen.caeſari arcturus occidit:& ſuccule exoriuntur cum ſole.iiii.nonas arcturus occidit ueſperi.y idus nouēbris gladius orionis occideť icipit.Deinde tertio idus uergilie occidunt.In his temporum iterualis opera ruſtica:napos.raphanos ſereť quibus diebus diximus:Vulgꝰ agreſte & rapam poſt ciconie diſceſſum male ſeri putat.Nos omnino poſt uulcanalia & precocia cū panico.Afidicule autem occaſu uitiam:faſiolos:pabulum.Et hoc ſilente luna ſeri iubent. Eu frondis ꝓparande tempus hoc eſt. Vnus frondator quattuor frondarias fiſcinas compleť in die iuſtum hēt Si deſcreſcente luna ꝓparetur nō putreſcit.Aridā colligi non oportet. Vīdemiam antiqui nunquam exiſtimaueť maturam ante eqnoctium.Iam paſſim rapi cerno.Quāobrem & huius tempora notis argumentiſq; ſignentur.Leges ita ſe habent Vuam calidā ne legito:hoc eſt i eius ſiccitate Ac niſi hymber iteruenerit:Hanc ne legito rotulentam:hoc eſt ſi ros nocturnus fuerit Nec prius q̄ ſole diſcutiatur Vīdemiať icipito:cum ad palmitem pampinus,pcumbeť cœperit:aut cum exempto acino ex denſitate iteruallum non compleri apparuerit acinum non augeri.Acino plurimum refert:ſi contingat creſcēte luna uindemiať.preſſura una culleos.xx.impleť debet.Hic eſt pes iuſtus Ad totidem culeos & lacus.xx.iugeribus unum ſufficit torculum:premuntq; aliq ſingulis.Vtilius binis licet magna ſit uaſtitas ſingulis:Longitudo i iis refert:non craſſitudo:Spatioſa melius premunt:Antiq funibus uittiſq; loreis ea detrahebant:& uectibus.Intra.c.annos:iuenta grecanica: mali rugis per cocleas bullātibus palis:aſſixa arbori ſtella:a palis areas lapidum attollente ſecum arbore:quod maxime ꝓbatur. Intra xxii.hos annos iuentum puis prelis:& minori torculari:edificio breuioť: & malo in medio decreto: tympana impoſita uinaceis:ſuperne toto pondeť urgere& ſup praela conſtruere congeriem.Hoc & poma colligendi tempus & obſeruatio:cum aliquod maturitate nō tēpeſtate deciderit.Hoc & feces exprimendi.Hoc & defrutum coquendi:ſilente luna noctu:aut ſi interdiu plēa caeteris diebus aut ante exortum lune:aut poſt occaſum.Nec de nouella uite aut paluſtri.Nec niſi e matura uua. Necniſi e

Vitibus

foliis despumandũ. Quia si ligno cõtingatur uas adustum ac fumosum fieri putãt. Iustum uindemiæ tempus an equinoctio ad uergiliarum occasum dies. xliii. Ab eo die oraculum occurrit: frigidũ pica ri pro nihilo ducentiũ. Sed iam & Calen ianuarii defectu uasorum uindemiantes uidi defraniscq; musta cõdi: aut uina effundi priora ut dubia reciperẽtur. Hoc nõ tam sæpe puentu nimio euenit: q̃ segnicia insidiantium caritati ciuili. Sed equi patrisamilias modus est annone: cuius q̃ ãni utilitate. Id per æque lucrosissimũ. Reliqua de uinis affatim dicta sunt. Item uindemia facta oliuam esse rapiendam & quæ ad oleum pertinent: quæq; a uergiliarum occasu agi debent.

De lunari ratione. Cap. xxxii.

His quæ sunt necessaria adiicientur de luna uentisq; & præsagiis: ut sit tota syderalis rõ pfecta Náq; Virgilius etiam in numeros lunæ quædã digerẽda putauit: Democriti secutus ostentationẽ. Nos legum nilitas quæ in toto opere. in hac quoq; mouet parte. Omnia quæ cedũtur: carpuntur: tõduntur: inocentius decrescente luna q̃ crescente fiũt. Stercus nisi decrescẽte lũa ne tãgito. Maxime aũt iter mẽstrua dimidiaq; stercorato. Verres: nuuẽcos: arietes: hædos decrescente luna castrato. oua luna noua supponito. Scrobes luna plena noctu facito. Arborũ radices luna plena operito. Humidis locis iterluuio serito: & circa interluuiũ quatriduo. Ventilari quoq; frumenta. ac legumina: & condi circa extremã lunã iubent: Seminaria cum luna supra terrã fit fieri. Calcari musta cum luna sub terra. item materies cædi: quæq; alia locis suis dixius: neq; facilior est obseruatio: ac iã dicta a nobis secundo uolumie: sed q̃ intelligere uel rustici possint. Quotiens ab occidente sole cernitur: prioribusq; noctis horis lucebit: crescens erit. Et oculis dimidiata iudicabitur. Cũ uero occidẽte sole orietur ex aduerso: ita ut pariter aspiciantur: tũc. erit pleniluniũ. Quotiens ab ortu solis oritur: prioribusq; noctisq; horis detrahet lumẽ: & i diurnas extẽdet: decrescẽs erit. iterũq; dimidia. in coitu uero q̃ iterluniũ uocãt: cũ apparere desierit. Supra terras aũt erit: quãdiu & sol: interluuio & pria tota die secunda horæ noctis unius dextãte sicilico: ad deide tertia usq; ad quintãdecimã multiplicatis horaq; iisdẽ portiõibus: quintadecima tota supra terras noctu erit ea dẽq; sub terris tota die. lxvi. ad priæ horæ nocturne dextantẽ sicilicũ sub terra ager easdẽq; portiões horaq; p singulos dies adiicit usq; ad iterluniũ. Et quãtum primis partibus noctis detraxerit: quod sub terris agat tantũdem nouissimis ex die adiiciet. sup terram. Alternis autem mensibus. xxx. iplebit numeros. Alterius uero detrahet singulos. Hæc erit ratio lunariis.

De uentorum ratione. Cap. xxxiii.

Entoq; paulo scrupulosior obseruatio. Solis ortu quocũq; libeat die: stãtib⁹ hora diei sexta sic ut ortũ eũ a sinistro humero habeant. contra mediã faciem meridies: a uertice septẽtrio erit: q ita limes per agrum currit. cardo appellatur. Circũagi deinde melius est: ut umbram suã q̃sq; cernat: alioqui post hoiem erit. Ergo permutatis lateribus ut ortus illius diei adextro húero fiat. occasus a sinistro: tũc erit hora sexta: cũ minima umbra contra mediũ fiat hoiem. per huius mediã longitudinẽ duci sarculo surcũ: uel cinere lineam: uerbi: gratia: pedum. xx. cõueniet: mediãq; mẽsurã hoc est i. x. pede circũscribi circulo puo: qui uocetur umbilicus. Quae pars fuerit a uertice umbre: hæc erit uẽtus septentrionalis. illo tibi putator arboq; plage ne spetẽt: ne ue arbusta uineæ ue nisi in africa: cyrenis: egypto. illinc flante ne arato: queq; alia scipimus. Quae pars lineæ fuerit a pedibus umbre meridiẽ spectãs: haec uentrũ austrum dabit: qué agrecis notum diximus uocari. illinc flatu ueniente materiã uineãq; agricola ne tractes. Humidus aut estuosus italie é. africe quidem incẽdia cum serenitate affert. in hunc italle palmites spectent sed non plage arboq; uitiumue. Hunc oliueti metator: uergiliaq; q̃triduo. Hunc caueat insitor calamis: gẽmisq; inoculator. De ipsa regionis eius ora premonuisse cõueniet. Frõdẽ medio die arborator ne cedito. Cũ meridiẽ adesse sentes pastor: estate cõtrahẽte se umbra: pecudẽ a sole i opaca cogito. Cum estate pasces i occidentẽ specta ãte meridiẽ: post meridiem in orientẽ. Aliter noxiũ: sicut hyeme & uere in rorulentum duceres. Nec contra septemtrionẽ paueris supra dictũ. Clodunt ita: lippiunt ue ab afflatu: & aluo cita pereunt. Q_ui fœminas cõcipi noles: in hunc uentum spectantes iniri cogito.

De limitatione agrorum. cap. xxxiiii.

Diximus ut i media linea designaretur umbilicus. per hũc medium transuersa currat alia hec erit ab exortu equinoctiali ad occasum equinoctialẽ. Et limes qui ita secabit agrũ decumanus uocabitur. Ducãtur deide alie due lineæ i decussis oblique ita ut a septẽtrionis dextera leuaq; ad austri dextrã leuáq; descẽdat. omnes p eundẽ currãt umbilicũ. Omnes inter se pares sint. Oium iterualla paria. Que ratio semel i quoq; agro ieũda erit: uel sepius: si libeat ita uite ligno faciẽda. tegulis pibus in typanũ exiguum: sed circinnatũ adactis. Ratione qua doceo occurendum ingeniis quoq; imperitoq; est. Meridiẽ excuti placet. quoniã semp ẽ idẽ: Sol ãt quotidie ex alio celi mometo q̃ pridie oritur. ne qs forte ad exortũ capienda putet lineã. ita celi exacta parte qd fuerit lineae caput septẽtrioni pximũ. a pte exortiua solstitialẽ habebit exortũ. hoc est lõgissimi diei uẽtũq; aqlo

nem.boreã a graecis dictũ in hunc ponito arbores uiteſq;.Se d hoc flãte ne arato.Frugem ne ſerito Semen ne iacito.p̃ſtringit enim atq; praecellit hic radices arborum.quas poſſiturus afferes.preponi tus eſto.Alia robuſtis ꝓſunt.alia infantibus.Nec ſum oblitus in hac pte uentum a graecis poni quẽ eciã uocãt.Sed idẽ Ariſtoteles uir ĩmẽſe ſubtilitatis q id ipſum fec it rationem cõuexitatis mundi reddit:qa cõtrarius aqlo africo flat. Nec tamẽ eũ toto anno i predictis timet agricola.Mollit.lydera æſtate media.mutatq; nomẽ & eteſias uocatur.Ergo cũ frigidum ſenties.Caueto.Ac quacumq; aqui lo ꝓciditur:tanto pernĩſioſior ſeptẽtrio eſt in hunc aſiæ græcie:hiſpaniæ maritime:italie: campaniæ: apuliæ arbuſta uineæq; ſpectẽt.Qui mares concipi uoles:in hunc paſcito ut ſic i eundem ineat.Ex ad uerſo aquilonis ab occaſu brumali africus quẽ græci lyba uocant in hunc a coitu cum ſe pecus circũ egerit fœminas cõceptas eſſe ſcito.Tertia a ſeptẽtrione linea quã per latitudinem umbræ duxius & decumanã uocamus exortũ habebit æquoctialem:uentumq; ſubſolanum a græcis apeliotem dictũ in hunc ſalubrib⁹ locis uille uineæq; ſpectẽt.ipſe leniter pluuius:tamen eſt ſiccior fauonio.Ex aduer ſo eius ab æquinoctiali occaſu zephyrus a græcis noiatur:in hũc ſpectaſ oliueta Cato iuſſit. Hic uer Inchoat:aperitq; terras tenui frigore ſaluber.Hic uites putãdi frugeſq; curãdi arbores ſerendi: poma in ſerẽdi:oleas tractãdi ius dabit:afflatuq; nutricum exercebit. Quarta a ſeptẽtriõe lĩea:eadem auſtro ab exortiua parte ꝓxima.brumalem habebit exortum uentrũq; uulturnum:eurũ a grecis dictum:ſic cioriẽ & ipſum tepidioremq;.In hunc apiaria&uineæ italie galliarumq; ſpectaſ debẽt.Ex aduerſo uul turni flabit chorus ab occaſu ſolſtitiali & occidetali latere ſeptẽtrionis a græcis dictus argeſtes exfri gidiſſimis & ipſe ſicut omnes q a ſeptẽtrionis parte ſpirant.Hic & grandines infert cauẽndus & ipſe nõ ſecus ac ſeptẽtrio.Vulturnus ſi a ſerena cæli pte cœperit flare non durabit ĩ noctẽ. At ubi ſubſola nus in maiorẽ partem noctis extenditur:quiſquis erit uentus ſi feruidus ſentietur: pluribus diebus p manebit:Aquilonẽ prænuntiat terra ſicce ſcens ſed roreſcens repẽte auſtrum ĩmiſcet humeſcens i to te occulto.

Mollit ſydere

Prognoſtica tempeſtatum. Cap.xxxv.

T enim p̃dicta rõne uentorũ ne ſæpius eadẽ dicatur tranſire conuenit ad reliqua tẽpeſtatũ præſagia quoniã & hoc placuiſſe Virgilio magnopere uideo.Siqdẽ ĩ ipſam meſſem ſepe cõcurreſ p̃lia uẽtorũ dãnoſa iperitis refert.Tradũt enĩ eundẽ Democritum metente fratre eiusDamaſo ardentiſſimo eſtu oraſſe ut reliq̃ ſegeti pceret raperetque defecta ſub tectũ paucis mox horis ſeuo ĩbre uaticinatiõe ap̃bata: Quinimo & harũdinẽ nõ niſi ĩpendẽte pluuia ſeri iubẽt & fru ges i ſecuturo hymbre.Quãobrẽ & hæc breuiter contingemus ſcrutati maxime ptinentia.primũque a ſole capiemus p̃ſagia purus oriens atque nõ feruẽs ſerenũ diẽ nuntiat. At hybernam pallidus gran dinem.Si &occidit pridie ſerenus:& oritur táto certior fides ſerenitatis.Cõcauus oriens pluuias pre dicit.Itẽ uentos.cum ante exorientem eũ nubes rubeſcunt.Quod ſi & nigre rubẽtibus interuenerint & pluuias.Cũ orientis atque occidẽtis radii rubẽt:coire pluuias.Si circa occidẽtem rube ſcũt nubes ſerenitatẽ future diei ſpõdent.Si in exortu ſpargẽtur partim ad auſtrum:partim ad aquilonem pura: circa cũ ſerenitas ſit licet puuiam tamẽ uentoſque ſignificabũt.Si i ortu aut i occaſu contracti cernen tur radi hymbrẽ.Si in occaſu eius bluuet:aut radii in ſe nubẽ trahẽt haſperam in proximum diem ſi gnificabũt tẽpeſtatẽ.Cum oriente radii non illuſtres emĩnebunt:q̃uis circundati nube non ſint: pluuiã portendẽt.Si ãte exortum nubis globabunt:hyemẽ aſperã denuntiabũt.Si ab exortu repellentur & occaſum abibũt:ſerenitatẽ.Si nubes ſolem circuncludent:quãto minus luminis reliquent tanto turbidior tẽpeſtas erit Si uero etiam duplex orbis fuerit eo atrotior.Quod ſi ĩ exortu fiet ita ut rube ſcãt nubes maxima oſtẽdetur tẽpeſtas.Si nõ abibũt:ſed incũbent:a quocũq; uento fuerint:eum portẽ dent.Sia a meridie:& hymbrẽ.ſi oriens cingiẽ orbe.ex qua parteis ſe apit expectaẽ uentus.Si totus de fluxerit:æqualiter ſerenitatẽ dabit.Si in exortu longe radios per nubes porriget & medius erit ianis pluuiã ſignificabit.Si ante ortũ radii ſe oſtendent:aquam & uentum. Si circa occidentem candidus circulus erit Notis leuem tempeſtatem:Si nebula:uehementiorem.Si cadente ſole uentum:Si atet circulus fuerit ex qua regione is eruperit.uẽtum magnũ.proxima ſunt iure lune præſagia.Quartã eã maxime obſeruat egyptus. ſi ſplendens exorta puro nitore fulſerit:ſerenitatẽ.ſi rubicũda:uẽtos.ſi ni gra pluuias portẽdere credit in.quĩta cornua eius obtuſa pluuiã.Erecta & iſeſta uẽtos .ſemp ſignifi cãt Quarta tamen maxime.Cornu eius ſeptẽtrionale accuminatũ atq; rigidũ illum preſagit uentum In .ferius auſtrũ.Vtraq; recta nocta uẽtoſam.ſi quartũ orbis rutilus ciget uẽtos & hymbres p̃mone bit.Apud Varronẽ ita é.ſi quarto die luna erit directa:magnam tempeſtatẽ in mari preſagiet:niſi ſi coronã circa ſe habebit & eam ſinceram:quoniam illo mõ nõ ante plenã lunam hyemandum oſtẽ dit ſi plenilunio per dimidiũ pura erit:dies ſerenos ſignificabit.ſi rutila:uentos.Nigreſcẽs hymbres.ſi calido orbis nubẽ incluſerit:uentos qua ſe ruperint.ſi gemini orbes cinxerint maiorem tempeſtatẽ Et magis ſi tres erunt:aut nigri:aut interrupti atq; diſtracti.Naſcens luna ſi cornu ſuperioꝛ obatro fur get:luuias deſcreſcens dabit.ſi iferiore ãte plenilunium.ſi in media nigricia illa fuerit hymbrem ĩple

autumno Insalubres:quoniã sudãtia huius cibi opera corpora refrigescũt Nec stomacho utiles. Sed ad breue tempus:Et uoci contrariæ intelligũtur.Nouissimæ salubriores q̃ primæ.Medicate uero nõ nunquã iuuenũ uires augent.Senibus meliorem ualitudinem faciũt:minusq; rugarum . Sitim sedãt Calorem refrigerant.Ob id nõ negandæ in febribus constrictis:quas stegnas uocãt.Siccæ fici stomachũ lædũt Guttur & faucibus magnifice utiles.Natura iis excalfaciendi.Sitim afferũt.Aluum molliũt.Rheumatismis eius & stomacho cõtrariæ.Vesicæ semper utiles:& anhelatoribus:ac suspinosis. Item iocinerũ:renum:lyenũ uitiis.Corpus & uires adiuuant:ob id ante athletæ hoc cibo pascebãtur pythagoras exercitator primũ ad carnes eos transtulit.Recolligentibus se a longa ualitudine utilissime.Item comitialibus & hydropicis.Oibusq; quæ maturanda aut discutienda sunt : imponũtur. Efficacius calce aut nitro admixto.At coctæ cum hysopo pectus purgant:pituitã:tussim ueterẽ.Cũ uino ãt ad sedem & tumorẽ maxillarum & furunculos:panos:parotidas decoctæ illinuntur. Vtile & decocto earum fauere fœminas.Decoctæ quoq; eædem cum fœnogræco utiles sunt pleureticis: & peripneumonicis.Cũ ruta coctæ torminibus prosũt tibiarũ ulceribus.Cũ æris flore & spasticis & pterygiis.Cũ punico malo ambustis:pernionibus.Cũ cæra hydropicis coctæ in uino & cũ absinthio & farina hordeacea nitro addito.Aluũ sistunt manducatæ.Scorpionũ ictibus cũ sale tritæ illinũtur. Carbunculos extrahunt in uino coctæ & impositæ.Carcinomati si sine ulcere est: quã pinguissimam ficum imponi:pene singulare remediũ est:itẽ phagedene.Cinis nõ ex alia arbore aciem purgat acrior:non conglutinat:replet:astringit.Bibitur & ad discutiendũ sanguinem cõcretum.Item percussis præcipitatis.Conuulsis ruptis cineris cyathis singulis aquæ & olei datur tetanicis & spasticis.Itẽ potus uel infusus cæliacis:dysentericis.Et si quis eo cũ oleo perungatur:excalfacit.Item cum cæra:& rosaceo subactus ambustis cicatricem tenuissimã ob ducit.Luscios ex oleo illitus emendat: dentiũq; uitia crebro fricatu.Produnt etiam siquis inclinata arbore supino ore aliquem nõdũ eius morsu abstalerit nullo uidẽte:atque in aluta illigatũ licio e collo suspẽderit:strumas & parotidas discutit.Cortex tritus cũ oleo uentris ulcera sanat.Crudæ grossi uerrucas & thimos nitro farinaq; additis tollũt Spodiiq; uicem exhibet fruticũ a radice exeuntium cinis.Bis tostus adiecto pſimythio digeritur i pastillos ad ulcera oculorum & scabritiam.Caprificus etiamnũ multo efficacior fico.Lactis minus habet.Surculo quoq; eius lac coagulatur in caseo.Exceptũ id coactumq; in duritiam suauitatem carnibus affert.Fricatur diluto ex aceto.Miscetur exulceratoriis medicamentis.Aluum soluit: uuluam cũ amylo aperit.Pota menses cit cum luteo oui.potagris cũ farina fœnogræci illinitur.Lepras:psoras:lichenas:lentigines expurgat.Item uenatorum ictus & canis morsus.Dentiũ quoq; dolori hic succus appositus in lana prodest:aut in cauis eorum additus.Cauliculi & folia admixto eruo cõtra marinoꝝ uenena prosunt.Adiiciunt & uinũ.Bubulas carnes additi caules magno ligni cõpendio percoquunt Grossi illitæ strumas:& omniũ collectionum emolliunt & discutiunt:aliquatenus & folia.Quæ mollissima sunt ex iis cum aceto ulcera manantia & epinyctidas & furfures sanant.Cũ melle:item & folis ceria sanant & canis morsus.Recentes cũ uino phagedenas.Cũ papaueris foliis ossa extrahũt.Grossi capitici inflãmatiões discutiũt suffitu.Resistũt & sanguini taurino poto:& pſimythio & lacti coagulato potæ.Item aqua decoctæ atque illitæ parotidas sanãt.Cauliculi aut grossi eius q̃ minutissime ad scorpionum ictus e uino bibuntur.Lac quoq; instillatur plagæ:& folia imponũtur.Item aduersus muremaraneum.Cauliculorum cinis uuam fauciũ sedat.Arboris ipsius cinis ex melle:rhagadia.Radix deferuefacta in uino dentiũ dolores.Hyberna caprificus in aceto cocta & trita ipetigines tollit. Illinuntur ramentarami sine cortice q̃ minutissima ad scobis modũ.Caprifico quoq; medicinæ uim miraculum additur.Corticem eius impubescentẽ puer impubis si defracto ramo detrahat dẽtib⁹ medullã ipsam addalligatam ante solis ortem phibere strumas.Caprificus tauros quanlibet feroces collo eorum circundata in tãtum mirabili natura compescit:ut immobiles præstet.Hærba quoq; quam græci erineon uocãt:reddẽda in hoc loco ꝓpter gentilitatẽ.palmo alta est cauliculis quinis fere ocimi similitudine:flos candidus:semẽ nigrum:parum.tritum cũ melle attico oculorum epiphoris medetur:ut cum cyathi ut carptorum.Manat lacte multo & dulci.Hærba perquam utilis aurium dolori nitri exiguo addito.Folia resistunt uenenis.pruni folia decocta tonsilis:gingiuis:uuæ ꝓsunt in uino decocta:& subinde ore colluto.Ipsa pruna aluum molliunt:stomacho nõ utilissima:sed breui momẽto.Vtiliora persica succusq; eorum etiamnum in uino aut in aceto expressus.Nec est alius eis pomis innocentior cibus.Nusquã minus odoris.Succi plus:qui tamen sirim stimulet.Folia eius trita illita hemorrhoiam sistunt.Nuclei persicorum cum aceto & oleo capitis doloribus illinuntur.Siluestrium quidẽ prunorum baccæ:uel e radice cortex in uino austero si decoquãtur ita ut triens ex hemina supsit aluũ & tormina sistũt.Satis est singulis cyathos decocti sumi.Et i iis & satiuis prunis ẽ limus arborum:quẽ græci lichen appellãt:rhagadis & cõdylomatis mire utilis.Mora in ægypto & cypro sui ge

.ii. drachmis cum cyathis attici quattuor

neris(ut diximus)largo ſucco abundant.Sũmo cortice deſquãmato altiore plaga ſicca mirabili natura.Succus aduerſatur uenẽni ſerpentiũ.prodeſt dyſentericis.Diſcutit panos oẽſq; collectiões. Vulnera cõglutinat:capitis dolores ſedat:item aurium.Splenicis bibitur.illinitur & cõtra perfrictiões. Celerime tereditié ſentit.Nec apud nos ſucco uſus minor.Aduerſat aconito & araneis in uino potũ. Aluum ſoluit.pituitaſq; ac tineas & ſimilia uentris animalia extrahit.Hoc idem præſtat & cortex tritus.Folia tingant capillum cũ fici nigræ & uitis cortice ſimul coctis in aqua cæleſti.pomi ipſius ſucCus aluum ſoluit protinus.Ipſa poma ad præſens ſtomacho utilia:refrigerant:litim faciũt.Si nõ ſupueniat alius cibus:intumeſcunt.Ex immaturis ſuccus ſiſtit aluum:ueluti animalis alicuius in hac arbore obſeruandis miraculis quæ in natura eius diximus.Fit ex homo panchreſtos ſtomatice:eadẽ at teriace appellata hoc modo.Sextarii tres ſucci e pomo leui uapore ad craſſitudinẽ mellis redigũtur. Poſt additur omphacii andi pondo duodecim:aut myrrhæ undecim:croci.xi. Sed hæc ſimul mixta uel trita miſcẽtur decocto.Neq; eſt aliud oris arteriæ uuæ ſtomachi iucundius remediũ.Fit & ex alio modo.Succi ſextarii duo mellis attici decoquũtur ut ſupra diximus.Mira fũt prætereа:quæ ꝓduntur Mora germinatione prius q̃ in folia exeant:ſiniſtra decerpi iubentur futura poma:rhicinos græci uocant.Hi terrã ſi nõ attigere:ſanguinẽ ſiſtunt adalligati:ſiue ex uulnere fluat:ſiue ore:ſiue naribus:ſiue hemorrhoidis.Ad hoc ſeruãtur repoſiti.Idem præſtare & ramus dicit luna plena defractus:incipiẽs fructũ habeꝛ. Si terrã nõ attigerit priuatim mulieribus alligatus lacerto cõtra abũdantiã menſiũ.Hoc & quocũq; tpe ab ipſis decerptũ ita ut terrã non attingat:adalligatũq; exiſtimãt præſtare.Folia mori trita:aut arida decocta ſerpentiũ ictus imponũtur.Ad idemq; potu ꝓficiſcitur.Scorpionibus aduerſatur e radice corticis ſuccus ex uino aut poſca potus.Reddenda eſt antiquorũ cõpoſitio.Succũ expreſſũ pomi maturi imaturiq; mixtũ coquebant in uaſe æreo ad mellis craſſitudinẽ.Aliqui myrrha adiecta:& cupreſſo preduratũ uas ſole torrebant:pmiſcentes ſpatha ter die.Hæc erat ſtomatice:quæ uulnere ad cicatricẽ perducebat.Alia ratio ſuccũ ſiccato exprimebant pomo multũ ſapori obſonio; cõferente.In medicina uero cõtra nomas & pectoris pituitas:& ubicũq; opus eſſet aſtringi uiſcera.Dentes quoq; colluebãt eo.Tertiũ genus ſucci foliis & radice decoctis ad ambuſta ex oleo illinenda. Imponuntur & per ſe folia.Radix per meſſes inciſa ſuccũ aptiſſimum dentiũ dolori collectionibuſq; & ſupputationibus habetur. Aluũ purgat.Folia mori in urina madefacta pilum coriis detrahũt.Cerаſia aluũ moliunt:ſtomacho inutilia.Eadem ſiccata aluũ ſiſtũt.Vrinã ciunt.Inuenio apud auctores ſiquis matutino roſcida deuoret cum ſuis nucleis:in tantum leuari aluũ:ut pedes morbo liberentur. Meſpila exceptis ſetaniis:quæ malo propriorem uim habent:reliqua aſtringunt ſtomachũ ſiſtũtq; aluum. Item ſorba ſicca.Nam recentia ſtomacho & aluo citæ proſunt.

De pineis & amygdalis:& nuce auellana:& de nuce iuglande:& de piſtaciis:& caſtaneis:& ſiliquis: cornu:& unedone:& lauro. Cap.ix.

Põdus ſextarioꝝ duoꝝ aut myrrhæ ſextarii unius croci unius. uetus codex Cytinos

Virium

Vces pineæ quæ reſinam habent cõtuſæ leuiter additis in ſingulis ſextariis aquæ ad dimidiũ decoctæ ſanguinis excreationi medẽtur:ita ut cyathi bini bibãtur ex eo.Cortex e pino in uino decoctus cõntra tormina datur.Nuclei nucis pineæ litim ſedãt:& achrimoniã ſtomachi roſioneſq; & cõtrarios humores conſiſtentes ibi:& infirmitatẽ uirilium roborãt:renibus & ueſicæ utiles.Fauces uidentur exaſperare & tuſſim.Bilem pellũt poti ex aqua:aut uino:aut paſſo:aut balanorũ decocto.Miſcetur iis contra uehementiores ſtomachi roſiones cucumeris ſemẽ & ſuccus portulacæ.Item ad ueſicæ ulcera & renũ:quoniã & urinã cient.Amygdalæ amaræ radicum decoctũ cutẽ in facie corrigit:coloremq; hylariorẽ facit.Nuces ipſæ ſomnum faciũt & auiditatem.Vtinam & meſes ciunt.Capitis dolori illinuntur:maximeq; in febri:ſi ab ebrietate in aceto:& roſaceo ex aquæ ſextario:& ſanguinem ſiſtunt.Cũ mylo & menta lethargicis comitialibuſq; ꝓſunt.Capite peruncto epinyctidas ſanant e uino uetere ulcera putreſcentia:Canũ morſus cũ melle.Et furfures ex facie ante potu præparata item iocineris & renũ dolores ex aqua potæ.Et ſæpe ex eclegmate cũ reſina terebinthina.Calculoſis & difficili urinæ in paſſo:& ad purgandã cutem in aqua mulſa tritæ ſunt efficaces.proſunt eclegmate:iocineri:tuſſi & colo cũ eleliſphaco modice addito.In melle ſumitur nucis auellanæ magnitudine.Aiunt quoq; quinis fere præſumptis ebrietatẽ non ſentire potores.Vulpeſq; ſi ederint eas nec contingat e uicino aquã lambere:mori.Minus ualent in remediis dulces:& eæ tamen purgãt & urinam ciunt.Recentes ſtomachũ implent.Nucibus græcis cũ abſinthii ſemine ex aceto ſumptis morbus regius ſanari dicitur.Item illitis per ſe uitia ſedis.Et priuatim condylomata.Item tuſſi & ſanguinis reiectioni ꝓdeſt.Nuces iuglandes græci a capitis grauedine appellauere.Etenim arborũ ipſarũ foliorũq; uires in cerebrum penetrant.Hocque minore momento:ſed in cibis nuclei faciunt.Sũt aũt recẽtes iucundiores.Siccæ unguinoſiores:& ſtomacho inutiles:difficiles cõcoctu:doloré capitis in ſerentes:Tuſſientibus inimicæ:& uomituris ieiunis aptæ tenaſmo ſolo:trahũt enim pituitã.Eædẽ

præsumptæ uenena hebetant.Item anginam cũ ruta & oleo.item aduersantur cepis:leniuntq; earum saporem.Aurium inflãmationi imponuntur cum mellis exiguo.Item ruta mammis et luxatis. Cum cepa autem et sale et melle canis hominisq; morsui.putam inenucis iuglandis dens cauus inuritur. putamen combustũ tritumq; in oleo aut uino infantium capitis peruncto nutrit capillũ:et ad alopecias eo sic utuntur.Quo plures quis nuces ederit:hoc facilius tineas pellit.Et quæ per ueteres sunt nuces gangrenis et carbunculis medẽtur.Item sugilatis.Cortex iuglãdiũ lichenum uitio et dysentericis ꝓdest.Folia trita cũ aceto aurium dolori.In sanctuariis Mithridatis maximi regis deuicti.Cn.põpeius inuenit in peculiari cõmentario ipsius manu cõpositionem antidoti e duabus nucibus siccis. Item ficis totidem:& rutæ foliis uiginti simul tritis.addito salis grano:& qui hoc ieiunus sumat: nullum uenenũ nociturũ illo die.Cõtra rabiosi quoq; canis morsus nuclei a ieiuno homine cõmãducati illitiq; præsenti remedio esse dicuntur.Nuces auellanæ capitis doloꝛẽ faciũt:inflãmationẽ stomachi & unguendini corporis cõferunt plusq̃ sit uerisimile.Tostæ & distillationi medẽtur: Tussi quoq; ueteri tritæ & in aqua mulsa potæ.Quidã adiiciũt grana piperis.Alii e passo bibũt.pistacia eosdem usus & effectus habent:quos pinei nuclei:præterq;:ad serpentiũ ictus:siue edantur:siue bibantur. Castaneæ uehementer.sistunt stomachi & uentris fluctiones.Aluũ ciunt.Sanguinem excreantibus prosunt Carnes alunt.Siliquæ recentes stomacho inutiles.Aluum soluunt.Eædem siccatæ sistũt:stomachoq; utiliores fiunt.Vrinam ciunt.Syriacas in dolore stomachi ternas in aquæ sextariis decoquũt. Quidam ad dimidium:eumque succũ bibunt.Sudor uirgæ corni arboris lamina ferrea candente exceptus:nõ contingente ligno illitaq; indeferrugo incipiẽtes lichenas sanat.Arbutus siue unedo fructum fert difficilẽ concoctioni:& stomacho inutilẽ.Laurus excalfactoriam naturã habet:& foliis: & cortice:& baccis.Itaq; decoctũ ex iis maxime e foliis prodesse uuluis & uesicis cõuenit.Illita uero uel parum cabronũq; & apium.Item serpentiũ uenenis restistunt:maxime sepis dypsadi & uiperæ. prosũt & mensibus fœminarũ cum oleo cocta.Cum polenta autem quæ tenera sũt trita inflammatiões oculorum cum ruta:testium cũ rosaceo.capitis dolores:aut cũ irino.Quin manducata atq; deuorata per triduũ terna:liberant a tussi.Eadem prosunt suspiriis trita.cũ melle.Cortex radicis cauendus granidis.Ipsa radix calculos rũpit:iocineri prodest:tribus obolis in uino odorat pota.Folia pota uomitiões mouent.Baccæ menses trahunt.appositæ tritæ uel potæ.Tussim ueterẽ & ortopnoeã sanant binæ detracto cortice in uino potæ.Si & febris sit:ex aqua:aut eclegmate ex aq̃ mulsa:aut ex passo decoctæ.prosunt & phthisicis eodem modo & oĩbus thoracis rheumatismis.Nam & excoquũt pituitã: & extrahunt.Aduersus scorpiones quaternæ ex uino bibuntur.Epinyctidas ex oleo illitæ & lentigines.Et ulcera manantia:& ulcera oris:& furfures.Cutis pruriginem succus baccarũ emendat & phthiriasin.Aurium dolori & grauitati instillantur cũ uino uetere & rosaceo.perunctos eo fugiũt uenenata oĩa.prodest & contra uenenatorũ ictus potus.Maxime autem eius laurus:quæ tenuiora habet folia.Baccæ cũ uino serpentibus & scorpionibus & araneis resistunt.Ex oleo & aceto illinũtur & lyeni & iocineri.Gangrenis cũ melle:& in fatigatione etiam aut perfictione succo eo perũgi nitro adiecto prodest.Sunt qui celeritati partus multum conferre putent radice acetabuli mensura pota in aq̃.Efficacius recentẽ q̃ aridã.Quidam aduersus scorpionũ ictus decem baccas dari iubent potui.Item & in remedio uuæ iacentis quadrantẽ pondo baccarũ foliorumue decoqui in aquæ sextariis tribus ad tertias:eamque calidã gargarizare:& in capitis dolore impari numero baccas cũ oleo conterere:& calfacere:Laurus delphicæ folia trita olfactaq; subinde pestilentie contagia prohibent tãto magis si & urãtur.Oleum ex delphica ad cærata acopumque ad perfrictiones discutiendas:neruos laxãdos: lateris dolores:febresq; frigidas utile est.Item ad auriũ doloremin mali punici cortice tepefactum:Folia decocta ad tertias partes aquæ uuam cohibent gargarizatione:pota alui dolores:intestinorumq;. Tenerrima ex iis trita in uino papulas pruritusq; illita noctibus proxime ualent.inter cætera lauri genera. Laurus alexandrina siue idæa partus celeres facit radice pota trium denariorũ pondere in uini dulcis cyathis tribus.Secundas etiã pellit:mẽsesq; eodem modo pota.Daphnoides siue iis nominibus:quæ diximus siluestris laurus prodest:aluũ soluit:recenti folio uel arido drachmis tribus cum sale & hydromelite manducata.pituitas extrahit foliũ & uomitus:stomacho inutile.Sic & baccæ quinæ denæ ue purgationis causa sumuntur.

De myrto satiua & myrtidano:& de myrto siluestri. Cap.ix.

Myrtus satiua candida minus utilis est medicinæ q̃ nigra.Semen eius medetur sanguinẽ excreantibus.Item contra fungos in uino potum.Odorem eius cõmendat uel pridie cõmãducatũ.item apud Menandrũ synaristusin hoc edunt.Datur et dysentericis denarii pondere in uino.Vlcera difficilia in extremitatibus corporis sanat cum uino subseruefactũ.imponitur lippitudini cum polenta.Et cardiacis in mãma sinistra.Et contra scorpionis ictus in mero: et ad uesicæ

uitia capitis dolores et ægilópas:anteq̃ ſuppurent.itẽ tumoribus. Exẽptiſq; nucleis in uino uetẽre tritum eruptionibus pituitæ.Succus feminis aluũ ſiſtit.Vrinas cit.Ad eruptiones puſtulaq; pituitæq; cum cærato illinitur:et contra phalãgia capillũ denigrat.Lenius ſucco oleũ eſt ex eadẽ myrto et uinum:quo nunq̃ inebriatur.Inueteratũq; ſiſtit aluum et ſtomachũ:tormina ſanat:faſtigium abigit.Foliorum arentiũ farina ſudores cohibet inſperſa:uel in febri.Vtilis et cæliacis:et ꝓcidentiæ uuluarum ſedis uitiis:ulceribus manãtibus igni ſacro fotu:capillis fluentibus:furfuribus.itẽ aliis eruptionibus: ambuſtis:Additur quoq; in medicamento:quod liparas uocant:eadẽ de cauſa:qua oleũ ex iis efficaciſſimũ ad ea quæ in humore ſunt:tanquã in ore et uulua.Folia ipſa fungis aduerſanẽ trita ex uino: cum cæra uero articularibus morbis et collectionibus.Eadẽ in uino decocta dyſentericis et hydropicis potui dantur.Siccantur in farina quæ inſpergitur ulceribus:aut hemorrhoidæ.purgant & lentigines pterigia & paronycia:& epinyctida:condylomata:teſtes:terra ulcera.item ambuſta cũ cærato. Ad aures purulentas & foliis crematis utuntur & ſucco decocto.Cõburũtur & in antidota. Itẽ cauliculi flore decerpti in nouo fictili operto cremati in furno dein triti ex uino:& ambuſtis foliorũ cinis medetur:inguen ne in tumeſcat ex ulcere ſatis eſt ſurculũ tantũ myrti habere ſecũ nõ ferro nec terra cõtactũ.Myrti danũ diximus quomodo fieret.Vuluæ prodeſt appoſitũ fotu:& illitu.Multo efficaciꝰ & cortice & folio & ſemine.Exprimitur & foliis ſuccus moliſſimis in pila tuſis adfuſo paulatim uino auſtero.Alias aqua cæleſti:atq; ẽt expreſſo utuntur ad oris ſediſq; ulcera uuluæ:& uentris. Capilloq; nigritiã malaq; perfuſiones purgationes lentiginũ:& ubi cõſtringendũ aliquid eſt.Myrtus ſilueſtris: ſiue oxymyrſine:ſiue chamemyrſine baccis rubentibus:& breuitate a ſatiua diſtat.Radix eius in honore eſt:decocta uino ad renũ dolores pota.Et difficili urinæ:præcipueq; craſſæ & grauiter olenti. Morbo regio:& uuluaq; purgationi trita cũ uino Cauliculi quoq; incipiẽtes aſparagoq; modo in cibo ſũpti:& in cinere cocti Semen cum uino potum aut oleo aut aceto calculos frangit.item in aceto & roſaceo tritũ capitis dolores ſedat:& potum morbũ regium.Caſtor oxymirſinem myrti foliis acutis: ex qua fiunt ruri ſcopæ:ruſcum uocauit:ad eoſdem uſus.Et hactenus habẽt ſe medicinæ urbanarum arborum.Tranſeamus ad ſilueſtres.

CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER. XXIIII.

PROOEMIVM.

Medicinæ ex arboribus ſilueſtribus.

n

E ſiluæ quidem horridiorq; naturæ facies medicinis carent:ſacra illa parẽte rerũ omnium nuſquã nõ remedia diſponere homini ut medicina fieret etiã ſolitudo ipſa:ſed ad ſingula illius diſcordiæ atq; concordiæ miraculis occurſanti bus Quærcus & olea tã pertinaci odio diſſident:ut altera in alterius ſcrobe depactæ moriantur.Quercus uero & iuxta nucẽ iuglandẽ.pernicialia & braſſicæ cũ uite odia.ipſumq; olus quo uitis fugatur aduerſũ cyclamio & origano areſcit.Quin & annoſas iam & quæ ſternantur arbores:difficilius cædi:ac cæleri inareſcere tradũt:ſi prius manu q̃ ferro attingantur.pomorũ onera a iumẽtis ſtatim ſentiri:ac niſi prius oſtendanẽ iis q̃uis pauca portent:ſudare illico.Ferulæ afinis gratiſſimæ fũt in pabulo:cæteris uero iumẽtis præſentaneo ueneno.Qua de cã id animal Libero patri aſſignaẽ:cui & ferula.Surdis etiã reſ ſui cuiq; fũt uenena:ac minimis quoq;.Phylira coci & poline nimiũ ſalem cibis eximũ.Prædulciũ faſtidiũ ſal temperat Nitroſæ aut amaræ aquæ polenta addita mitigantur:ut intra duas horas bibi poſſint.Qua de cã & in ſaccos uinarios addiẽ polẽta.Similis uis rhodiæ cretæ & argillæ noſtratis cõcordia ualentiũ:pix oleo extrahitur:quãdo utrũq; pinguis naturæ eſt.Oleũ ſolum calci miſcetur quãdo utrũq; aquas odi Gũmi aceto facilius eluitur.Atramentũ aqua.iumera præterea alia:quæ ſuis locis dicentur aſſidue.Hinc nata medicina.Hæc ſola naturæ placuerat eſſe remedia parata uulgo: inuentu facilia ac ſine ipendio:ex qbus uiuimus.poſtea fraudes hominũ & igenioq; capturæ officinas inuenerẽ iſtas:in qbus ſua cuiq; homini uenalis ꝓmittitur uita.Statim cõpoſitiones & mixturæ inexplicabiles decantanẽ:Arabia atq; india in medio æſtimanẽ.Vlceriq; paruo medicina a rubro mari ꝓputatur:cũ remedia uera quottidie pauperimus quiſq; cœnet.Nam ſi ex horto aut petaẽ hærba:uel frutex quæratur:nulla artiũ uilior fiet.ita eſt profecto:magnitudo populi romani perdidit ritus:uincẽdoq; uicti ſumus.paremus externis.& una artium imperatoribus quoq; imperat.Verum de his alias plura. Lotonhærbã:itemq; ægyptiam eodem nomine:alias & ſyrticam arborem diximus ſuis locis.

Lothos. Cap.ii.

h

Aec lothos quæ faba græca appellatur a noſtris aluũ baccis ſiſtit.Raméta ligni decocta in uino proſunt dyſentericis:menſtruis:uertigini:comitialibus. Cohibẽt & capillum.Mirum

his ramentis nihil eē amarius:fructuq; dulcius.Fit & e scrobe eius medicamētū:ex aqua myrti decocta subacta & diuisa in pastillos:dysentericis utilissimū pondere uictoriati:cū aquæ cyathis tribus.

Glans. Cap.iii.

Lans intrita duritias quas cacoethe uocant cū falsa axungia sanat:uehementioresq; lichenas in omnibus cortex ipse:corticiq; tunica subiecta.Hæc decocta iuuat cæliacos.Dysenterici ēt illinitur:uel ipsa glans.Eadēq; resistit serpentiū ictibus:rheumatismis suppuratiōibꝫ Folia & baccæ uel cortes uel succus decocti prosunt cōtra toxica.Cortex illinitur decoctꝰ lacte uaccino:serpētis plagæ.Datur ex uino dysentericis.Eadem & ilicinis.

De cocco ilicis & galla & uisco pilulis glande:& de cerri radice & subere. Cap.iiii:

Ocū ilicis uulneribus ex aceto recentibus iponitur.Epiphoris ex aqua.& oculis suffusis sāguine instillatur.Est autem genus ex eo i attica fere & asia nascens celerrime i uermiculū semutans:quod ideo scolecion uocant:iprobantque.principalia eius genera diximus: Nec pauciora genera gallæ fecimus:solidā.perforatam.item albam:nigram:maiorem:minorem.Vis omniū similis.optima comagena.Excrescentia in corpore tollit.psunt gingiuis uuæ. Oris exulcerationi.Crematæ & in uino extinctæ cœliacis.Dysentericis illinuntur.paronychiise x melle: & unguibus scabris:pterygiis:ulceribus manantibus condylomatis:uulneribus:quæ phagedēica uocāt i uino aut ē decoctæ auribus instillantur:oculis illinuntur.Aduersus eruptiones & panos cum aceto.Nucleus cōmanducatus dentiū dolorem sedat.item intertrigines:& ambusta immaturæ ex iis ex aceto potæ lyenem consumiunt:Eædem crematæ & aceto salso extinctæ menses sistunt:uuluasque procidētes foru omnes capillos denigrant.Viscū e robore præcipuū diximus haberi:& quo conficeretur modo. Quidam in aqua contusū decoquūt:donec nihil innatet.Quidam commanducantes acinos expuūt cortices optimū est.quod sine cortice est quodque leuissimum:extra fuluum:intus porraceum .quo nihil est glutinosius:emollit:discutit.humore siccat.Strumas cū resina & cæra panos mitigat omnis generis.Quidam & galbanū adiciunt pari pondeī singulorum: eoq; modo & ad uulnera utuntur. Vnguiū scabricias expolit.si septenis diebus soluantur:nitroq; colluantur.Quidā ad religionem efficacius fieri putant prima luna collectū e robore sine ferro.Si terram nō attigerit comitialibꝫ mederi conceptū fœminarum adiuuare:si omnino secum habeant.Vlcera commanducatu imposituq; efficacissime sanari.Roboris pilulæ ex adipe ursino alopecias capillo replēt.Cerri folia & cortex & glās sicat collectiōes suppurationesq;:fluitiōes sistit'Torpentes membronū partes corroborat decoctum eius fotu Cui & insidere expedit siccandis astringendisue partibus.Radix cerri aduersatur scorpiōibꝫ Suberis cortex tritus ex aqua calida potus:sanguinē fluentē ex utralibet parte sistit.eiusdē cinis ex uino calido sanguinem excreantibus magnopere laudatur:

De fago & cupresso:& cydro magna.& de cedride.galbano. Cap.v.

Agi folia manducantur in gingiuas laborumq; uitiis.Calculis glandis fagine cinis illinitur item cū melle alopeciis.Cupressi folia trita serpentiū ictibus imponūtur:& capiti cum polenta sua sole doleat.item ramici.Qua de causa & bibuntur.Testiū quoq; tumori cum cærato illinutur.Capillū denigrant ex aceto.eadē trita cum duabus partibus panis mollis & e uino amineo subacta pedū ac neruorum dolores sedant.pilulæ aduersus serpentium ictus bibūtur aut si eiiciatur sanguis collectionibꝫ illinuntur.Ramici quoq; teneræ tusæ cū axungia & lomento prosūt Bibūtur ex eadem causa.parotidi & strumæ cū farina imponuntur.exprimitur succus tusis cū semine qui mixto oleo caliginem oculoꝝ aufert.itē uictoriati pōdere in uino potus illituſq; cū fico sicca pingui exemptis granis uitia testiū sanat.Tumores discutit:& cū fermēto strumas. Radix cū foliis trita potaq; ueficæ & stranguriæ medetur.& contra phalangia Rameta pota mēses ciūt.Scorpionū ictibꝫ aduersantur.Cædrus magna quā cædrela ten uocant dat picem quæ cædia uocatur dentiū doloribꝫ utilissimā.Frugit eni eos & extrahit dolores sædat cædri succus ex ea quō fieret diximꝰ magni ad lumina usus:ni capitis dolorem inferret.Defuncta corpora incorupta conseruat. Viuentia corrūpit mira differentia:cū uitam auferat spirantibus.defunctisq; pro uita sit.Vestes quoq; corrūpit: & aīalia necat ob hoc non censeam in anginis hoc remedio utendū.neq; in cruditatibus: qđ suasere aliqui: dētes quoq; colluere ex aceto in dolore timueri.uel grauitati aut uermibus auriū instillare.portentū est quod tradunt:abortiuū fieri iuuenere ante perfusa uirilitate.phthiriasesperūgere eo nō dubitaueri itemq; porrigines.Suadent & cōtra uenenū leporis marini bibere in passo.Facilius in elephātia. si illinant & ulcera sordida & excrescētia in iis. Auctores quidā & oculoꝝ albugines caligineſq; inūxere eo & cōtra pulmonis ulcera cyathū eius sorbere iusserunt.itē aduersus tineas:Fit & ex ea oleū qđ pisseleō uocāt:uehemētioris ad omnia eadē usꝰ.Gædri scobe serpētes fugari certū.ēdē.itē baccis tritis

cũ oleo ñ qui perungantur:Cædrides ſiue eſt fructus cædri tuſſim ſanant:urinã ciunt: aluum ſiſtunt: utiles ruptis conuulſis:ſpaſticis:ſtranguriæ:uuluis admoti.Contra lepores marinos eadẽ quæ collectionibus ſupra inflammationibuſque.De galbano diximus neq; humidũ neq; aridũ probatur:ſed quale docuimus.per ſe bibitur ad tuſſim ueterem:ſuſpiria rupta conuulſa.iponitur iſchiaticis:lateriſ doloribus:panis.furunculis:corpori ab oſſibus redenti.Strumis:articuloꝝ nodis: dentium quoque doloribus illinitur & cũ melle capitis ulceribus.purulentis infunditur auribus cum roſaceo aut nardo.odore comitialibus ſubuenit:& uuluæ in ſtrangulatu:& ſtomachi defectu : Abortus nõ exeũtes trahit appoſitu uel ſuffitu.item ramis hellebori circũlitum atq; ſubiectũ.Serpẽtes nidore urentium fugari diximus:Fugiunt & perũctos galbano.Medef:& a ſcorpiõe percuſſis bibiſ & in difficili partu fabæ magnitudine in uini cyatho:uuluaſq; cõuerſas corrigit.In myrrha autẽ & in uino mortuos partus extrahit.aduerſatur et uenenis maxime toxicis cũ myrra et uino ſerpentes oleo et ſpondylio mixto tactu necat:nocere urinæ exiſtimatur.

De hãmoniaco & ſtyrace:& ſpondilio:& ſphano:& terebintho:& camepite:& pityuſa:& reſinis & picea.& lentiſco. Cap.vi.

Imilis hãmoniaci natura atq; lachrymæ probande:ut diximꝰ mollit.calefacit.diſcutit.diſſoluit.Claritati uiſus in collyriis conuenit. pruritũ cicatrices.albugines oculoꝝ tollit.Dẽtiũ dolores ſedat.efficacius accenſum.Prodeſt diſpnoicis.pleureticis.pulmonibus. ueſicis urinæ cruentæ.lyeni iſchiaticis potũ.Sic &aluũ ſoluit.Articulis podagræ cum pari pondere picis.aut cæræ & roſaceo coctũ.Maturat panos.extrahit clauos cũ melle.Sic & duritias emollit. lyeni cum aceto & cæra cypria uel roſaceo efficaciſſime iponitur.Laſſitudines perũgi cũ aceto &oleo exiguoq; nitro utile.Et ſtyracis naturã i peregrinis arboribus diximus. placet præter illa quæ diximus.maxie pinguis.purus albicantibus fragmentis.Medetur tuſſi.facibꝰ.pectoris uitiis. uuluæ præcluſæ duricia ue laboranti.Cit mẽſes potu.appoſituq; aluũ mollit.inuenio potu modico triſticiã animi reſoluit: largiore contrahi.Sonitus auriũ emendat ifuſu ſtrumas illitu neruorumq; nodos Aduerſatur uenenis:quæ frigore nocent:ideo & cicutæ Spondylion una demonſtratum ifunditur capitibus phreneticorum:&letargicorum.item capitis doloribus lõgis Cumuetere oleo bibitur:& in iocinerum uitiis morbo regio comitialibus.orthopnoicis.uuluarũ ſtrangulatione.quibus & ſuffitu prodeſt. aluum mollit.illinitur ulceribus ſerpentibus cũ ruta.Flos auribus purulentis efficaciter ifunditur.Sed ſuccꝰ cũ exprimitur itegendus eſt quoniam mire appetitur a muſcis & ſimilibus.Radix de raſa & i fiſtulas coniecta callũ earum derodit.auribus quoq; inſtillatur cum ſucco.Datur & ipſa contra morbum regiũ ut in iocineris uitio & uuluarum.Capillos criſpos facit peruncto capite.Splachnon ſiue ſphacos ſiue bryon.& in gallia ut indicauimus:naſcitur uuluis inſidentiũ utilis.itẽ genibus & fœminũ tumoribus mixtus naſturtio & aqua ſalſa tritus.Cũ uino aut reſina ſuccus potus urinam pellit celerrime. Hydropicos inanit cũ uino & iunipero tritus & potus.Terebinti folia & radix colectionibus imponuntur.Decoctũ eoꝝ ſtomachum firmat. Semen in capitis dolore bibitur in uino.& contra difficultatẽ urine.Ventrẽ leniter.emollit.Venerem excitat.piceæ & laricis folia trita et decocta i aceto dẽtiũ dolori proſunt.Cinis corticum inter trigini et ambuſtis.potus aluum ſiſtit.Vrinã mouet: Suffitu uuluas corrigit.piceæ folia priuati et iocineri utilia ſunt drachmæ pondere i aqua mulſa pota Siluas eas dũtaxat quæ picis reſinæ quæ gratia tadũtur utiliſſimas eſſe phthiſicis:aut q lõga ægritudine nõ recolligũt uires ſatis cõſtat.Et illũ cæli aera plus ita q̃ nauigationẽ ægyptiã ꝓficere plꝰ q̃ lactis hæt bidos per montiũ æſtiua potus.Chamepytis latine a iuga appellatur.diciturq; ꝓpter abortꝰ ab aliis rhus terræ Cubitalibus. ramis flore pinus & odore.altera læuior et icuruæ ſimilis.Tertia eodẽ odore et ideo noie quoq; paruula coliculo craſſitudine digytali foliis:ſcabris.exilibꝰ.albis in petris naſcẽs O ẽs hærbæ ſed propter cognationẽ nominis nõ differendæ proſunt aduerſus ſcorpionũ ictꝰ itẽ io cineri illitæ cũ palmis aut cotoneis.Renibus et ueſicæ decoctum earũ cũ farina hordeacea. morbo quoq; regio et urine difficultatibꝰ ex aqua decoctæ bibũtur.nouiſſima contra ſerpetes ualet cũ mele Sic et appoſita uuluas purgat.Sanguinẽ denſatũ extrahit pota.Sudores facit peruunctis ea. peculiari ter renibſis utilis eſt.Fiunt ex ea et hydropicis pilulæ cũ ficu aluũ trahentes lumborum quoq; dolorẽ uictoriati pondere in uino finit.et tuſſim recentẽtẽ mortuos partus ex aceto cocta potaq; eiicere ꝓtinus dĩ.Cum honore et pytiuſa ſimili de cauſa dicetur quã quidam in titymali genere nũerãt.Frutex eſt ſimilis piceæ flore paruo purpureo.Bilẽ et pituitã per aluum ꝺtrahit radix decocti hemia aut ſeminis lingulua in balanis folia in aceto detocta furfures cutis emẽdant.Mãmas quoq; mixto rute decocto et tormina et ſerpentiũ ictus et in totũ collectiones incipientes Reſinã e ſupradictis arboribus gigni docuimus et genera eius et nationes in ratione uini ac poſtea in arboribus Cuiꝰ ſũmæ ſpẽs duæ ſicca et liquida ſicca q̃ i pinu et picea fit liquida e terebintho larice lentiſco cuꝑſſo nã et eæ

erunt in asia & syria.Falluntur qui eandē putant esse e picea atq; larice. picea ēnim pinguē & turis mō succosam fundit.Larix gracilē ac mellei liquoris uirus redolentē.Medici liquida raro utūtur & i ouo fere.Larice propter tussim ulceraq; uiscerū.Nec pinea magnopere i usu.Cæteris nō nisi coctis: Et coquēdi genera satis demōstrauimus.in arboꝝ differētia placet terebithina odoratissima atq; leuissima nationū cypria & syriaca utraq; mellis attici colore.Sed cypria carnosior:ficciorq;.i sicco genere q̄rūt ut sit candida:pura:perlucida.in omni aūt ut montana potiusq̄ cā pestris. itē aquilōia q̄ ab alio uēto.Resoluitur resina ad uulnreum usus & malagmata oleo impotiones amydalis amaris natura i medēdo cōtrahere uulnera.purgare.discutere:collectiōes:itē pectoris uitia.Terebinthina illinitur:& eadē callida mēbroꝝ doloribus spasticisq; illinitur in sole totisq; corporib⁹.māgonū maxime cura ad gracilitatē emēdēdā:spatiis ita laxātiū cutē p singula mēbra:capacioraq; ciboꝝ faciēda corpora.proximū locū optinet e lentisco.inest ei uis astringendi.Mouet & ante cæteras urinam. Reliquæ uentrē emolliunt.Cruda concoquunt.Tussim ueterem sedant.Vuluæ onera extrahunt etiā suffitæ.priuatim aduersantur uisco.panos & simili a cū seuo taurino & melle sanant.palpebras lētiscia cōmodissime replicat.Fractis quoq; utilissima.& auribus purulētibus:itē in pruritu genitalium. Pinea capitis uulneribus optime medetur.

De pice spissa & liquida:& palimpissa:& pissasphalcos:& zopissa:& tæda:& lentisco. cap.viii.

Ix quoq; unde & quibus conficeretur modis indicauimus.Et eius duo genera.Spissū liquidūq;.Spissarum utilissima medicinæ est brutia:quoniā pinguissima & resinosissima utraq; præbet utilitates.Ob id magis rutila q̄ cæteræ.id enim qd in hoc adiiciunt ex mascula arbore melioré esse non arbitror posse intelligi.picis natura excalfacit.explet.aduersatur priuatim ceraste morsibus cū polenta.item anginæ cū melle. Distillationibus & sternumentis. pituitis auribus infunditur cū rosaceo.illinitur cum cæra.Sanat lichenas.Aluū soluit. Excreatiōes pectoris adiuuat eclegmate aur illita.Tonsillis cū melle.Sic & ulcera purgat.Explet cum uua passa & axungia.Carbūculos purgat:& putrescentia ulcera.Quæ uero serpunt cum pineo cortice aut sulphure.pthisicis etiā cyathi mensura quidā dederunt:& contra utere tussim.Rhagadas sedis & pedum panosque & ungues scabros emendat.Vuluæ duritias & conuersiones odore.itē lethargicos:strumas. itē cum farina hordeacea & pueri impubis urina decocta ad suppurationē petducit.Et ad alopecias sicca pice utūtur.ad mulierū mammas brutia ex uino subferuefacta cū poline farraceo quam calidissimis impositis.Liquida pix oleumq; quod pisseleon uocant quēadmodū fieret diximus.quidā iterū decoquūt & uocant palimpissam.Liquida anginæ perunguntur intus & uua.ad auriū dolores: claritatem oculoꝝ:oris circūlitiones:suspiriosas:uuluas.tussim uetere. & crebras excreationes pectoris: spasmos: tremores:opisthotonos:paralyses:neruoꝝ dolores præstantissimū ad canū & iumentorū scabiem. est & pissasphaltos mixta bitumini pice:naturaliter ex appolloniatarum agro.Quidā autē ipsi miscēt præcipuū ad scabié pecoꝝ remediū aut si fœtus māmas læserit:naturale optimū ex eo quod cū fert uet:innatat.zopissam eradi nauibus diximus cera marino sale macerata.Optima hæc a tyro cinio naū.additur aūt in malagmata ad discutiendas collectiones.Tædæ decoctæ in acero dentiū dolores efficaciter colluunt.Lentisci & arbores & semen & cortex & lachryma urinā alqum sistunt. Decoctum eoꝝ ulceribus quæ serpunt fotu.Illinitur in humidis & igni sacro:gingiuas colluit.folia dentibus in dolore atterūtur:Mobiles decocto colluūtur.Capillū tingūt. Lachryma sedis uitiis prodest: cū quid siccari excalfieriue opus sit.Decoctū & e lachryma stomacho utile ructum & urinam mouēs:quod & capitis dolori cū polenta illinitur.Folia uero tenera oculis inflāmatis illinuntur:itē mastiche lentisci replicandis palpebris:& ad exterendam cutē in facie & smegmata.adhibetur & sāguinem reiiciētibus:tussi ueteri:et ad oia quæ hā moniacī uis.Medet et attritis paribus siue oleo e semine eius facto cæraq; mixto:siue foliis ex oleo decoctis:siue cū aqua uirilia foueantur. Scio Democritū medicū in ualitudine confidiæ.M.Seruilii consularis filiæ oēm curatiōem aufteram recusātis diu efficaciter usum lacte caprarū quas lentisco pascebat.

De platano et fraxino et acere et alba populo et ulmo et tilia et sambuco et iunipero. Ca.viii.

Latani aduersantur uespertilionibus.pilulæ eaꝝ in uino potæ. X. iiii. pondere omnibus serpentiū:& scorpionū uenenis item ambustis tusæ aut cū aceto acri magisque scyllitino sanguinē omnē sistunt:et lentiginē et carcinomata melanias quoq; ueteres addito melle emēdāt.Folia et cortex illinūtur collectionibus et suppurationibus:et decoctum eorum: Corticis autē in aceto dentium remedium ē.Folia eorum tenérrima i uino albo decocta oculorum Lanugo folioꝝ.et auribus et oculis inutilis:Cinis pilularū sanat ambusta igni uel frigore. Cortex e uino scorpionū ictus restinguit:Fraxinus quam uim aduersus serpentes haberet indicauim⁹:Semē

foliis eius ineſt.quæ medentur iocineris & lateris doloribus in uino.aquã quæ ſubit cutẽ extrahunt Corpus obeſum leuant onere ſenſim ad maciem reducentia.iiſdem foliis cũ uino tritis ad uiriũ portionẽm ita ut puero quinq; folia tribus cyathis dentur.Robuſtioribus ſeptẽ folia quinq; cyathis uini non omittendũ ramenta eius & ſcobem a quibuſdã cauenda prædici.aceris radix contuſa iocineris doloribus utiliſſime imponitur.populi albæ unarũ in unguentis uſum expoſuimus . Cortex potꝰ iſchiaticis & ſtranguriæ prodeſt.Folioꝝ ſuccus calidus aurium dolori.Virgam populi in manu tenẽtibus intertrigo non metuatur.Populus nigra efficaciſſima habetur.quæ in creta naſcitur.cõitalibꝰ ſemen ex aceto utile.Fundit illa & reſinã exiguam.qua utuntur ad malagmata.Eolia podagris i aceto decocta imponũtur.hũor e cauis populi nigræ effluẽs uerrucas pabulaſq; ex attritu odoratꝰ tollit.populi ferunt in foliis guttã.ex aqua apes propolin faciũt. Cutta quoq; aquæ propolis ex aqua remediũ q̃ efficax eſt.Vlmi & folia & cortex & rami uim habẽt ſpiſſandi & uulnera cõtrahẽdi.corticis utriq; interior tilia lepras ſedat:& folia ex aceto illita.Corticis denarii pondus potũ in hemina aquæ frigidæ aluũ purgat.pituitaſq; & aquas priuatim trahit.Impõitur & collectionibus lachrima.& uulneribus ambiſq; decocto fouere prodeſt.Humor in folliculis arboris huius naſcens cutis nitorem inducit.faciemq; gratioꝝ præſtat.Cauliculi foliorũ primi uino decocti tumores ſanant: extrahuntq; per ſiſtulas.idem præſtant & tiliæ corticis.Multi corticẽ commanducatam uulneribus utiliſſimum putãt.Folia trita aqua aſperſa pedum tumori:Humorquoq; e medulla uti diximus caſtratæ arboris effluens:capillũ reddit capiti illitus:defluenteſq; cõtinet. Arbor tilia leniter tuſa ad eadẽ fere utilis eſt.atq; oleaſter.Folia autẽ tantum in uſu:& ad infantium ulcera in ore:& commanducata & decocta urinã ciunt:menſes ſiſtunt illita:ſanguinẽ pota detrahunt. Sabucus habet alterum genus magis ſilueſtre:quod græci chameacten:alii helion uocant multo breuius.Vtriuſq; decoctũ i uino ueteri foliorꝝ uel ſeminis uel radicis ad cyathos binos potũ ſtomacho inutile eſt:aluo detrahens aquam : Refrigerat etiã inflammationem:maxime recẽtis ambuſti:& canis morſum cũ polenta molliſſimis foliorꝝ illitis.Succus cerebri collectiones priuatimq; mẽbranæ.quæ circa cerebrũ eſt:lenit infuſus.Acini eius infirmiores q̃ reliqua tingunt capillũ poti acetabuli mẽſura.Vrinã mouẽt.Foliorꝝ moliſſima ex oleo & ſale edunt ad pituitã bilemq; detrahendã.ad oĩa efficacior quæ minor.Radicis eius i uini decti duo cyathi poti hydropicos exinaniunt.Vuluas emolliunt.Has & foliorꝝ decocto inſidẽtiũ caules teneri minoris ſabuci in patinis cocti aluũ ſoluunt.Reſiſtunt folia & ſerpentiũ ictibꝰ in uino pota.podagris cũ ſeuo hircino uehementer proſunt cauliculi illiti.lideq; in aq̃ macerantur: ut ea ſparſa pulices necẽtur.Foliorꝝ decocto ſi locus ſpargaſ.muſcæ necantur.Boa appellatur morbus papularũ cũ rubẽt corpora:ſabuci ramo uerberatur.Cortex interior tritus ex uio albo potus aluũ ſoluit iuniperus:uel ante cætera oĩa excalfacit.extenuat cædro aſſimilis.et eius duo genera.altera maior: altera mior.Vtraq; accenſa ſerpentes fugat.Sement ſtomachi pectoris lateris doloribꝰ utile . inflationes langoreſq; diſcutit.Tuſſes cõcoquit & duritias.illitũ tumores ſiſtit.itẽ aluum.baccis ex uĩo nigro potis itẽ uẽtris tũores illitis.Miſcetur & antidotis oxyporis.Vrinas cit.illinitur & oculis i epiphoris datur cõuulſis.tuptis torminibus:uuluis.iſchiaticis cũ uino albo potũ pilulis quaternis:aut decoctis uiginti i uino.Sũt q & perungant corpus e ſemine eius in ſerpentium metu.

De ſalice.& amerina.& uitilibus:& erice. Cap.ix.

Alicis fructus ante maturitatẽ in araneam abit.Sed ſi prius colligatur ſanguinem reiiciẽtibus prodeſt.Corticis e ramis primis cinis clauũ & callum aqua mixta ſanat. Vitia cutis in facie emẽdat.magis admixto ſucco ſuo.eſt autẽ hic trium generum.Vnum arbor ipſa exudat gũmi modo.Alterum manat in plaga cum floret exciſo cortice trium digitorum magnitudine Hic ad purganda quæ obſtent oculis.item ad ſpiſſanda q̃ opus ſunt:ciendamque urinam : & ad oẽs collectiones intus extrahendas.Tertius ſuccus eſt detruncatione ramorꝝ a falce diſtillãs: Ex iis ergo aliquis cũ roſaceo in calice punici calfactus auribus infunditur. Vel folia cocta : & cum cæra trita imponuntur itẽ podagricis.Cortice & foliis in uino decoctis foueri neruos utiliſſimũ. Flos.tritꝰ cũ foliis furfures purgat in facie.Folia contrita & pota intemperantiam libidinis coercent. atq; in totũ auferunt uſũ ſæpius ſumpta.amerinæ nigræ ſemen cũ ſuma argenti pari pondere a balneo illitum pſilothrum eſt.non multũ a ſalice uitilium uſu diſtat uitex foliorum quoque aſpectu:niſi odore gratior eſſet.Sed græci ligon uocant:alii agnon:quoniam matronæ in theſmophoriis atheniẽſiũ caſtitatẽ cuſtodientes iis foliis cubitus ſibi ſternunt.Duo genera eius. Maior in arborem ſalicis modo aſſurgit.Minor ramoſa foliis candidioribꝰ lanuginoſis.prima album florem mittit cum purpureo: quæ & candida uocatur.Nigra.quæ tantũ pupureũ.naſcũtur in paluſtribus campis . Semen potũ uini quemdam ſaporem habet.& dicitur febres ſoluere & cũ ungantur oleo admixtũ ſudorem facere.ſic & laſſitudines diſſoluere Vrinam ciunt & menſes Caput tentant uini modo nam & odor ſimi

lis est.inflationes pellunt in inferiora.Aluũ sistunt.Hydropicis & lyenibus perquã utiles.lactis ubertatẽ faciunt.Aduersantur uenenis serpentium:maxime quæ frigus inferũt.minor efficacior ad serpẽtes.Bibitur seminis drachma in uino uel posca:aut duabus foliorũ tenerrimorũ.illinitur & utraq; aduersus araneorũ morsus uel perunctis tantum.Suffitu quoq; aut subiectu fugant uenenata.At uenereæ rei impetus inhibent.Eoq; maxie phalãgiis aduersantur:quorũ morsus genitale excitat. Capitis doloré ex ebrietate sedant cũ rosaceo flos tenericq; cauliculi.Seminis decoctũ uehementioré capitis dolorẽ dissoluit fotu & uuluã etiam suffitu uel appositu.Purgat aluum cũ pullegio & melle potum. Vomicas panosq; difficile concoquẽtes cũ farina hordeacea mollit.Lichenas & lẽtigines cũ aphrõitro & aceto semen sanat:& oris ulcera & eruptiões cũ melle.Testiũ cum butyro & foliis uitiũ. Rhagadas sedis cũ aqua illitum.Luxatis cum sale & nitro & cæra:& semine & folio.Additur ĩ malagmata neruorũ & podagras.Semen instillatur in oleo decoctum capiti in lethargia & phreneſi.Virgam q phreniti
in manu habeant aut ictu:negantur intertriginẽ sentire.hencen græci uocãt fruticẽ nõ multũ a myrice differenté colore roris marini:& pene folio.Hoc aduersari sentibus tradũt.Genista quoq; uiculi usum præstat.Flores apibus gratissimi.Dubito an hæc sit quã græci auctores sparton appellauere cũ ex ea linea piscatoria apud eos factitari docuerim.Et nunquid hanc designauerit homerus: cũ dixit Nauiũ sparta dissoluta:Nondũ enim fuisse africanũ uel hispanũ spartum ĩ usu certum est.Et cum sutiles fierent naues:lino tamen non sparto unq; sutas.Semẽ eius quod græci eodẽ noie appellãt:ĩ foliculis passioloꝝ modo nascens purgat hellebori uice drachma & dimidia pota ĩ aquæ mulsæ cyathis quattuor ieiunis.Ramis similiter fronte in aceto maceratis pluribus diebus & rursis succũ dãt ischiaticis utilẽ cyathi unius potu.Quidã marina aqua macerare malunt:& infundere clystere.perungunt eodẽ succo ischiatici addito oleo.Quidã ad stranguriã utuntur,semine Genista tusa cũ axũgia gẽua dolentia sanat.Myricẽ q̃ & tamaricẽ uocat Leneus similẽ scopis ãerinis:sanari dicit ea carcinomata in uino decocta tritaq; melle illita.arbitrant quidã hanc eẽ tamaricã.Sed ad lyenẽ præcipua ẽ.si succus eius expressus in uino bibatur.adeoq; mirabilẽ eius antipathiã contra solũ hoc uiscerum faciũt: ut affirment.si ex ea alueis factis bibant sues sine lyene inueniri.Et ideo homini splenetico cibumq; dant ĩ uasis ex ea factis.Grauis aũt auctor ĩ medicina uirgã ex eadẽ fractã ut neq; terrã neq; ferrũ attĩgeret:sedare uentris dolores asseuerauit impositã:ita ut tunica cinctuq; corpori aprimeretur. Vulgꝰ infœlicẽ eã arborẽ appellat:ut diximus quoniã nihil ferat:nec feratur unquã.Corinthus & quæ circa est regio.brianeam uocant:eiusq; duo genera facit.Siluestrẽ plane sterilẽ: alteram mitiorem.hæc fert in ægypto syriaq; etiã abundantur lignosum fructũ:maiorem galla.asperum gustu:quo medici utuntur uice gallæ:& in cõpositionibus quas antheras uocant.Lignũ autẽ & flos & folia & cortex ĩ eosdẽ usus adhibentur q̃q̃ remissiora datur sanguinem reiiciẽtibus cortex tritus:& cõtra ꝓfluuia fœminarũ cœliacis quoq;.idem tusus impositusq; collectiones omnes ĩhibet.Foliis exprimitur succus ad hæc eadẽ & in uino decoquuntur.ipsa uero adiecta melle gãgrenis illinũtur.Decoctũ eorũ in uino potũ uel impositũ cum rosaceo & cæra sedat:Sic & epinictidas sanat.ad dentium dolore autiũq; decoctũ eorum salutare est.radix ad eadẽ.similiter folia.hæc amplius ad ea quæ serpunt: imponuntur cũ polenta.Semen drachmæ pondere aduersus phalangias & araneos bibitur. Cum albiliũ uero pingui furunculis imponitur.efficax & contra serpentiũ ictus.prætetq; aspidũ.Necnõ morbo regio phthiriasi:lendibusq; decoctũ infusum prodest.abundantiamq; mulierum sistit. Cinis arboris ad omnia eadẽ prodest:si bouis castrati urinæ ĩmisceatur:uel in potu uel in cibo uenerẽ finiri: Carboq; ex eo genere urina ea restinctus in umbra,conditur.item cum libeat accendere:resoluitur.Magi & id ex spadonis fieri urina tradiderunt.

De uirga sanguinea:& filere:& ligustro:&:alno:& hedera & cysstho.& cisso:& erythrano.& chamecisso.& smilace & de clematida. Cap.x.

Ec uirga sanguinea fœlicior habetur.Cortex eius interior cicatrices quæ ꝓfanauere aperit Sileris folia illita fronti capitis dolores sedant.eiusdẽ semen tritũ in oleo phthiriaces coercet.Serpẽtes & hunc fruticem refugiunt.baculũq; rustici ob id ex eo gerunt. Ligustrum eadẽ arbor est:quæ in oriente cypros.suos in europa usus habet.Succus eius neruis articulis argoribus:folia ubiq; ueteri ulceri cũ salis mica:& oris exulcerationis prosunt:acini contra phthiriasin: itẽ contra intertrigines.foliaue.Sanant & gallinaceoꝝ pituitas acini.Folia alni ex feruenti aqua certissimo remedio sunt tumori.hederæ genera.xx.demonstrauimus.natura omnium in medicina anceps Mentẽ turbat.& caput purgat largius,pota.neruis intus nocet.iisdem neruis adhibita foris prodest: eadẽ natura quæ & aceto ei est.omnia genera eius refrigerant.Vrinam ciunt potu.Capitis dolorem sedant.præcipue cerebro:continentique,cerebrũ membranæ utiliter mollib⁹ impositis foliis cũ aceto & rosaceo tritis & decoctis addito postea rosaceo oleo.illinuntur autem frõti & decocto eoꝝ so

uetur os: caputq; perungitur. Lyeni & pota & illita ꝓsunt. Decoquũtur & cõtra hortores febriũ: emptionesq; pituitæ aut in uino teruntur: Corymbi quoq; poti uel illiti Lyenẽ sanant: iocinera ãt illiti Trahũt & menses appositi. Succus hederæ tedia nariũ graueolentiamq; emendat præcipue albæ sativæ. idẽ infusus naribus caput purgat. Efficacius addito nitro infunditur etiá purulentis auribus: aut dolentibus cũ oleo. Cicatricibus quoq; decorẽ facit. ad lyenes efficacios albæ est ferro calefactus. Satisq; est acinos sex uini cyathis duobus sumi. Acini quoq; ex eadẽ alba terni in aceto mulso poti tineas pellũt. in uia curatiõe uentre quoq; ipositisse eos utile ẽ. Hederæ: quã chrisocarpon appellauimus: baccis aurei coloris uiginti in uini sextario tritis ita ut terni cyathi potentur: aquã quæ cutẽ subierit: per urinã educit. Erasistratus eiusdẽ acinos. y. tritos in rosaceo oleo. calefactosq; in cortice punico instillauit dentiũ dolori a contraria aure acini qui croci succũ habens: præsumpti potu a scrapula tutos præstant. itẽ sanguinem excreantes aut torminibus laborantes. Hederæ nigræ candidiores corimbi poti steriles ẽt uiros faciunt. illinitur decocta in uino omniũ ulcerum generi: etiam si cacoethæ sint. Lachryma hederæ psilothrũ est: phthirasinq; tollit. Flos cuiuscunq; generis trium digytorum carptu dysentericos & aluũ citam emendat in uino austero bis die pot⁹. & ambustis illinitur utihter cũ cæra. Denigrant capillum corymbi: Radicis succus in aceto potus contra phalangia prodest. Huius quoq; ligni uase splenèticos bibentes sanari inuenio. & acinos terunt. moxq; cõburunt & ita illinunt ambusta prius perfusa aqua calida Sunt qui & incidant succi gratia. eoq; utantur ad dentes erosos: frangiq; tradunt proximis cæra munitis: ne ledantur. Gummi etiá id hedera quærũt. quod ex aceto utilissimũ dentibus promittunt. Græci uicino uocabulo cisson appellant fruticẽ maiorem timo foliis ocimi. Duo eis genera flos masculo rosaceus. fœmiæ albet. ambo prosunt dysentericis & solutionibus uentris in uino austero trinis digytis flore capto. & similiter bis die poto. Vlcerib⁹ ueterib⁹ & ambustis cũ cæra: & se oris ulcenbus. Sub his maxime nascitur hypocistos: quam inter hederas diximus. Cissos erythranos abiisdẽ appellatur similis hædere. coxendicibus utilis e uino potus item lumbis: tantamq; uim accepiunt: ut sanguinẽ urinadetrahunt. Item chamecisson appellant hederam non attolentẽ se a terra. & hæc contusa in uino acetabuli mensura lyeni medetur. Folia ambustis cũ axungia. Smilax quoq; quæ nicophoros cognominatur: similitudinẽ hederæ habet. tenuiorib⁹ foliis Coronã ex eo factã impari foliorũ numero aiunt capitis doloribus mederi. Quidam duo genera smilacis dixere. Alterũ immortalitati proximũ conuallibus opacis scandentem arbores comãtibus acinorũ corymbis contra uenenata omnia efficacissimis. in tantum ut acinorũ succo infantibus sepe instillato nulla postea uenena nocitura sint. alterũ genus culta amare: & in iis gigni nullius effectus. Illam esse smilacẽ priorem. cuius lignũ ad aures sonare diximus. Similem huic aliqui clematida appellauerunt repentẽ per arbores geniculatã & ipsam. Folia eius lepram purgatur Semen aluum solui acetabuli mensura in aquæ hemina ut aqua mulsa. Datur ex eadẽ causa & decoctum eius.

De harundine: & papyro: & hebeno: & rhododendro: de ruse: & erythro: & canchri: & sabina: & selagine: & samulo: & gummi medicinis: Cap. xi.

aut uino totidē.pota.Cadix omnes uentris dolores ſedat in uino:aluumq; purgat. Sanat opiſthotó nú morbum regium.renes ueſicam.Matricem autem & ſtomachum decocta ī uino. Aluumq; ſiſtit. Eſtur etiam contra malúmentis:ſed in medendo.iiii:drachmæ ſatis ſunt.grana nigra auxiliantur & ſuppreſſionibus nocturnis in uino pota quo dictum eſt numero.Stomacho uero & roſionibus &eſſe & illinire prodeſt.Suppurationes quoq; diſcutiuntur.Recentes nigro ſemine:ueteres rubro: utrúq; auxiliatur a ſerpente percuſſis.Et pueris cotra calculos incipiente ſtranguria.Gnaphalion alii chame zelon uocant:cuius foliis albis mollibuſq; pro Tométo uturtur.Sane & ſimilia fút:Datur i uino au ſtero ad dyſenteriam:uent is ſolutiones menſeſq; mulierú ſiſtit.infunditur autē tenaſmo : illinit & putreſcentibus ulceꝝ galedragon uocat xenocrates leucacantho ſimilē paluſtré : & ſpinoſam:caule ferulaceo alto:cui ſummo capite inhæreat ſimile ouo:in hoc excreſcente ætate uermiculos naſci tra dunt:pyxide cōditos adalligari cū pane brachio ad eam partē qua dens doleat:mireq; illico dolorē tolli.ualere non diutius anno & ita ſi terram non attigerit.holcus in ſaxis naſcitur ſiccis.ariſtas hēt in cacumine tenues culmo quale ordeū reſtibile.hæc circa caput adalligata.uel circa lacertú educit e corpore ariſtas.hanc quidam ob id ariſtidam uocant.hyoſiris in tumo ſimilis:ſed minor:& tactu aſ perior.uulneribus contuſa præclare medetur.holoſteon ſine duricia hærba ex aduerſo appellata a græcis.ſicut fel dulce:tenuis uſq; capillaméti ſpeciē.longitudine quattuor digytoꝝ ceu granē ſolijs anguſtis aſtringens guſtu.naſcitur in collibus terrenis.uſus eius ad conuulſa rupta in uino pota.uul nera quoq; conglutinat.nam & carnes concoquútur addita.hypopha ſton naſcitur in ſpinis.ex qui bus fiunt æneæ fulloniæ:ſine cauliculo:ſine flore:capitulis tátú inanibus:& foliis paruis:multis:her bacei coloris:radiculas habens albas :molles.Succus earū exprimitur æſtate ad ſoluendā aluútribus obolis:maxime in comitialibus morbis:& tremulis:hydropicis.Contra uertigines:orthopnoeas:pa ralyſeis incipientes.

De hypogloſſa:& hypeco:idæa:iſoſphyro:latyri:leōtopetalo lirapſo:litoſpermo.lapide uulga ri:de limeo leuco. Cap:xi.

Ypogloſſa folia habet figura ſilueſtris myrti concaua ſpinoſa:& ī iis ceu linguas folio pa uo exeunte de foliis:Capitis dolorē corona ex iis impoſita minuit.hypecoon in ſegetibuſ naſcitur.foliis rutæ.natura eius eadem quæ papaueris ſuco.Idæa hærbæ folia:ſút quæ oxy myrſinæ ad hæ rent his uelut pampini in quibus flos ipſa aluū menſeſq; & omnem abundantiā ſan guinis ſiſtit:Spiſſandi coibendiq; naturā habet .iſopyron uocāt aliqui phaſiolū:quoniā foliū quod eſt aniſo ſimile in pampinos torquetur:Capitula ſunt in ſummo caule tenui:plena ſeminis melāthii Cōtra tuſſim & cætera pectoris uitia ex melle & aqua mulſa itē iocineri utiliſſima. lathyris folia hēt multa lactucæ ſimilia tenuiora germina multa:in quibus ſemen tuniculis continet ut capparis quæ eú inarueſ eximútur grana.piperis magnitudine.candida.dulcia:facilia purgatu.hæc uirena in aqua pura aut mulſa pota hydropicos ſanāt.trahūt & bilé.Qui uehementius purgari uolunta ū folliculis ipſis ſumunt eā:ſtomachū lædunt.itaq; inuentū eſt ut cū piſce aut iure gallinacei ſumerent.Leonto petalon alii rhapeion uocant folio braſſicæ:caule ſemipedali.alæ multæ ſemen in cacumine in ſili quis ciceris modo.Radix rapæ ſimilis.grandis:nigra.naſcitur in aruis.Radix aduerſatur omniū ſer pentiú generibus ex uino pota nec alia res celeriꝰ proficit.datur & iſchiadicis.lycopſis lōgionbꝰ q̄ lactuca eſt foliis craſſioribuſq;.Caule longo hirſutis adnatis multis cubitalibꝰ.flore paruo.purpureo naſcit in cāpeſtribus.illinitur cū farina hordeacea igni ſacro.Sudorē in febribus mouet ſucco aquæ calidæ admixto.inter oēs hærbas lithoſpermo nihil eſt mirabilius.aliqui hegonichon uocant.alii dipſpyron:alii heraclion.hærba quincūcialis fere foliis duplo maioribus q̄ rutæ:ramulis ſurculoſis craſitudine iunci.Gerit iuxta folia ſingulas ueluti barbulas & eaꝝ in cacuminibus lapillos candore: & rotūditate argaritaꝝ magnitudine ciceris.Duritia uero lapidea.ipſi qua pediculis adhæreāt cauet nulas hēnt & intus ſemen.naſcitur & in italia.ſed laudatiſſimū in cræta.nec quicq̄ inter hærbas ma iore quidē miraculo aſpexī.Tantus eſt decor uelut aurificū arte alterīs inter folia cādicant bꝰ mar garitis tā exquiſita difficultas lapidis ex hærba naſcentis.Iacere atq; hūi ſerpere auctores tradūt.ego uulſam nō hærentem.uidi.iis lapillis drachmæ pondere potis uino albo calculos frangi pellitq; cō ſtat.& ſtrāguriā diſcuti neq; in alia hærbaꝝ fides eſt.Viſus ſtatim adquācunq; medicinā nata ſit:eſt autē eius ſpecies ut ēt ſine auctore uſus ſtatim noſci poſſit.lapis uulgaris iuxta flumina fert muſcū ficeū canum. Hic fricatur altero lapide addita hominis ſaliua.illo lapide tangitur impetigo.Qui tā git dicit:pheugete cāthariđes lychos agrios hymas dioci limeū hærba appellaſ a gallis.qua ſagitas in uenatu tingūt medicamento.qđ uenenū ceruariū uocant.ex hac in tres modios ſalinati adiē quā tū in una ſagitta addi ſolet.ita offa dimittitur in boū faucibus in morbis.Alligari poſtea ad p̄ſepia oportet donec putgēt inſanire enim ſolēt.Si ſudor inſequtur aq̄ frigida pſúdi mercuriali ſimilis no

Qui uehementius.

men ex causa accepit per mediũ foliũ candida linea transcurrente. Quare mesoleucon quidã uocãt. Succus eius fistulas sanat. ipsa contrita carcinomata. fortassis eadẽ sit quæ leucas appellatur. Contra omnia marina uenena efficax. Speciem eius auctores non tradunt: nec aliud q̃ silueſtrem latioribus foliis esse efficaciorem hanc semine acriore. leucographis qualis esset scriptũ nõ reppi: Quod & magis miror: quoniã utilis proditur sanguinem excreantibus tribus obolis cũ croco. itẽ cœliacis trita aqua & apposita profluuio fœmina. oculoꝝ quoq; medicamentis. Et explendis ulceribus quæ fiũt i teneris partibus corporis.

De medio: & myosota: & myagro: & natrice: & othõe: & onosma: & onopordo: & oxyri: & oxye: & batrachio. & polygono: & leucanthemo: & plythema: & phyllo: & phelládrio: & phuleri & polyrhizo: & proserpinaca: & de rhecoma: de reseda & stoechade. Cap. xii.

Seridis Dioſc.

Edion folia habet iridis satiuæ: caulem tripedalem: & in eo florem grandẽ purpureũ rotũdũ semine minuto: radicem semipedalẽ. in saxis opacis nascitur. Radix drachmis .ii. cum melle menses fœminarũ sistit eclegmate per aliquot dies sumpto. Semen quoq; i uino tritum contra abundantiam fœminarũ datur. Myosota siue myosotis leuis hærba: caulibus pluribꝰ ab una radice aliquatenus rubentibus concauis ab imo: foliis angustis oblongis: dorso acuto nigris piterualla assidue geminantis & tenuibus cauliculis ex alis prodeuntibus. flore cæruleo. Radix digytali crassitudine multis capillamẽtis fibrata. uis ei stiptica & exulceratrix. ideoq; ægilopas sanat. tradunt ægyptii mensis quẽ thiatin uocan: die. xxvii. fere in augusto mense incurrente. si quis huiꝰ hærbæ succo inungat mane piusq; loquatur nõ lippituꝝ eo anno. Myagros hærba ferulacea ẽ foliis similis rubiæ tripedanea. Semẽ oleosũ: quod & fit ex eo. medetur oris ulceribus perunctis hoc succo. hærba q̃ uocat nigina tribus follis longis intubaceis illita. cicatrices ad colorẽ reducit. natrix uocat hærba cuius radix euulsa uirus hirci redolet. Hac in piceno a fœminis abigũt: quos mira persuasione fatuos uocant. ergo species lymphantiũ hoc mõ animoꝝ esse credimus. qui tali medicamento inuenitur. odonties inter fœni genera est: cauliculis densis ab eadem radice geniculatis trilãgulis nigris geniculis folia parua hẽt longiora tamen q̃ polygonon. Semẽ in alis hordeo simile. florẽ purpureũ pusilliũ. Nascitur in pratis. Decoctũ cauliculoꝝ eius in uino austero quantum mãnus capiat: dentiũ dolori medetur: ita ut contineatur ore. Othõe in syria nascitur. similis erucæ perforatis crebro foliis flore croci: quare quidam anemones uocauerunt. Succus eius oculorũ medicamentis cõuenit. Mordet enim leuiter & excalfacit astringitq; siccando. purgat cicatrices & nubeculas. & quicq̃d obstat. q dã tradunt lauari: atq; ita siccatam digeri in pastillos. onosma longa folia hẽt fere ad tres digitos in terra iacentia tria ad similitudinem ancuse incisa sine caule sine flore sine semine. prægnans si edat eã aut sup gradiatur: abortũ facere dicitur. onopordon si comederint asini. crepitus reddere dicũtur Trahit urinas & menses. Aluum sistit suppurationes & collectiões discutit. osiris tamulos fert nigros tenues lentos & in iis folia nigra ceu lini Semenq; in ramulis nigrũ initio. colore mutato rubescẽs. Smegmata mulieribus faciunt ex iis radicũ decoctũ potũ sanat arquatos. Eædem priusquã maturescat semen: concisæ & sole siccatæ aluũ sistunt. post maturitatẽ uero collectæ & in sorbitiõe decoctæ rheumatismis uentris medentur: & per se tritæ ex aqua cælesti bibũtur. oxis folia terna hẽt. Datur ad stomachum dissolutum. Edunt & qui entérocelon habent. polyanthemũ. quã quidã batrachion appellant: caustica ui exulcerat cicatrices. & colorem reducit. adẽq; utiligines concorporat polygonon græci uocant quã nos sanguinariã: non attollitur a terra foliis rutæ similis gramini. succus eiꝰ ifusus naribus supprimit sanguinẽ. & potus cũ uino cuiuslibet partis profluuiũ excreatiõesq; cruẽtas ihibet. Qui plura genera polygoni faciunt: hanc marẽ intelligi uolunt. appellariq; a multitudine seminis. aut densitate fruticis calligonon. Alii polygonon a frequẽtia geniculoꝝ. alii athalida: alii carcinathroalii clema: multi myrtopetalon. nec nõ iueniũtur q hãc fœminã eẽ dicãt. Marẽ ãt maiorẽ minusq; nigrã & geniculis densiorẽ. semine sub oĩbus foliis turgescentẽ. Quocũq; hæc mõ se habeant: uis earum est spissare ac refrigerare. Semine aluũ soluũt largius sumpto. Vrinã ciẽt. Rheumatismos cohibent: Qui si nõ fuere: nõ prosunt. Stomachi feruori folia imponũtur Vesicæ dolori illinũtur & ignibus sacris. Succus & auribus purulentis instillatur. & oculoꝝ dolori p se. Dabatur & in febribus ante accessiones duobus cyathis in tertianis quaternisue p̃cipue. item cholericis dysenteriis. & i solutione stomachi. Tertiũ genus oreon uocatur in montibus nascens. arundini tenere simile. uno caule. densis geniculis. & in se fractis. foliis ãt piceæ. radicis superuacuæ. inefficacius q̃ supioris peculiare ischiadicis. Quartũ genꝰ silueſtre appellatur pene arboris frutice radice lignosa stirpe cedri rubicũdo. Ramis sparti binũ palmoꝝ nigris geniculoꝝ ternis quaternisq; articulis. huic quoq; spissadi natura Sapor mali cõtõei. Decoquẽt in aq̃ ad tertia. aut aridi farina insp gi. ẽ & oris ulceribꝰ. & atritis partibꝰ ꝓpter gingiuaꝝ uero uitia ipsa cõmãducat. nomas sistit. oĩaq; q̃ serpũt aut difficilem

Poligonaton

cicatricem habent.priuatim uero ſanat a niue facta ulcera.hærbarii & ad anginas utuntur illa.Et i capitis dolore coronam ex ea iponunt.& contra epiphoras collo circundant.in tertiáis quidē ſiniſtra manu euulſam adalligant:adeo contra profluuia ſangunis.nec ullā magis aridam q̄ polygonū ſeruant.pancration aliqui ſcyllam puſillā appellare malūt: foliis albi lilii longioribus craſſioribuſq;. Radice bulbi magni colore rufo.aluū ſoluit ſuccco cū farina erui ſumpto.ulcera purgat. Hydroicis ſplenicisq; eū melle datur.Alii decoquunt eam donec aqua dulcis fiat.eaq; effuſa radicem terentes digerunt in paſtillos ſole ſiccatos:& poſtea utuntur ad capitis ulcera:& cætera quæ repurganda ſunt ītem ad tuſſim quantū tribus digytis apprehenderint:in nino dantes.& ad lateris dolores aut pipneumonicis eclegma dantes.propter iſchiada in uino bibendū.& propter tormina menſeſq; ciēdos peplos:quā aliqui ſychem.alii meconion aphrodes nocant ex una radice tenui frutificat:foliis rute paulo latioribus ſemine ſub foliis rotundo:minorus cādido q̄ papaueris.iter uites fere colligit meſſibus.Siccaturq; cū fractu ſuo ſubiectis aquis:in quas excidant poro aluus ſolnitur. Bilis ac pituita detrahiturq; media potio eſt acetabuli mēſura i aquæ mulſæ heminis tribus & cibis inſpergit obſoniiſq; ad moliendā aluū.periclymenos fruticat & ipſa ex intervallo duo folia habēs ſubcādida mol
Dioſc. lia.in cacumine autē ſemen inter folia durū:& quod difficile euellatu :naſcitur in aruis ac ſepibus conuolens ſe adminiculis quibuſcunq;.Semen eius in umbra ſiccatū tunditur:& in paſtillos digerit Iii reſoluti dantur in uini albi cyathis tribus tricenis diebus ad lyenem:eumq; urina cruēta aut paluū abſumit.quod intelligitur a decimo ſtatim:die.urinā cient & folia decocta:quæ & & orthopnoicis proſunt.partū quoq; adiuuant ſecūdaſq; pellunt pota ſimili modo pelecinū in ſegetibus diximꝰ naſci fruticoſam:cauliculis foliis ciceris.Semen ſiliquis fert corniculoꝝ mo adūcis ternis quaternis ue.quale git nouimus amarum ſtomacho utilem. Additur in antidotis.polygala palmi altitudinem petit:in caule ſummo foliis lenticulæ:guſtu aſtricto quæ pota lactis abundantiā facit.poterion aut ut alii uocant phryuion uel neruas.large fruticat:ſpinis retorrida:lanugine ſpiſſa:foliis paruis: rotūdis ramulis:longis:mollibus:lentis:tenuibus:flore longo:herbacei coloris:ſeminis nulli uſus.ſed guſtu acuto & odorato:inuenitur in aquoſis collibus.Radices habet duas. aut tres binū cubitorum in altitudine neruoſas candidas firmas.Circunfoditur autumno & præciſo frutice. Dat ſuccum gummi ſimilem.Radix mira uulne rībus ſanandis traditur:præcipueq; neruis ūel præciſis illita.Decoctū quoq; eius cū melle potū diſſolutiones nemorum & firmitates & inciſuras iuuat.phālāgites a quibuſdā phalangion uocatur.ab aliis leucanthemon:uel ut in quibuſdam exemplaribus inuenio leucantha. Ramuli ſunt e nunquaā pauciores duobus in diuerſa tendentes.flos candidus lilio rubro ſimilis.ſemine nigro:lato:ad lenticulæ dimidiæ figuram multo tenuiore:radice hærbace coloris.huius folio uel flore uel ſemine auxiliantur contra ſcorpionū phalangioꝝq; & ſerpentiē ictus.item cōtra tormina.phyteuma qualis ſit deſcribere a ſupuacuā habeo.cū ſit uſus eius tantū ad amatoria.phyllō a græcis uocaſ hærba in ſaxoſis montibus fœmina magis hærbacei coloris:caule tēui radice parua: ſemine rotūdo.papaueri ſimili.Hæc ſui ſexus facit partus.mares aūt ſemine tātū differunt:quod ē īcipiē
Qui uehe te olina.utrūq; bibiſ in uino.phellandrion naſcitur in paluſtribus.folio apii.Bibitur ſemē eiꝰ ꝓpter
mentius. calculos & ueſicæ incōmoda phalaris thyrſum hēt longū tenuē ceucalamū in ſummo flore inclinatū Semē ſimile:Seſamæ. Et hoc calculos frangit potū ex uino uel aceto uel cū melle & lacte.itē etiā uitia ueſicæ ſanat.polyrrhizon folia habet myrti:radices multas. hæ thuſe dātur in uino cōtra ſerpētes.proſūt.& quadrupedibus.proſerpinaca hærba uulgaris eſt ēximi aduerſus ſcorpiones remedi eadē cōtrita aditā muria & oleo anginā eximie curari tradūt.preterea in quātalibet laſſitudie recreari deſeſſos:deſeſſos.etiā cū obmutuerit:ſi ſubiiciaſ līguæ ſi deuoreſ:uomitionē ſequi ſalutarē. rheco ma affertur ex iis q̄ ſupra potū ſunt regiōibꝰ.radix coſto nigro ſimilis mior & rufior paulo ſine odore:calfaciēs guſtu & aſtringēs.eadē itrita uini colorē reddit ad crocū inclinātē.illita collectiōes inflāmationeſq; ſedat.uulnera ſanat.epiphoras oculoꝝ ſedat ex paſſo illita.iſigunita cū melle.& alia liuētia ex aceto farina eius inſpergitur cōtra cacoethe & ſanguinē reiicientes drachmæ pōdere in aq̄ Dyſentericis etiā & cœliacis ſi febri careant in uino.Sin aliter ex aqua.Facilius teritur nocte antecēdēte madefacta:datur & decoctū eius bibendū duplici menſura ad rupta conuulſa.contuſis ex ſublimi deuolutis.ſi peccoris ſint dolores additur piperis aliqd & myrrhæ.Si diſſolutio ſtomachi ex frigida aqua ſumitur.ſiue iuxtus ſiue extra purulētis excreationibus.itē epatici. ſpleneticis: iſchiadicis da renū uītia ſuſpiria orthopnoeas.arteriæ fcabricias ſanat ex paſſo tribꝰ obolis potius trita:aut decoctū eius.lichenas quoq; ex aceto impoſita purgat.Bibitur contra inflationes:& perfricationes. febres frigidaſ.ſingultꝰ tormina.aſperitates.capitis grauitates.melācholicas uertigines laſſitudinē. dolores & cōuulſiōes.Circa ariminū nota.ē hærba q̄ reſedā uocāt.diſcutit collectiōes.iflāmatiōeſq; oēs.Qui curāt ea.addunt hæc hærbe.Reſeda morbos reſeda ſciſne ſciſne quis hic pullos gerit.tadi

ces nec caput nec pedes habeant.hæc ter dicunt:totiensq; despuunt.Stoecas i insulis tantũ eiusdem nominis gignitur odorata hærba:coma hysopi:amara gust⁹.mẽses cit potu:pectoris dolores leuat. Antidotis quoq; miscetur.

De solano:& smyrnio:& thelephio:& thricomanæ:& thalictro.& thaspe:& tragonia:& trogõi:& tragolagano: & tragologo: & spodile.Et q̃ quidã morbi in quibusdã non sunt gentibus. Cap:xiii.

Olanũ græci strychnon uocant:ut tradit Cornelius Celsus.huic,uis reprimendi refrigerãdiq;.Smyrnion caulẽ habet apii:folia latiora:& maxime circa stolones multos:quorum ã sinu exiliunt pinguia ad terram'infracta:odore medicato cũ quadam acrimõia iucũda colore:luteũ languescente:capitibus cauliũ orbiculatis ut apii semine rotundo:nigro: qui arescit incipiente æstate.Radix quoq; odorata:gustu acri mordet:succosa:mollis:Cortex eius foris niger.intus pallidus.odor myrrhæ habet qualita.unde & nomen.nascitur & in saxosis collibus i terrenis. Vsus ius excalfacere.extenuare.Vrinam & menses ciunt folia & radix.Aluũ semen sistit. Radix collectiones & suppurationes non ueteres.item duricias discutit illita.prodest & contra phalãgia ac serpẽtes admixto cachry aut polline aut mellysophyllo in uino pota:sed perticulati:quoniã uniuersa uomitionẽ mouet.Qua de causa aliquando cũ ruta datur.medetur tussi & orthopnoeæ semen uel radix. i tẽ thoracis aut lyenis & renũ & uesicæ uitiis.Radix aũt ruptis conuulsis.partus quoq; addiuuat:& secũdas pellit.Datur ischiadicis cũ crethmo in uino.Sudores ciet & ructus.deo inflationẽ stomachi discutit:uulnera ad cicatricẽ pducit.exprimitur succus radicis utilis & fœminis & thoracis.p̃cordioñũq; desideriis.Calfacit enim & concoquit & purgat.Semẽ peculiariter hydropicis datur potu: q̃bus & succus illinitur & malagmate cortice arido.Et ad osonia utuntur cũ mulso & oleo & garo maxie in elixis carnibus simul concoctiones facit Sapore simillima piperi.eadẽ in dolore stomacho efficax.Telephion portulacæ similis & caule & foliis.Rami a radice septeni octoniq; fruticãt.foliis crassis:carnosis.nascitur in cultis & maxime iter uites.illinitur lentigini:& cũ inaruit:teritur. illinitur & uitiligini:ternis fere mensibus senis horis noctis aut diei:postea farina hordeacea illinitur.medetur & uulneribus.& fistulis.Thricomanes adiantho similis.est exilius mõ:nigriusq; foliis lenticulæ densis:amaris aduersis in se.Decoctũ eius strangurias sanat i uino albo potũ.addito cymino rustico. Succus cohibet capillos defluentes.aut si effluxerint reparat.Alopeciasq; densat tritũ & oleo illitũ. Sternutamenta quoq; gustatu mouet.Thalictrũ folia coriãdri hẽt.pinguiora paulo.caulẽ papaueris.nascitur ubiq;.p̃cipue in.campestribus.medẽtur ulceribus'folia cũ melle.Thlaspe duum generum est angustis foliis digytali longitudine & latitudine in terram uersis in cacumine diuisis:cauliculo sẽipedali non sine ramis peltarũ specie.semine incluso lenticulæ effigie.nisi q̃ infringitur.unde nomẽ flos albicat.nascitur in semitis & sepibus Semen asperi gustus.Bilem & pituitam utrinq; extrahit. modus sumendi acetabuli.mensura.prodest & ischiadicis'infusum.donec sanguinẽ extraha. Mẽses quoq; cit sed partus necat.Alterũ thlaspen aliqui perficũ napy uocant latis foliis.radicibus magnis Et ipsum utile ischiadicoꝝ infusioni:prodest & inguinibus utrũq;.præcipitur ut q̃ colligit.dicat sumere se cõtra inguina.& oẽs collectiones:& contra uulnera.unaq; manu tollat.Tragõia hærba qualis sit non traditur.Credo⁹ & falsum esse promissum.Democriti.Portentosum enim est adalligatam triduo absumerre lyenes.Tragonis.siue tragion nascitur in creta tantũ isula in maritimis.iunipero similis.& semine & folio'ramis.Succus eius lacteus in gummi spissatus uel semẽ impositione spicula e corpore eijcit.Tunditur recens.& cũ uino illinitur aut siccæ farina cũ melle.Eade lactis abũ dãtiã facit:mammisq; unice medetur ẽ & alia hærba tragos:quã aliqui scorpion uocant.semipede alta fruticosa.sine foliis pusillis racemis rubentibus grano tritici acuto cacumine.& ipsa i maritimis nascẽs huius ramoꝝ .x.aut.xii.cacumina trita ea uino pota cæliacis dysentericis:sanguinẽ excreantib⁹ mẽsiumq; abundantiæ auxiantur.est & tragopogon.quẽ alii comen uocant Caulem habet paruum.foliis croci.radice longa dulci.super caulem calice.lato.nigro nascitur in asperis sine usu & de hærbis quidẽ memoria digna hactenus.aut accepimus.aut cõperimus:in fine earũ admonere nõ ab re iudicamus.aliis alias uiriũ ætates esse longissimo tempore durat elateriũ.ut diximus.Chameleon niger xl.annis.Centauriũ non ultra duodecim.peucedanũ & aristolochia ac uitis siluestris anno in umbra seruantur.Et animalium quidem cæteroꝝ nullum aliud radices a nobis dictas attingit. excepta spondile.quæ omnes persequitur.genus id serpentis est:ne illud quidem dubitatur: omniũ radicũ uim effectusq; minui si fructus prius matuescant. tem seminũ ante radice propter succũ incisa.Resoluitur autẽ omniũ uis consuetudine & desinunt prodesse cũ opus est:quæ quottidie in usu fuere: æque q̃ nocere.omnes uero hærbæ uehementiores effectu uiribusq; sunt in frigidis locis:& in aquilonis.itẽ siccis.Sunt & gentiũ differentiæ non mediocres.Sicut accepimus de tineis lumbricisq; in esse ægypti arabiæ syriæ Ciliciæ populis.e diuersõ græciæ phrygiæ omnino nõ nasci.min⁹ id miꝝ

Ancthi Dioſc

Thlaſpi

Aristolochia. y.aut vi.uitis

Thraciæ Theophr. q̄ ꝙ in cōfinio atticæ boeotiæq; thebanis innaſcuntur.cū abſint athenienſibus.Quæ cōtēplatio aufert nos ad ipſoꝝ animaliū naturas ingenitaſq; iis uel certiores morboꝝ omniū medicinas rurſus. Enimuero rerum omniū parens nullum animal ad hoc tantum ut pāſcereturaut alia ſatiaret naſci uoluit.Quin artes ſalutares iſeruit& uiſceribus .Quippe cū ſurdis etiā rebus inſeruerit.Tū uero illa animæ anxilla p̄æſtantiſſima ex anima alia eſſe uoluit contemplatione ante cuncta mirabili.

CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER. XXVIII. PROOEMIVM.

De Medicinis ex animalibus. Cap.i.

Iætæ erant omniū rerum naturæ inter cælum ac terram naſcentiū : reſtabantque quæ ex ipſa tellure fodiuntur.ſi non hærbarum ac fruticū tracta remedia auferrent:tranſuerſos ex ipſis animalibus quæ ſanantur reperta maiore medicina.Qui ergo dixius hærbas & floꝝ imagines:ac pleraq; Inuentu rara difficilia.iidem tacebimus:quid in ipſo homine proſit homini:cæteraq; genera remedioꝝ inter nos uiuentia:cū preſertim niſi carenti doloribus morbiſq;uita ipſa pœna fiat. Minime uero:Quin omnē inſumemus operam.licet faſtidii periculū urgeat:quando ita decretum eſt minoré gratiæ q̄ utilitatem uitæ reſpictū habere.Quinimmo externa quoq; & barbaros etiam ritus indagabimus.fides tantū auctores appellet.Quanquā & ipſi conſenſu proprii iudicii ita elige re laborauimus:potiuſq; curæ rerū.quam copiæ inſtitimus:illudadmonuiſſe perq̄ neceſſarium eſt: dictas iam a nobis naturas animaliū:& quæ cuiuſq; eſſent inuenta.neq; enitu minus profuere medicinas reperiendo:quā profunt præbendo.nunc quæ in ipſis auxilientur indicari.neq; illic in totum omiſſa itaq; hæc eſſe q̄dā alia:illis tamē.connexa.incipiemus autē ab homine ipſum ſibi exquirētes immenſa ſtatim difficultate obuia.Sanguinē namq; gladiatoꝝ bibunt.ut bibentibus populis procul ſint comitiales morbi.Quod ſpectare,facientes eadem harena feras quoq; horror eſt. at hercule illi ex homine ipſo ſorberi efficaciſſimū putāt calidū:ſpirantemq;. & una ipſam animam ex oſculo uulneꝝ cū e plagis hunc ne ferarū quidem admoueri ori fas ſit humano.Alii medullas crurū querūt & cerebrū iſautiū.nec pauci apud græcos ſinguloꝝ uiſcerum membroꝝ etiam ſapores dixere. omnia perſecuti uſq; ad reſegmina unguium.Quaſi uero ſanitas uideri poſſit feram ex homie fieri.quin morbo dignū non ipſa medicinæ gratia: egregia hercule fruſtratione ſi non proſit.Aſpici humana exta nefas habetur:quātomagis mandi.Quis iſta inuenit oſtenta:Tecum enim res erit euerſor iuris. humani.monſtrorūq; artifex:qui primus ea condidiſti.Feciſti credo ne uita tui obliuiſceretur.Quis inuenit ſingula mēbra humaua mandere:Qua coniectura inductus quā poteſt medicina iſta originē habuiſſe:quis ueneficia innocenciora effecit q̄ remedia:eſto barbari externiq; ritus inueneriut.etiam ne græci ſuas fecere has artes:Democriti extant comentationes ad alia noxii hominis & ex capite oſa plus ꝓdeſſe:ad alia amici & hoſpitis.iam uero ui interēpti dente gigiuas i dolore ſcarificari:Apoloniusefficaciſſimū ſcripſit.miletus oculoꝝ ſuffuſiones felle hoīs ſanari.artemō calua iterfecti igneq; cremati propinauit aquam e fonte noctu comitialibus morbis:ex eadē ſuſpendio interēpti catapotia fecit contra canis rabidi morſus antheus.atq; etiā quadrupedes homines ſanare:cōtra inflationes boū perforatis cornibus inſerentes oſſa humana.ubi homo occiſus eſſet aut crematus ſiliginē q̄ pernoctaſſet: ſuū morbis dando.procul a nobis noſtriſq; litteris abſint iſta.nos auxiiia dicem⁹ nō piacula Sicubi lactis puerperaꝝ uſus mederi poterit:ſicubi ſaliua tactuſue corporis cæteraq; ſimilia. uitam quidē non adeo extendendū cenſemus:ut quoquomodo pertrahenda ſit:q̄ſquis es talis æq; moriere etiā cū obcenus uixeris aut nefandus.quapropter hoc primū quiſq; i remediis animi ſui habeat:ex oībus bonis q̄ hómini tribuit natura.nullū melius eſſe tēpeſtiua morte.in eaq; id optimū quod illā ſibi quiſq; p̄æſtare poterit.

Caluaria

An ſit in medendo aliqua uis uerboꝝ & ſanari & depelli. Cap.ii:

Xhomine remedioꝝ primum maxime quæſtionis &:ſemper incertæ eſt:ualeāt ne aliquid uerba & incantamenta carminū.quod ſi uerū eſt homini acceptū fieri oportere conueniet Sed uirium ſapientiſſimi cuiuſq; reſpuit fides.in uniuerſum uero omnibus horis hominis credit uita nec ſentit.quippe uictimas cædi ſine præcatōe non uidetur referre:nec deos rite conſuli. præterea alia ſunt uerba impetrantis:alia depulſoris:alia cōmentationis.uidimuſq; certis p̄catiōib⁹ obſecraſſe fūmos magiſtratus.& ne quid uerboꝝ prætereatur aut præpoſterum dicatur : de ſcripto præire aliquem.Rurſuſq; aliū cuſtodem dari qui attendat:alium uero præpōi:qui faueri linguis iubeat tibicinem cauere.ne quid aliud exaudiatur.utraq; memoria inſigni:quotiens ipſæ diræ obſtre

Incātatiōnis uel cō mētatiōis

pentes nouerint:quotiensue præcatio errauerit.Sic repẽte extis adimi capita uel corda:aut geminari uictima stante acciderit Duratq; immenso exemplo Deciorum patris filiiq; quo se deuouare carmen. Extat.Tuciæ uestalis icestæ precatio:qua usa aquã tulit in cribro:anno urbis romæ.dc.nono. Boario uero in foro græcũ græcamq; defossos aut aliaꝝ gentiũ:cum quibus tum res esset:etiã nostra ætas uidit.Cuius sacri precationẽ qua solet præire quindecemuirũ collegii magister:siquis legat ꝓfecto uim carminũ fateatur.Et omnia approbãtibus octingentorum.xxx.annoꝝ euẽtibus.Vestales nostras hodie credimus nondũ egressa urbe mancipia fugitiua retinere in loco precationis.Quod si semel recipiatur ea ratio:& deos preces aliquas exaudite:aut ullis moueri uerbis.confitendũ sit de tota cõiectatione.Prisci quidem nostri perpetuo talia prodidere.Difficillimũq; ex iis etiã fulmina elici ut suo loco docuimus.L.Piso primo annalium auctor est Tullum Hostillium regem ex Numæ libris eodẽ quo illum sacrificio iouem cælo deuocare conatũ:quoniã parum ritæ quædam fecisse fulmine ictum.Multi uero magnaꝝ rerum fata & ostenta uerbis permutari.Cũ enim in tarpeio fodiẽtes delubro fundamenta caput humanum inuenissent:missis ob id a senatu legatis hetruriæ celeberrimus uates. Olen⁹ Calenus præclarum id fortunatũq; cernens:interogatione in suã gentem transferre tentauit: scipione prius determinata templi imagine in solo ante se Hoc ergo dicitis romani hic templũ iouis optimi maximi futurũ est.Hic caput inuenimus.Constãtissima annaliũ affirmatione transiturum fuisse tum in æthruriam:ni præmoniti a filio uatis legati romani respondissent:non plane hic sed romæ inuentũ caput dicimus.Iterum hic accidisse tradunt cũ in fastigium eiusdẽ delubri præparatæ quadrigæ fictiles in fornace creuissent.Et iterũ simili modo retentũ auguriũ.Hæc satis sint exemplis:ut appareat ostentorũ uires & in nostra potestate esse:ac prout quæq; accepta sunt ita ualere. In augurium certe disciplina constat:neq; diras aues:neq; ulla auspicia pertinere ad eos:qui quãq; rem ingrediẽtes obseruare se ea nauigauerint.Quo munere diuinæ indulgentiæ maius nullũ est.Quin etiam & legũ psarum.in.xii.tabulis uerba sunt:qui fruges excantasset.Et alibi.Quin malũ carmẽ incantasset.Veririus Flaccus auctores ponit:quibus credat:in oppugnationibus ante omnia solitũ a romãis sacerdotibus euocari deum:cuius in tutela id oppidũ esset:promittiq; illi eũdem aut ampliorem locũ apud romanos cultumue.Durat in pontificum disciplina id sacrum.Cõstatq; ideo occultatũ : in cuius dei tutela roma esset:ne qui hostium simili modo agerent.Defigi quidem diris deprecationibus nemo non meruit.Huc pertinet ouorum:ut exorbuerit quisq; calices cochlearũq; protinus frangi:aut eos⁹ dẽ cochlearib⁹ perforari.Hinc Theocriti apud græcos:Catulli apud nos:proximeq; Virgilii incantamẽtoꝝ amatoria imitatio.Figlinaꝝ opera multi rumpi credunt tali modo.Nõ pauci etiã serpẽtes ipsos recãtari.Et hunc unũ esse ipsis intellectũ:contrahiq; marsoꝝ cantu etiã in nocturna quiete.Etiã parietes incendioꝝ deprecationibus cõscribuntur.Neq; est facile dictu:externa uerba atq; ineffabilia derogent fidem Validius an latina inopinata:& quæ ridicula uideri cogit animus semper aliqd imẽsum expectans ac dignũ deo mouẽdo:immo uero qd numini imperet.Dixit Homerus ꝓfluuiũ sanguinis uulnerato fœmine Vlyxem nihibuisse carmĩe.Theophrastus ischiadicos sanari. Cato ꝓdidit luxatis membris carmen auxiliari.M.Varro podagris Cæsarem dictatorẽ post unũ ancipitẽ uehiculi casũ fuerunt semper ut primũ consedisset(id quod pleroscq; nunc facere scimus)carmine ter repetito securitatẽ itinerũ aucupari solitũ.Licet hanc in partẽ singuloꝝ quoq; conscientiã coarguere: Cur enĩ primũ anni incipientis diẽ lætis præcationibus inuicẽ faustũ ominamur.Cur publicis lustris etiã nouenas uictimas ducentium prospere legimus.Cur & fascinationibus adoratione peculiari occurrim⁹ Alii græcã nemesim inuocantes:cuius ob id romæ simulacrũ in capitolio est:quãuis latinum nomen non sit.Cur ad mentionem defunctoꝝ testamur memoriã eoꝝ a nobis non sollicitari.Cur impares numeros ad omnia uehementiores credimus.Idq; in febribus dierum obseruatiõe intelligi.Cur ad primitias pomorũ hæc uetera eẽ dicimus:alia noua optamus.Cur sternutamentis salutamus. Quod ẽt Tyberium Cæsarem tristissimũ(ut constat)hominum in uehiculo exigisse tradunt.Et aliq nomine quoq; consalutare religiosius putant.Quin & absentes tinnitu aurium præsentire sermões de se receptum est.Attalus affirmat scorpione uiso si quis dicat duo:cohiberi nec uibrare ictus.& quoniã scorpio admonuit in africa nemo destinat aliquid:nisi præfatus africam.In cæteris uero gentibus deos ante obtestatur ut uelint.Nã si mens adsit:nullum ponere translatiũ uidebimur:quoniã multas ẽt pollere religiões manifestũ est.Alius saliua post aurẽ digyto relata:sollicitudinem animi propitiat. Pollices cũ faueamus:ptemere ẽt prouerbio iubemur.In adorando dextrã ad osculum referimus:totũq; corpus circũagimus.quod in leuũ feciss galliæ religiosius credũt.Fulgetras poppysmis adorat cõsensus gẽtiũ est.Incẽdio inter epulas noiato aquã sub mẽsa ꝓfũdi abominatur.recedẽte aliquo ab epulis:simul uerri solũ.Aut bibẽte cõuiua mẽsa uel repositoriũ tolli inuspicatissimũ iudicatur.Serui Sulpitii principis uiri cõmentatio est:quãobrẽ mẽsa linquẽda nõ sit.Nõdũ enim plures quã cõuiuæ

ꝓspera eligim⁹

Tribue

numerabantur.Nam ſternutamento reuocari ferculũ menſa mue:ſi nõ poſtea guſtetur aliquid inter dira habetur.Omnia aũt eſſe hæc inſtituere illi:qui oĩbus negociis horiſq; intereſſe credebant deos. Et ideo placatos etiã uitiis noſtris reliquerũt.Quin & repente conticeſcere conuiuium adnotatũ eſt: non niſi in pari præſentiũ numero:quaſi in re fame labor eſt:ad quẽcunq; eorum pertinens. Cibus ẽt e manu prolapſus red debatur.Atq; per menſas uetabantur mundiciæ cauſa deflare.Et ſunt condita auguria quid loquenti cogitanti ue id acciderit:inter execratiſſima.Si pontifici accidat ditis cã epulãti:in menſa utiq; id reponi adoleriq; ad latem piato eſt.Medicamenta prius quã adhibeant in menſa forte depoſita negantur ꝓdeſſe.Vngues reſecari nundinis romanis tacenti atq; a digyto indice:multoq; pecuniæ religioſum eſt.Capillũ uero cõtractari cõtra defluuia ac dolores capitis.xvii.luna atq; xxix.pagana lege in pleriſq; italiæ prædiis cauetur ne mulieres per itinera ambulãtes torqueãt fuſos aut oĩo detectos ferant:quoniã aduerſatur id oĩum ſpei:præcipue frugũ.M.Seruilius Nonianus princeps ciuitatis non pridẽ in metu lippitudinis prius quã eam ipſam nominaret: aliuſue ei prædiceret: duabus litteris græcis. P &. A chartã inſcriptã circũligatã lino ſubnectabat collo. Mutianus ter conſul eadem obſeruatione uiuẽtem muſcã in linteolo albo:his remediis carere ipſos lippitudine prædicantes.Carmina quædã extant contra grandines.Contraq; morboq; genera. Contra ambuſta .Quidam etiã in partus.Sed in prodendo obſtat ingens uerecundia in tanta animorum uarietate.Qua propter de his ut libitum cuiq; fuerit opinetur.

Remedia ex homine contra magos. Cap.iii.

Ominum monſtrificas naturas & ueneficos aſpectus plenius diximus in portentis gentiũ
h & multas animaliũ proprietates:quæ repeti ſuperuacũũ eſt.Quorundã hominũ tota corpora proſunt:ut ex iis familiis quæ ſunt terrori ſerpentibus:tactu ipſo leuant percuſſos ſuctu ue medico.Quoq; e genere ſunt pſylli marſiq;:& qui oblongenes uocantur in inſula cypro. Exq; familia legatus Hexagon nomine a conſulibus romæ in dolium ſerpentiũ coniectus experimenn cã circũmulcentibus linguis miraculũ præbuit.Signum eius familiæ eſt ſi modo adhuc durat uenis tẽporibus odoris uirus.Atq; eoq; ſudor quoq; medebatur:nõ modo ſaliua.Nã in inſula nili tentyri naſcentes tanto ſunt crocodilis terrori:ut uocem quoq; eoq; fugiant.Horum omnium generum in ſua ꝛpugnantia interuentũ quoq; mederi conſtat.Sicuti aggrauari uulnera introitu eorum: qui unquã fuerint ſerpentiũ caniſue dente læſi.Idem gallinarum incubitus:pecorum fœtus abortu uiriant. Tantum remanet uirus excepto ſemel malo:ut uenefici fiant uenena paſſi:remedio eſt ablui prius manus eorum:aquaq; illa eos quibus medearis inſpergi.Rurſus a ſcorpione aliquãdo percuſſi nunquã poſtea a crabronibus:ueſpis apibuſue feriuntur.Minus miretur hoc qui ſciat:ueſtẽ a tineis non attingi: quæ fuerit in funere.Serpentes ægre præterquã leua manu extrahi.

De quibuſdam ſortilegiis & ſaliua hominis Cap.iiii.

Ythagoræ inuentis non temere fallere:impoſitiuoq; nominum imparem uocalium nume
p rũ clauditates:oculorumue orbitatẽ ac ſimiles caſus dextris aſſignare partibus: paré leuis.
Ferunt difficiles partus ſtatim ſoluí:cũ quis tectum in quo ſit grauida tranſmiſerit lapide: uel miſſili ex iis quæ tria animalia ſingulis ictibus interfecerint:hominem:aprum: urſam. probabili id facit haſta uelitaris:euulſa a corpore hominis:ſi terram nõ attigerit.Eoſdẽ enim illita effectus hẽt. Sic & ſagittas corpore eductas ſi terrã non attigerint ſubiectas cubantibus amatoriũ eſſe orpheus & archelaus ſcribunt.Quin & comitialem morbum ſanari cibo e carne fere occiſæ eodẽ ferro quo homo interfectus ſit.Quorundã partes medicæ ſunt ſicuti dicimus de pyrrhi regis police.Et elide ſolebat oſtẽdi pelopis haſta:quã eburneam affirmabant.Neuos in facie tondere religioſũ habent etiam uũc multi.Omniũ uero in primis ieiunam ſaliuã cõtra ſerpẽtes præſidio eſſe docuimus.Sed & alios efficaces eius uſus recognoſcat uita.Ita deſpuimus comitiales morbo:hoc eſt cõtagia regerimus. Simili modo & faſcinationes repercutimus ſiniſtræ dextræq; clauditatis occurſu.Veniam quoq; a deis ſpei alicuius audacioris petimus in ſinum ſpuendo.Etiã eadem ratione tema deſpuere deprecatione in omni medicina mos eſt:atq; effectus adiuuate.Incipientes furũculos ter præſignare ieiuna ſaliua. Nunc mirum dicemus:ſed exprimento facile.Si quẽ pœniteat ictus eminus cominuſue illati: & ſtatim expuat mediã in manum quã percuſſit:leuatur illico percuſſus a pœna. Hoc ſæpe delũbata quadrupede approbatur:ſtatim a tali remedio correcto animalis ingreſſu.Quidã uero aggrauant ictus ante conatũ ſimili modo ſaliua in manu ĩgeſta.Credamus ergo & lichenas lepraſq; ieiuno illitu affi duo arceri.Itẽ lippitudines matutina quottidie uelut inunctione.Carcinomata malo terræ ſubacto. Ceruicis doloré ſaliua ieiuni dextra manu ad dextrũ poplitẽ:leua ad ſiniſtrũ.Si quod animal aurem intrauerit & inſpuatur exire.Inter amuleta eſt editæ quẽq; utinæ expuere.Similiter in calciamẽtum dextri pedis antequã induatur.Itẽ cum quis tranſeat locũ in quo aliquod periculum adierit.Martiõ

Hoſtilia uetus lectio.coſtila uel oſſicula:quæ eburnea

uel percuſſis poena

Smyrneus qui de simplicibus effectibus scripsit rumpi scolopẽdras marinas sputo tradit. Itẽ rubetas aliasq; ranas. Ophilius serpentes siquis in hiatu earũ expuat. Salpe torporem sedari quocũq; mẽbro instupente si quis in sinum expuat. Aut si superior palpebra saliua tãgatur. Nos si hæc & illa credam⁹ rite fieri. Extranei interuentu: aut si dormiens expectetur infans a nutrice terna expui quãquã religio ne mutatur & fascinus: Imperatorũ quoq; non solum infantiũ custos: qui deus inter sacra romana a uestalibus colitur: & currus triumphantium. Snb his pendens defendit medicus inuidiæ: iubetq; eos dem recipere. Silimis medicina linguæ ut sit exorata a tergo fortuna gloriæ carnifex. Morsus homi- nis inter asperrimos quoq; numeratur. Medetur sordes ex auribus. Ac ne quis miretur etiã scorpio- nũ ictibus serpentiũq; statim impositæ. Melius e percussi auribus prosunt. Ita & Remedias sanari ser- pentiũ uero ictũ contusi dentis humani farina. Capillus puero qui primũ decisus est podagræ impe tus dicitur leuare circunligatus. Et in totum impubiũ impositus. Virorum quoq; capillus canis mor- sibus medetur ex aceto. Et capitum uulneribus ex oleo aut uino. Si credimus a reuulso cruci quarta- nis. Combustis æquæ capillus carcinomati. Pueri qui primus ceciderit dens: aut terram nõ attingat in clusus in armillã & assidue inbrachio habitus muliebrium locoꝝ dolores ꝓhibet. Pollex in pede præ ligatus proximo dygito tumores unguinum sedat. In manu dextra duo medii lino leuiter colligati distillationes atq; lippitudines arcent. Quin & eiectus capillus calculoso alligatus qui supra pubem leuare cæteros dicitur: ac iocineris etiã dolores. Ac celeritatem partus facere. Addidit Granius effica ciorẽ ad hoc esse ferro exemptũ. Partus accelerat uicinos ex quo quæq; cõceperit si cinctu suo soluto fœminã cinxerit: dein soluerit: adiecta precatione se uinxisse eandẽ & soluturũ: atq; abierit. Sãguine ipsius hominis ex quacunq; parte emisso efficacissime anginã illini tradunt Orpheus & archelaus itẽ ora comitiali morbo lapsoꝝ exurgere enim protinus. Quidã si pollices pedũ pungantur. Exque iis guttæ referantur in faciẽ. Aut si uirgo dextro pollice attingat. Hac cõiectura cẽsentes uirgines carnes edẽdas. Eschines athenien sis excremento oꝝ cinere anginis medebatur & tõsillis: uuisq; : & carcinõma tis Hoc medicamentũ uocabat botryon. Multa genera morboꝝ primo coitu soluuntur: primoq; fœ minarũ mense. Aut si nõ id contingat: longinqua fiunt: maximeq; comitiales. Quin & a serpente ac scorpione percussos coitu leuari ꝓdunt. Verum fœminas uenere ea lædi. Oculoꝝ uitia fieri negant: nec lippire eos qui cũ pedes lauant aqua inde ter oculos tãgant. Immatura morte raptoꝝ manu strumas parotidas guttura tactu sanari affirmãt. Quidã uero cuiusq; defuncti dũtaxat sui sexus leua manu auersa. Et e ligno fulgure icto reiectis post terga manibus demorderi aliquid ad dentẽ qui doleat ad moueri: remedio esse ꝓdunt. Sunt qui præcipiãt dentẽ suffiri dente hominis sui sexus. Et eũ q canis nus uocetur in sepulto exemptũ adalligari. Terram ex caluaria ꝑilothrum esse palpebraꝝ tradunt. Hærba uero siqua ibi genita sit cõmanducata dentes cadere. Vlcera nõ serpere ex osse hominis circũscripta. Alii e tribus puteis pari mensura aquas miscent: & prolibant nouo fictili. Reliquũ dant in ter tianis accessu febriũ bibendum. Itẽ in quartanis fragmentũ clui a cruce inuolutũ lana collo sub nectunt. Aut spartũ e cruce: liberatoq; condunt cauerna quã sol non attingat. Magoꝝ hæc commenta sunt. Vt cotem qua ferramenta sæpe exacuta sint: subiectã ignari ceruicalibus de ueneficio deficiẽtes e uocare. Indicium ut ipse dicat: quid sibi datum sit: & ubi: & quo tempore: auctorem tamen nõ nomi nare. Fulmine utiq; percusso circũactum in uulnus hominẽ loqui protinus cõstat. Inguinibus medẽ tur aliqui licium telæ detractum allig antes nouenis septenisue nodis ad singulos nominantes uidu am aliquam: atque ita inguina adallig antes licio. Et clauũ: aliudue quod quis calcauerit: alligatũ ip- sos iubent gerere: ne sit dolori uulnus. Verrucas auellunt a uicesima luna in limitibus supini ipsam in tuentes ultra caput manibus porrectis: quicquid cõprehendere eo fricantes. Clauũ corporis cum ca- dat stella si quis distingat: uel cito sanari aiunt. Cardinibus hostioꝝ aceto affusis lutũ fróti illitum ca pitis dolorem sedare. Item laqueum suspendiosi circũdatũ temporibus. Si quid e pisce hæserit fauci- bus in aquam demissis frigidã pedibus cadere. Si uero ex aliis ossibus: impositis capiti ex eodem ua- se officulis. Si pãis hæreat: ex eodẽ in utranq; aurem addito pane. Quin & sordes hominis i magnis fecere remediis quæstuosoꝝ gymnasia græcoꝝ: quippe ea strigmenta molliunt: calfaciunt: discutiũt cõplent sudore & oleo medicinã facientibus. Vuluis inflãmatis contractisq; admouentur. Sic & mẽ- ses cient: Sedis inflãmationes & cõdylomata leniunt. Item neruorum dolores: luxata: articuloꝝ no- dos. Efficaciora ad eadem strigmenta a balneis: & ideo miscentur suppuratoriis medicamẽtis. Nã il- la quæ sunt e cæromate permixto ceno: articulos tñ molliunt: calefaciũt: discutiũt efficacius : sed ad cætera minus ualent. Excedit fidẽ impudens cura: q̃ sordes uirilitatis cõtra scorpionũ ictus singulari bus remediis celeberrimi auctores clamãt. Rursus in fœminis quas infantiũ aluo editas i utero ipso cõtra sterilitatẽ subdi cẽsent: meconiũ uocãt. Immo ẽt ipsos gymnasioꝝ rasere parietes. Et ille quoq; sordes excalfactoriã uim hẽre dicũtur. panos discutiũt. Vlcerib⁹ senũ puerorũq; & desquãmatis ãbu

Expectetur: prior lectio item q̃q̃ religione mutat & fascias

Ex eiectis

ſtiſue illinuntur.Eo minus omitti conuenit ab animo hominis pẽdentes medicinas.Eæ ſũt.Abſtine re a cibo nimio:aut potu:alias uino tantũ aut carne:alias balneis cũ qd eoꝝ poſtulet ualitudo:in pre ſentiſſimis remediis habetur.His remediis adnumeratur exercitato:intentio uocis: ungue fricari cũ ratione:uehemens enim fricatio ſpiſſat:lenis:mollit.Multa adimit corpus.Auget modica.In primis uero prodeſt ambulatio:geſtatio:& ea plurib⁹ modis.Equitatio ſtomacho & coxis utiliſſima.phthi ſi nauigatio.Longis morbis locoꝝ mutatio.Itẽ ſomno mederi ſibi:aut lectulo aut rara uomitione. Supini cubitus oculis conducunt:ad proni tuſſibus.In latera aduerſum diſtillationes. Ariſtoteles & Fabianus plurimũ ſomniari circa uernum & autumnũ tradũt:magiſq; ſupino cubitu:at prono nihil. Theophraſtus celerius concoqui dextri lateri in cubitu:difficilius in ſupinis.Solum quoq; remedio rũ maximũ ab ipſo ſibi præſtari poteſt:ſicuti linteorum ſtrigiliumq; uehemẽtia.Perfundere caput aq̃ calida ante balnearum uaporationem & poſtea frigida:ſaluberrimum intelligitur.Item præſſumere cibos:& interponere frigidã eiuſdẽq; potu ſomnos antecedere:& ſi libeat interrumptere. Notandũ nullũ aliud animal præter hoiem calidos potus ideoq; nõ eſſe naturales.Mero ante ſomnos colluere ora:pp:alitus.Frigida aqua matutínis impari numero ad cauendũ dentium dolores.

Ad lippitudines oculorum. Cap.v

Inciſiis i

Tem poſca oculos contra lippitudines.Certa ſunt experimẽta totius corporis ualitudinis uarietate uictus inobſeruata.Hippocrates tradit nõ prãdentiũ exta celerius ſeneſcere.Veꝝ id remediis cecinit:nõ epulis.Quippe multo utiliſſima eſt temperãtia in cibis.L.Lucullus hanc de ſe præfectũrã ſeruo dederat.Vltimoq; probro maius in cibis triumphalibus,ſedenti dicebatur uel in capitolio epulanti pudenda re:Seruo ſuo facilius parere q̃ ſibi.

De ſternutamento & uenere & cæteris remediis. Cap.vi.

Si qs manu:nares ut tradũt & oculos attingat ſ

Ternutamenta pinna grauedinem emendant.Et ſi quis muris nares(ut tradunt)oſculo attingat.Sternutamenta & ſingultum.ob hoc Varro ſuadet palmã altera mãus ſcalpere.plerioq; annulum e ſiniſtra in longiſſimum dextræ digytum tranſferre.Aut in aquam feruentẽ manus immergere.Theophraſtus ſenes laborioſus ſternuere dicit.Venerem damnauit.Democritus:ut in q̃ hõ alius exiliret ex homine.Eſt hercule raritas eius utilior.Athletæ lamen torpentes reſtituuntur Venere uox reuocatur:cũ ea candida declinat in fuſcam. Medetur & lumborũ dolori: oculorum hebetationi.Mentecaptis ac melancholicis.Adſidere grauidis uel cũ remediũ alicui adhibeatur digitis pectinatim in ſeſe amplexis ueneficiũ eſt.Idque compertum tradũt.Alcmena Herculem pariẽte.peius ſi circa unum amboue genua.Itẽ poplites alternis genibus imponi.Ideo hæc in conſiliis dum cum poteſtatumue fieri uetuere maiores uelut omnem actum impedientia.Vetuere uero & ſacris uotiſue ſimili modo intereſſe.capita autem aperiri aſpectu magiſtratum nõ ueneration cauſa iuſſere: ſed ut Varro auctor eſt ualitudinis:quo firmiora conſuetudine ea fierent.Cũ quid oculo inciderit:alterum comprimi prodeſt.Cum aquæ dextræ auriculæ ſiniſtro,pede exultare capite in dextrũ humeꝝ deuexo in uicem e diuerſa aure.Si tuſſis concitet:ſaliuã in fronte ab alio affiari.Si iaceat uua:a uertice,morſu alterius ſuſpendi.In ceruicis dolore poplites fricare.Aut ceruicẽ poplitũ. pedes in humero deponi ſi nerui in his cruribus ue tendant in lectulo.At ſi in leua parte id accidat:ſiniſtræ plãtæ pollicẽ dextra manu apprehendi.Itẽ e diuerſo.Extremitates corporis uel aurium uelicatibus perſtringi contra horrores corporis ſanguinéue narium imodicũ.Lino uel papyro principia genitaliũ: femur mediũ ad cohibẽda urinæ profluuia.In ſtomachi ſolutione pedes præſtare:aut manus in feruentem aquã dimittere.lã & ſermõi parci multis d cauſis ſalutare é.Triẽnio Mœcenatẽ Meliſſiũ accepim⁹ſilẽtiũ ſibi imparauiſſe a cõuulſione reddito ſanguine.Nã e diuerſo ſcandenteſq; ac iacentes:ſi qd ingru at cõtraq; ictus ſpiritũ cohibere ſingularis præſidii eſt.Quod inuentũ eſſe animalis docuimus.Clauũ ferreum defigere in quo loco primũ caput defixerit corruens morbo comitiali abſolutoriũ eius mali dicitur.Cõtra renum ac lumboꝝ ueſicæq; cruciatus in balnearum foliis pronos urinã reddere mitigatoriũ habetur.Ac uulnera nodo Herculis præſigare:mirũ quãtum ocior medicina eſt. Atq; etiã quotidiani cinctus tali modo uim quandã habere utilẽ dicitur.Quippe cũ Hercules eũ prodiderit. Numerum quoq; quaternarium Democritus condito uolumine & quare quaterni cyathi ſextariue nõ eẽut potandi.Contra lippitudines retro aures fricare pdeſt:& lachrymoſis oculis frontẽ. Augurium ex homine ipſo non eſt timendi mortẽ in ægritudine:quãdiu oculorum pupillæ imaginẽ reddãt.Magna & urinæ non ratio ſolũ:ſed etiã religio apud auctores inuenit digeſta in genera.Spadonũ quoq; ad fœcunditatis beneficia.Verũ ex iis quæ referre fas ſit:impubium puꝝ contra ſaliuas aſpidũ quas ptyadas uocãt:qm̃ uenena i oculos hominũ expuãt.Cõtra oculoꝝ albugines:obſcurita tes:cicatricẽ:argẽa:palpebras:& cũ erui faria cõtra aduſtiões cõtra auriũ pituitas uermiculoſq; ſi dcoq̃tur ad dimidias ptes cũ poro capitato nouo fictili:uaporatio quoq; ea mẽſes feminaꝝ cit.ſcalpa ſo

uet illa cũ oculos ifirmitatis causa illinit sole usta cũ oui albugine efficacius struthiocameli binis horis. Hac & atramenti lituræ abluuntur. Vitilis podagris medetur argumento fullonum: quos ideo tẽ tari eo morbo negant. Veteri miscetur cinis ostreorũ: aduersus eruptiones in corpore infantiũ & oia ulcera manantia. Ea exesis ambustis: sedis uitiis: rhagadiis: & scorpionũ ictibus illinitur. Obstetricũ nobilitas non alio succo efficacius curari pronũtiauit corpoꝝ pruritus nitro addito ulcera capitum: prurigines: nomas: præcipue genitaliũ. Sua cuiquæ aũt (quod fas sit dixisse) maxime prodest. Confestim perfuso canis morsu echinorumq; spinis inhærentibus & in spongia lanisue ipositꝙ aut aduersus canis rabidi morsus cinere ex ea subacto. Contraq; serpentiũ ictus. Nã contra scolopendras mirũ proditur uertice tacto urinæ suæ gutta liberari protinus læsos. Auguria ualitudinis ex ea tradũtur. Si mane candida dien rufa sit. Illo modo concoquere: hoc concoxisse significatur. Mala signa rubræ. Pessima nigræ. Mala bullantis & crassæ. In qua quod subsidit si albũ est: significet circa articulos aut uiscera dolorem iminere. Eadẽ uiridis morbũ uiscerũ: pallida bilis: rubẽs sanguinis. Mala & in aqua uelut furfures atq; nubeculæ apparẽt. Diluta quoq; alba uitiosa est. Mortifera uero crassa graui odore. Et in pueris tenuis ac diluta: Magi uetant eius causa cõtra solẽ lunamq; nudari: aut umbrã cuiusq; ab ipsa respergi. Hesiodus iuxta obstãtia reddi suadet: ne deũ aliquẽ nudatio offendat. Ostanes contra mala medicamenta oia promisit auxiliari matutinis horis suam cuiq; instillatam in pedem.

De remediis mulieribus. Cap. vii.

Væ ex mulierũ corporibus traduntur ad portentorum miracula accedũt: ut fileamus diuisa membratim in sceleta. Abortus: mensiũ piacula: quæq; alia non obstetrices modo: uerum etiam ipsæ meretrices prodidere. Capilli mulieris si crementur: odore serpentes fugati. Eodem odore uuluæ morbo strangulatus respirare. Cinere eo quidẽ si intesta sunt cremati: uel cum spuma argenti scabricias oculorum ac prurigines emendari. Itẽ uerrucas & infantiũ ulcera cũ melle. Capitis quoq; uulnera & oĩum ulcerũ sinus simul addito melle & thure. Panos podagras cũ adipe suillo. Sacrũ ignẽ sanguinẽ sisti illico: & informicationes corpoꝝ. De lactis usu conuenit esse dulcissimũ molissimumq;. Quare & in lõga febre cœliacis utilissimũ: maxime eius quæ iam ifantẽ remouerit. Et in malacia stomachi: in febribus: torsionibus efficacissimũ experiũtur. Itẽ mãmarum collectiõibus cũ thure oculo ab ictu cruore suffuso & in dolore aut epiphoris si emulgeatur plurimũ ꝓdest. Magisq; cũ melle & narcisi succo aut thuris polline. Sẽperq; in omni usu efficacius esse eiª quæ matẽ enixa sit. multoq; efficacissimũ eius q̃ geminos peperit mares. Et si uina ipsa cibisq; actioribus abstineat. Mixto præterea ouorũ candido liquore: madidaq; lana frontibus impositũ fluctiones oculorũ suspẽdit. Nã si rana saliua sua oculũ asperserit præcipuũ est remediũ. Et contra morsũ eiusdẽ bibitur stillaturq; Qui simul matris filiæq; lacte inunctus sit: liberari oculoꝝ metu in totã uitam affirmant. Auriũ quoq; uitiis medetur modice admixto aleo. Aut si ab ictu dolent. Anserino adipe tepefactum. Si odor grauior sit (ut plerunq; fit) longis uitiis diluto melle lana includitur. Et contra morbum regium in oculis relictum instillatur cũ elaterio. Peculiariter ualet potum contra uenena quæ data sunt cũ marino lepore bupestriq; ut Aristoteles tradit dorycnidion: Et contra insaniã quæ facta sit hyoscyami potu. podagris quoq; iubent illini cũ cicuta. Alii cũ hysopõ & adipe naserino: qualiter etiam uulnerum doloribus imponitur. Aluũ etiam sistit potum ut Rabirius scribit. Et menses ciet. Eius uero quæ fœminam enixa sit ad uitia tantũ in facie sananda prævalet. pulmonũ quoq; incõmoda lacte mulieris sanantur: cui admisceatur impudis pueri urina & mel atticum. Omnia singulorum cochlearium mensura. Marmora quoq; aurium eiici inuenio. Eius quæ marem peperit lacte gustato canes rabiosos fieri negant. Mulieris quoq; saliuam ieiunæ potentem diiudicat oculis cruentatis. Et si contra epiphoras feruentes anguli oculorum subinde madeficentur. Efficacius si cibo uinoq; se pridie ea abstinerit. Inuenio & fascia mulieris alligato capite dolores minni. post hæc nullus est modus. Iam primũ abigi grãdines turbinesq; contra fulgura ipsa in mense connudata: sic auerri uiolentiam cæli. In nauigãdo quidẽ tempestates etiam sine menstruis. Ex ipsis uero mensibus mõstrificis alia (uti suo loco idicauimus) dira & infanda uaticinantur. E quibus dixisse non pudeat. si in defectu lunæ solisue cõgruat nis illa: irremediabilẽ fieri. Nõ segnius & in siliẽte luna coitus suos maribus exitiales esse atq; pestiferos. purpurã quoq; ab iis eo tempore pollui. Tanto uim esse maiorem. Quocunq; autem alio menstruo: si nudatæ segetem ambiant: erucas ac uermiculos scarabeosq; ac noxia alia decidere. Metredorus Scepsius in cappadocia inuentũ prodit ob multitudinem cantharidum illas ire per media arua retectis super clunes uestibus. Alibi seruatur ut nudis pedibus eant capillo cinctuq; dissoluto. Cauendũ uero ne id oriente sole faciant: sementem enim arescere. Item Nouella utis eius tactu in perpetuũ læditur. Vt ad noxiã res medicatissima transferatur rutã & hederas illico mori. Multa diximus de hac uiolẽtia Sed præter hæc certũ ẽ tactis alueariis apes fugere. Linaq; cũ coquãtur nigrescere. Acié in cultris

tonſorum hebetari. Aes cõctatũ graue uirus odoris accipere & eruginem. Magis ſi decreſcente luna id accidat. Equas ſi ſint grauidæ tactas arborũ pati. Quin & aſpectu omnino quãuis ꝓcul uiſas: ſi purgatio illa poſt uirginitatẽ prima ſit: aut in uirginea ætate ſpontanea. Nã bitumen in iudæa naſcẽs ſola hac ui ſponte ſuperari. Et fila ueſtis contactæ ut docuimus: ne igne quidẽ uincuntur quo cũcta. Ciniſq; etiam ille ſi quis aſpergat eũ lauãdis ueſtibus purpuras mutat. Floribus colorẽ adimit. Ne ipſis quidem fœminis malo ſuo immunibus. Abortũ facit illitus: aut ſi omnino prægnãs ſupergrediatur. Quæ. Lais & Cleophantus inter ſe contraria prodidere de abortiuis carbone e radice braſſicæ uel myrticæ uel tamaricis in eo ſanguine extincto. Itẽ aſinas non concipere tot annis: quot grana hordei cõ-

Licio tacta ederint. Quæq; alia nuncupauere monſtrifica aut inter ſe pugnantia: cũ hic fœcunditatẽ fieri iiſdem modis ꝙbus illa ſterilitatẽ ꝓnunciaret: meliꝰ eſt nõ creãere. Bythus dyrrhachinus hebetari aſpectu ſpeculoꝝ nitorẽ. Iiſdem aduerſus rurſus contentibus omnẽ talem uim reſolui: ſi multũ piſcem habeant ſecũ. Multi uero ineſſe etiam remedia tanto malo aiunt. Podagras illini: ſtrumas: & parotidas: panos: ſacros ignes: furunculos epiphoras tractatu eaꝝ mulierũ liniri. Lais & Salpe canum rabioſoꝝ morſus & tertianas quartanaſq; febres menſtruo in lana arietis nigri argẽto brachiali icluſo. Diothymus thebanus ueſtis oĩno ita infectæ portiuncula acu: uel pelliceo brachiali inſerta. Sotira obſtetrix tertianis quartaniſq; efficaciſſimũ dixit. Plãtas ægri ſubterlini. Multoq; efficacius ab ipſa muliere ẽt ignoranti. Sic & comitiales excitari morboſq; ſanari. Icethidas medicus q̃rtanas coitu finiri incipiẽtibus dũtaxat menſtruis ſpopondi. Inter omnes uero conuenit: ſi aqua potuſq; formidetur a morſu canis ſuppoſita tantũ calici lacinia menſtruo tincta tali: ſtatim metũ eum diſcuti uidelicet prævalente ſympathia illa græcoꝝ. Cũ rabiem canũ eius ſanguinis guſtatu icipere dixerimus. Cinere eo iumẽtoꝝ omniũ ulcera ſanari certũ eſt. Addita caminorũ farina & cæra. Maculas autem e ueſte eas non niſi eiuſdem farina ablui. Cinerem per ſe roſaceo mixtũ fœminarũ præcipue capitis ſedare dolores illitum fronti. Aſperimãq; uim profluuii eius eſſe primis annis uirginitate reſoluta. Id quoq; conuenit: quo nihil equidẽ libentiũ crediderim: tactis omnino menſtruo poſtibus: irritas fieri magorũ artes generis uaniſſimi ut æſtimare licet. ponam enim uel modeſtiſſimũ e promiſſis eoꝝ. Ex hoie ſiquidem reſegmina unguium e pedibus manibuſq; cæra permixta: ita ut dicaẽ tertianæ uel quottidianæ uel q̃rtane febri remediũ quæri: ante ſolis ortũ alienæ ianuæ affigi iubent ad remedia in iis morbis: quanta uanitate ſi falſum eſt: quantaue noxa ſi tranſferunt morbos ad innocentiores. Ex iis oĩum dygitorũ reſegmina unguium ad cauernas formicarum abiici iubent: eamq; quæ prima cœperit trahere cortẽptam ſubnecti collo: & ita diſcuti morbum.

Medicinæ ex animalibus pegrinis: de elephanto & lẽone: & camelo: & hyena: & crocodillo: & chameleonte: & ſtinco: & hippopotamo. & lyncibus. Cap. viii.

Aec ſunt quæ retuliſſe fas ſit: ac pleraq; ex iis nũ ſine honore dicto. Reliqua inteſtabilia & infanda: ut feſtinet oratio ab hoie fugere. In cæteris claritates animaliũ aut operũ ſequemur

Elephanti ſanguis præcipue maris fluctiones omnes: quas rheumatiſmos uocant: ſiſtit rãmẽtis eboris cũ melle attico (ut aiunt) nubeculæ in facie. Scobe paronychia tolluntur: efficacius ſi extenuata. proboſcidis tactu capitis dolor leuatur efficacius ſi & ſternutet. Dextra pars ꝓboſcidis cũ lemnia rubrica adalligata impetus libidinũ ſtimulat. Sanguis & iſchiadicis prodeſt: iecuraq; comitialibus morbis. Leonis adeps cũ roſaceo cutẽ in facie cuſtodit a uitiis: cãdoreq; ſeruat: & ſanat aduſta niuibꝰ articulorũq; tumores. Magoꝝ uanitates perunctis eo adipe facilioꝝ gratia apud reges populoſue ꝓmittũt. præcipue tamẽ eo pingui qd ſit inter ſupercilia: ubi eſſe nullũ põt. Similiter dẽtis maxie ad dextera parte: uilliq; e roſtro inferiori ꝓmiſſa ſunt. Fel aq̃ addita claritatẽ oculis inũctis facit. Et cũ adipe eiuſdẽ comitiales morbos diſcutit leui guſtu: & ut ꝓtinus qui ſũpſere curſu id digerãt. Cor in cibo ſũptũ quartanis medeꝰ. Adeſt cũ roſaceo quottidianis febribus. perũctos eo beſtiæ fugiũt. Reſiſtere ẽt inſidiis uideꝰ. Camelicerebrũ arefactũ potũq; ex aceto comitialibꝰ morbis aiũt mederi. Itẽ fel cũ melle potũ hoc & anginæ. Cauda arefacta ſolui aluũ. Fimi cinere criſpari capillũ cũ oleo. Et dyſentericis ꝓdeſt illitus cinis potuſq; quãtũ trinis digytis capitur: ẽt comitialibꝰ morbis. Vrinã fullonibus utiliſſimã eſſe tradũt. Itẽq; ulceribus manãtibus. Barbaros eã ſeruare quinquẽnio: & heminis pota ciere aluũ. Setas e cauda cõtortas & ſiniſtro brachio illigatas quartanis mederi. Hyenam magi ex omnibus animalibus in maxima admiratiõe poſuerũt: ut pote cui & ipſi magicas artẽs dederũt: uimq; qua aliiciat ad ſe homines mente alienatos. ꝓmutatiões ſexus ex iis annua uice diximus: cæteraq; mõſtrifica naturæ eius. Nũc ꝓſequamur quæcunq; medicinis ꝓduntur: præcipue pãtheris eſſe in metu hyenæ dicũtur: ut ne conentur qdem reſiſtere. Et aliqd de corio earũ habentem non appeti. Mirũq; dictu ſi pelles utriuſq; contrariæ ſuſpendantur deeidere pilos pantheræ. Cum fugiunt uenantem declinant ad dextram: ut prægreſſi hominis ueſtigia occupent. Quod ſi ſucceſſerit: alyenari mente

uel ex æquo hominem decidere. At si in leuam detorserit: deficiẽtis argumentũ esse: celerèmq; captu ram. Facilius autem capi si cinctus suos uenator flagellũq; & ipsos equos septenis alligauerit nodis. Mox autẽ ut est sollers ambagibus uanitas magoꝝ capi iubet geminoꝝ signum transeunte luna sin gulosq; prope pilos seruari. Capitis dolori alligatá cutem prodesse quæ fuerit in capite eius. Lippitu dini fel illitum frõtibus. Aut ne omnino lippiatur: decoctũ cum mellis attici cyathis tribus & croctũ cia illitũ. Sic & caligines discuti & suffusiones. Claritatem excitari melius inueterato medicamento. Asseruari autẽ in cypria pyxide. Eodem sanari argema: scabricias: excrescẽtia in oculis: itẽ cicatrices Glaucomata uero iocineris recẽtis inassati sante cũ despumato melle inunctis. Dentes eius dentium doloribus tactu prodesse uel alligatos ordine: Humores humeroꝝ & lacertorum doloribus Eiusdem dẽtes si de sinistra parte rostri eruti sint illigatos pecoris aut capri pelle stomachi cruciatibus. Pulmo nes in cibo sumptos cœliacis. Ventriculis cinerem cum oleo illitũ. Neruis medullas e dorso cũ oleo uetere ac felle Febribus quartanis iecur degustatum ante accessiones. Podagris spinæ cinerem cũ lin gua & dextro pede uituli marini addito felle taurino oia pariter cocta atq; illita hyenæ pelle. In eodẽ morbo prodesse & fel cum lapide asio. Tremulis: spasticis: exiliẽtibus: & qbus cor palpitet aliquid ex corde mandendũ: ita ut reliquæ partis cinis cum cerebro hyenæ illinatur. Pilos etiam auferri hac cõ positione illita: aut per se felle euulsis: prius quos renasci non liberat. Sic & palpebris inutiles tolli. Lũ borum doloribus carnes e lumbis edendas: illinendasq; cũ oleo. Sterilitatem mulierũ emendari ocu lo cum glycyrrhiza & aneto sumpto in cibo: promisso in triduum conceptu. contra nocturnos pauo res umbratũq; terrorem unus e magnis dentibus lino alligatus prodest. Suffiri furentes eodem & cir cumligari ante pectus suum cum adipe renum aut iocineris aut pelle præcipiunt. Mulieri prægnanti a pectore hyenæ caro: & pili septẽ & genitale a ceruice si alligentur dorcadis pelle collo suspensa cõ tineri partus promittũtur. Venerem stimulari genitali ad sexus suos in melle sumpto. ẽt si uiri mulie rum coitus oderint. Quinimmo totius domus concordiã eodẽ genitali & articulo spinæ cũ adhærẽ te corio conseruatis constare: quem spinæ articulũ siue nodum atlantion nocãt. Est autem primus. In comitialium quoq; remediis habent eum. Adipe accẽnso serpentes fugari dicũt. Maxillæ parte com minuta in anisо & in cibo sumpta horrores sedari. Eodẽ suffitu mulieribus menstrua euocari. Tantũ q; est uanitatis: ut si ad brachium aligetur superioris rostri dextræ partis dens: iaculantiũ ictus deerra turos negent. palato eiusdẽ arefacto & cum alumine ægyptio calefacto ac ter in ore permutato feto res & ulcera oris emendari. Eos uero qui linguã in calciamento sub pede habeant: non latrari a cani bus. Sinistra parte cerebri naribus illita: morbos pernicioſos mitigari: siue hominũ: siue quadrupedũ Frontis corium fascinationibus resistere. Cerui cis carnes siue mandantur siue bibantur arefactæ lum borum medentur doloribus. Nerus a dorso armisq; suffiendos neruorũ dolores. pilos rostri admo tos mulierũ labris amatorium esse. Iecur potum torminibus & calculis mederi. Iam cor in cibo potu ue sumptũ omnibus doloribus corporum auxiliari. Lyenem lyenibus. Omentum ulcerum inflãma tionibus cũ oleo. Medullas doloribus spinæ & neruoꝝ lassitudini renum. Nerуos potos i uino cum thure fœcunditatem restituere ademptam ueneficio. Vuluã cum mali punici dulcis cortice i potu da tam prodesse mulieꝝ uuluæ. Adipe e lumbis suffiri difficulter parientes & statim parere. Edorso me dullã adalligatã cõtra uanas species opitulari. Spasticis genitale e maribus suffitu. Itẽ lippiẽtibus: ru ptis: & cõtra inflationes seruatos pedes tactu leuos dextris partibus: dexteros leuis. Sinistrum pedem superlatũ parturienti lœtalẽ esse. Dextra illato facile eniti. Mẽbranã quæ fel cõtinuerat a cardiacis potã in uino uel in cibo sumptã succurrere. Vesicã in uino potã cõtra urinæ incõtinentiã. Quæ ãt in uesica inuẽta sit urina additis oleo & sesamo & melle asiano hausta ꝓdesse agrimoniæ ueteri. Cõsta nũ primã & octauã suffitu ruptis salutarẽ esse. Ex spina uero parturiẽtibus ossa. Sanguinem cũ polen ta sumptũ torminibus. Eodẽ tactis postibus ubicũq; magoꝝ infestari artes. Non elici deos: nec collo qui: siue lucernis: siue uisu: siue pluuiis: siue aqua: siue pila: siue quo alio genere tenẽtur. Carnes si edan tur: cõtra canis rabidi morsus efficaces esse. Etiãnum iecur efficacius. Carnes uel ossa hoĩs siquæ i uẽ triculo occisæ inueniãtur suffitu podagricis auxiliari. Si ungues inueniãtur in iis: mortẽ alicuius ca pientiũ significari. Excremẽta siue ossa reddita cũ interimitur: cõtra magicas insidias pollere. Fimũ qui in intestinis inuẽtus sit: arefactũ ad dysentericos ualere potũ. Illitũq; cũ adipe anserino opitulari toto corpore læsis malo medicamẽto. A cane uero morsis adipẽ illtũ. Et coriũ si sit substractũ. Rur sus tali sinistri cinere decocto cũ sanguine mustellæ perunctis oĩbus odio euenire. Idem fieri oculo decocto. Super oĩa est: ꝙ extremã fistulã intestini cõtra ducũ ac potestatũ iniquitates cõministrãt: & ad successus petitionũ: iudiciorũq; ac litium euentus: si omnino aliquantulũ quis secum habeat. At eiusdem cauerna sinistro lacerto religata siquis mulierem respiciat: amatoriũ esse: tã præsens ut ilico sequat. eiusdem loci pilorꝝ cinere ex oleo illitũ uiris qui sit ꝓbrosæ moliciei nõ modo pudicos: sed

iliacis uetus lo ctio

Acrimo niæ Argemo, ægrimo niæ.

& ſeueros mores induere. Proxie fabuloſus eſt crocodilus ingenio quoq; illo: cui uita in aqua terraq; cõmunis. Duo enim genera eoꝝ illus e dextra maxilia dẽtes adalligati dextro lacerto coitus (ſi credimus) ſtimulant. Canini eius dentes febres ſtatas arcent repleti. Sunt enĩ cauti ita ne diebus quoq; ab ægro cernantur qui adalligauere. Idem pollere & uẽtre exẽptos lapillos aduerſus febrium horrores uenientes tradunt. Hac etiã de cauſa ægyptii perungunt adipe ægros ſuos. Alter illis ſimilis multum infra magnitudinẽ in terra tantũ: odoratiſſimiſq; floribus uiuit. Ob in inteſtina eius diligenter exquiruntur iucũdo nidore refracta crocodileã uocãt oculoꝝ uitiis utiliſſimã cũ porri ſucco munctã & cõtra ſuffuſiões uel caligines. Illita quoq; ex oleo cyprio: moleſtias in facie enaſcẽtes tollit. Ex aqua uero morbos omnes: quoꝝ natura ſerpit in facie: nitoremq; reddit. Lentigines tollit ac uaros: omneſq; maculas. Et cõtra comitiales morbos bibitur ex aceto mulſo binis obolis. Appoſita mẽſes ciet. Optimaq; eſt quæ candidiſſima & friabilis: minimeq; ponderoſa: cũ teratur inter digytos fermenteſcens. Lauatur ut cæruſa. Adulterant amylo aut cymolia: ſed maxime ſui captos oryza tantũ paſcunt. Felle inunctis oculis ex melle cõtra ſuffuſiones nihil utilius prædicant. Inteſtinis & reliquo corpore eius ſuffiri uulua laborantes ſalutare tradunt. Itẽ uelleribus circundari uapore eius infectis. Corii utriuſq; cinis ex aceto illitus iis partibus quas ſecari opus ſit: aut nidor cremati ſenſũ omnẽ ſcapelli aufert. Sanguis utriuſq; claritatem uiſus inunctis donat: & cicatrices oculorũ emendat. Corpus ipſum excepto capite pedibuſq; elixum manditur iſchiadicis. Tuſſim ueterem emendat: præcipue in pueris. Item lũborum dolores. Et adipem habent: quo tactus pilus defluit. Hic perunctos a crocodilis tuetur. Defluit in ſtillaturq; morſibus. Cor annexũ in lana ouis nigræ: cui nullus alius color incurſanerit: & primo partu genita ſit quartanas abigere dicitur. Iungemus illis ſimilima & peregrina æque animalia. Priuſq; chameleontẽ peculiari uolumine dignũ exiſtimatũ Democrito. Et per ſingulã membra diſſecatũ nõ ſine magna uoluptate noſtra cognitis proditiſq; mandaciis græcæ uanitatis. Similis eſt magnitudine ſupradicto crocodilo: ſpinæ tãtũ acutiore curuatura: & caude amplitudine diſtãs. Nullũ animal pauidius eſſe exiſtimatur: & ideo uerſicoloris eẽ demutationis. Vis eius maxima cõtra accipitrũ genꝰ. Detrahere enim ſupra uolantẽ ad ſe traditur: & uoluntariũ præbere lacerandũ cæteris animalibus. caput eius & gurtur ſi roboreis lignis accendãtur hvmbrium & tonitrũ concurſus facere Democritus narrat. Itẽ iecur in tegulis uſtum. Reliqua ad ueneficia pertinẽtia quæ dicit: q̃q̃ faſa exiſtimãtes omittemus: præterq̃ in riſu coarguentiũ. Dextro oculo: ſi uiuenti eruatur: albugines oculoꝝ cũ lacte capri no tolli. Lingua adalligata: pericula pueri: perii. Eundẽ ſalutarem eſſe parturiẽtibus circa domũ. Si uero domibus inferatur perniciоſiſſimũ. Linguã ſi uiuenti exempta ſit: ad iudiciorum euentus pollere. Cor aduerſus quartanas illigatum nigra lana primæ tonſuræ. pedem e prioribus dextrũ genæ pelle illigatũ ſiniſtro brachio cõtra latrocinia terroreſq; nocturnos pollere. Itẽ dextrã mamillã contra formidines pauoreſq;. Siniſtrũ uero pedem torreri in furno cũ herba: quæ etiã chameleon uocatur Addito q; unguento in paſtillos digeri. Eos in ligno uaſe conditos: præſtare (ſi credimus) ne cernatur ab aliis qui habeat. Armũ dextrum ad uincendos aduerſarios uel hoſtes ualere utiq; ſi abictos eiuſdem neruos calcauerint. Siniſtrũ mirum quibus monſtris cõſecret qualiter ſomnia quæ uelis: & qbus uelis mittantur: pũtet referre: oĩa ea dextro pede reſolui: ſicut ſiniſtro latere lethargos: quos fecerit dextrum. Capitis dolores inſperſo uino in quo latus alterutrum maceratũ ſit: ſanari fœminis. Si ſiniſtri pedis cinere miſceatur lac ſuillũ podagricos fieri illitis pedibus. Felle glaucomata & ſuffuſiones corrigi ppe creditur tridui inunctione. Serpentes fugari liene inſtillato. Muſtellas cõ trahi in aquã cõiecto Corpore uero illito, detrahi pilos. Idem præſtare narrat iecur cũ ranæ rupetæ pulmone illitũ. præterea iocinere amatoria diſſolui. Melancholicos autẽ ſanari ſi ex corio chamæleontis hærbæ ſuccus habẽte bibatur. Inteſtina & ſimũ eoꝝ cum id animal nullo cibo uiuat cum ſimiaꝝ uria illita inimicorum ĩmane odiũ & omniũ hominum iis conciliare. Cauda flumina & aquarũ impetus ſiſti. Serpentes ſoporati. Eadem medicata cedro & myrrha illigataq; gemino ramo palmæ pcuſſam aquã diſcuti: ut quæ intus ſint omnia appareant. Atq; utinã eo ramo cõtactus eſſet Democritus: quoniam ita loquacitates ĩmodicas promiſit inhiberi. palamq; eſt uirũ alias ſagacem & uitæ utiliſſimũ nimio iuuãdi mortales ſtudio plapſum. Ex eadem ſimiliditudine eſt ſcincus: quem quidã terreſtrem crocodilũ eſſe dixerunt. Candidiore autẽ & tenuiore cute. præcipua tamẽ differẽtia dinoſcitur a crocodilo aq̃tico ſquãmarũ ſeta a cauda ad caput uerſa. Maximus indicus. Deinde arabicus. Afferruntur ſalſi. Roſtrũ eius & pedes in uino albo poti cupiditates ueneris accẽdũt. Vtiq; cũ ſatyrio & erucæ ſemine ſingulis drachmis omniũ ac peperis duabus admixtis: ita ut paſtilli ſingularũ drachmarum bibantur p ſe lateꝝ carnes obolis binis cũ myrrha & pipere pari modo potæ efficaciores ad idem credũtur. prodeſt cõtra ſagittas uenenatas: ut Appelles tradit poſtea ſumptus. In antidota quoq; nobilia addit. Seſtius pluſq; drachmæ pondere in uini hemina potũ perniciẽ afferre tradit. præterea eiuſdem de-

Farcta. Refercta. Arefacta.

Stumi quos

Deſecratũ

coctum cũ melle sumptũ uenerem inhibere. Est crocodilo cognatio quædã affinitasq; amnis eiusdẽ geminiq; uictus cũ hippopotamo repertore trahendi sanguinis ut diximus. plurimi autem super saiticam inter ægypti præfacturas. Huius corii cinis cum aqua illitus panos sanat. Adeps frigidas febres Item fimus suffitu. Dẽtes parte leua dolores dentiũ scarificatis gingiuis. pellis eius e sinistra parte frõtis in inguina adalligata uenerem inhibet. Eiusdẽ cinis alopecias explet. Testiculi drachma ex aqua cõtra serpentes bibitur. Sanguine pictores utuntur. peregrinæ sunt & lynces: quæ clarissime oium q̃drupedũ cernunt. Vngues earum oẽs cum corio exuri efficacissime in carpato insula tradunt. Hoc ciere poto propudia uiroꝝ: eiusdem aspersu fœminarũ libidines inhiben. Itẽ pruritias corporꝝ. Vrina stillicidia uesicæ. Itaq; eam ꝓtinus terra pedibus aggesta obruere traditur. Eadem aũt & ungulaꝝ aurium dolori monstratur in remedio hactenus de externis. Nunc reuertemur ad nostrũ orbem. primumq; cõmunia animalium remedia atq; eximia dicemus.

Medicinæ cõmunes ex feris animalibus: aut eiusdem generibus placidis. Lactis usu & obseruationes & caseis: butyro: & adipe. Cap. ix.

Icuti e lactis usu utilissimũ cuiq; maternũ concipere: nutricis exitiosũ est. Hi ſũt enim infantes qui colostrati appellantur: dẽsato lacte in casei speciẽ. Est ãt colastra prima a partu spõgiosa densitas lactis. Maxime aũt alit quodcunq; humanũ: mox caprinũ. Vnde fortassis fabulæ iouem ita nutritũ dixere. Dulcissimũ ab hoĩs camelinũ. Efficassimũ ex asinis. Magnoꝝ animalium & corporũ facilius redditur. Stomacho accomodatissimũ caprinum: quoniã fronde magis q̃ herba uescuntur. Bubulũ medicacius. Ouillum dulcius: & magis alit. Stomacho minus utile: quoniã est pinguius Omne autem uernum aquatius æstiuo. Et de nouellis. probatissimũ uero qd in ungue hæret: nec defluit. Innocencius decoctum: præcipue cũ calculis marinis. Aluus maxime soluitur bubulo Minus inflat quodcunq; decoctũ. Sanat uuas lichenas. Ad omnia utile cõtusa aut luxata. Maxime renes: uesicam: interanea: fauces: pulmones. Foris pruritũ cutis eruptiões pituitæ cibi aut potus abstinẽtia. Nã ut in achaia bubulũ biberẽt phthisici sincteticiq; & chachectæ diximus in ratione hærbarum. Sunt inter exempla qui asininũ bibendo liberati sunt podagra chiragraue. Medici speciem unã addere lactis generibus: qd schiston appellauere. Id fit hoc modo. Fictili nouo feruet ꝓmaxime caprinũ: ramisq; ficulneis recentibus miscetur: additis totidẽ cyathis ne mulsi quot sint heminæ lactis. Cũ feruet circunfundatur: præstat cyathis argenteus cũ frigida aqua demissus ita ne qd infundat. Deinde igni dẽptum refrigeratione diuiditur & discedit serum a lacte. Quidã & ipsũ serum iam multo potẽtissimũ decoquunt ad tertias partes: & sub diuo refrigerant. Bibitur aũt efficacissime heminis per interualla sanis diebus. v. a potu illius solitis gestari. Datur comitialibus: melancholicis: paralyticis: in lepris: elephantiis. articularibus morbis. Infunditur quoq; lac contra rosiones a medicamẽtis factas: Et si urat dysenteria decoctũ cũ marinis lapillis: aut cũ ptisana hordeacea. Itẽ cõtra rosiões intestinorum bubulũ aut ouillum utilius. Recens quoq; dysentericis infunditur. Ad colum aũt crudũ. Itẽ uuluæ: & contra serpentiũ ictus phthisicis cantharidũ: aut salamandræ: aut bupresti: aut pityocampes uenenis. priuatim bubulũ iis qui colchion biberint aut cicutã aut dorychnium aut leporem marinum: sicut asinum cõtra gypsum & cæruſam: & surphur & argentũ uiuum. Itẽ duræ aluo in febri. Gargarizatur quoq; faucibus exulceratis utilissime. Et bibitur ab imbecilitate uires recolligẽtibus: quos atrophos uocãt. In febri etiã quæ careat dolore capitis. pueris ante cibũ lactis absinini heminã dari cõuenit. Aut si in exitu cibi rosiones sentiãt. Antiq in arcanis habuerũt. Sed hoc si nõ eẽt: habuerũt e caprino bubuli serum orthopnoicis ꝓdest ante cætera addito nasturtio. Inunguntur etiã oculi in lactis heminis sesami additis drachmis quattuor tritis in lippitudine. Caprino lyenes sanãtur post bidui inediã tertia die hedera pastis capris per triduũ poto sine alio cibo. Lactis usus alias cõtrari[9] capitis doloribus Epaticis splenicis neruoꝝ uitio febres habẽtibus: uertigini præterquã purgatiõis gratia graue dini tussientibus lippis: Suillum utilissimũ tenasmo dysenteriæ: necnon phthisicis: Hũc ẽt mulierib[9] qui dicerent saluberrimũ fuerũt. De generibus caseoꝝ diximus: cũ de uberibus singulisq; animaliũ membris doceremus. Sextius eosdẽ effectus equino quos bubulo tradit. Hos uocat hippacem. Stomacho utiles: qui nõ sunt salsi: id est recentes. Veteres aluũ sistunt: corpusq; minuunt: stomacho utiles. Salsa minuunt corpus: alunt mollia. Caseus recens cum melle sugillata emẽdat. Mollis aluum sistit. Sedat tormina pastillis in uino austero decoctis: rursusq; in pastina tostis cum melle. Saptum uocãt: qui cũ sale & sorbis siccis e uino tritus potusq; medetur cœliacis. Cenitalium carbunculus caprinus tritus & impositus. Item accidus cum oxymelle: Maculis in balineo illitus oleo interlinitur. E lacte fit & butyrũ barbararum gentium laudatissimus cibus: & qui diuites a plebe discernatur. Plurimũ e bubulo: & inde nomẽ: pinguissimũ ex ouibus. Fit & ex caprino: sed hyeme calefacto lacte æstate expræſſo tantum: crebro iactatu in longis uasis angusto foramine: spiritum accipientibus sub

Archadia

aceti mulsi Dioſco

Singulis usq; ad quas. Dios.

ipſo ore alias præligato. Additur paulũ aquæ ut aceſcat. Quod eſt maxime coactũ in ſummo fluit at id exẽptum addito ſale oxygala appellant. Reliqua decoquunt in ollis. Ibi quod ſupnatat: butyrũ ẽ oleoſũ natura. Quod magis uirus reſpuit: hoc præſtantius indicatur. Pluribus cõpoſitionibus miſcetur inueteratũ. Natura eius aſtringere: mollire: replere: purgare. Oxygala fit & alio modo accido lacte addito in recens: quod dũ aceſcit utiliſſimũ eſt ſtomacho. Effectus dicemus ſuis locis. Proxima in cõmunibus laus eſt adipi: ſed maxime ſuillo. Apud antiquos etiã religioſus erat. Certe nouæ nuptæ intrantes etiánum ſolẽne habẽt poſtes eo attingere. Inueteratur duob⁹ modis. aut cũ ſale: aut ſincerus: tanto utilior: quanto ſit uetuſtior. Axungiã etiam græci appellauere in uoluminibus ſuis. Neq; eſt occulta uirium cã: quoniã id animal herbaꝝ radicibus ueſcitur. Itaq; etiã fimo innumeri uſus. Quamobrẽ non de alia loquemur ſue multo efficaciore fœmina: & quæ nõ peperit. Multo uero præſtantior in apris eſt. Vſus igitur axungiæ eſt ad mollienda: excalfacienda: diſcutienda: purgandaq;. Medicoꝝ aliqui admixto anſeris adipe taurorumq; ſeuo & hyſopo ad podagras uti iubent. Si uero pmanet dolor cũ cæra: myrto: reſina: pice. Sincera axungia medetur ambuſtis uel niue. Pernionibus ãt cũ hordei cinere & galla pari modo. prodeſt & cõfricatis membris. Itinerumq; laſſitudines & fatigatiões leuat. Ad tuſſim ueterem recens decoquitur quadrantis pondere in uini cyathis tribus addito melle. Vetuſ etiã phthiſin in pilulis ſumpta ſanat: quæ ſine ſale inueterata eſt. Oino enim nõ niſi ad ea quæ purgan da ſint: aut quæ nõ ſint exulcerata & calida recipitur. Quidã quadrantes axungiæ & mulſi in uini cyathis tribus decoquunt cõtra tuſſim: qntoq; die picẽ liquidã in ouo ſumi iubent circũligatis lateribus & pectoribus & ſcapulis eoꝝ qui phthiſin ſentiunt. Tantaq; eſt uis ut genibus etiã adalligata redeat in os ſapor: eamq; expuere uideãtur. E ſue quæ nõ peperit apriſſime utuntur ad cutẽ mulieres. Cõtra ſcabiem uero quãuis admixto iumẽtoꝝ ſeuo pro parte tertia & pice pariterq; ſubferuefactis. Sincera partus in abortũ uergentes nutrit collyrii modo ſubdita. Cicatrices cõcolores facit cæruſa admixta uel argenti ſpuma. At cũ ſulphure unguium ſcabritias emendat. Medetur & capillo fluẽti. Et ulceribus in capite mulieꝝ cũ gallæ parte quarta. Et ifumata pilis oculoꝝ. Datur & phthiſicis unciatim cũ uini ueteris hemina decocta: donec tres unciæ e toto reſidiant. Alii & melis exiguũ adiiciũt. panos ſanat illita cũ calce. Itẽ furunculos: duritiẽq; mãmarũ. Rupta & conuulſa & ſpaſmata & luxata ſanat. Clauos & rimas colliq; uitia cũ helleboro albo. parotidas ammixta farina e ſalſamentaria teſta. Quo genere ꝓficit ad ſtrumas. pruritus ad papulas in balneo perunctis tollit. Alioq; etiãnũ modo. podagricis ꝓdeſt mixto oleo uetere: cõtrito una ſarcophago lapide & quinquefolio tuſa in uino: uel calice: uel cũ cinere Facit & peculiare emplaſtrũ. lxxxv. pondere. C. ſpumæ argẽteæ mixtis: utiliſſimũ cõtra inflammatiões ulcerũ adipe uerrino cõfici. Et inungi putant utile. liſq; quæ ſerpant illinire cũ reſina. Antiq maxĩe axibus uehiculoꝝ perungẽdis ad faciliorẽ circũactũ rotaꝝ utebant: unde nomẽ. Sic quoq; utili medicina cũ illa ferugine rotaꝝ ad ſedis uitia utilitatiſq;. Et per ſe axungiã medici antiqui maxie ꝓbabãt renibus detractã & exemptis uenis aqua cæleſti fricabãt crebro: decoquebãtq; fictili nouo ſæpius: tum demũ afferuãtes. Cõuenitq; ſalſã magis mollire: excalfacere: diſcutere. utiliorẽq; eẽ uino lotam. Maſurius palmã lupino adipi dediſſe antiquos tradit. Ideo nouas nuptas illo perungere poſtes ſolitas ne quid mali medicamẽti inferretur. Quæ ratio adipis eadẽ in iis quæ ruminant: ſeui eſt: aliis modis nõ minoris potentiæ. pficitur omne exẽptis uenis aqua marina uel ſalſa lotũ: mox in pila tuſum: aſperſũ marina. Crebro poſtea coꝙtur: donec omnis aboleatur odor. Mox aſſiduo ſole ad cãdorẽ reducitur. A renibus aũt oẽ laudatiſſimũ eſt. Si uero uetus reuocetur ad curã: liquefieri prius iubẽt. Mox frigida aqua lauari ſæpius: dein liquefacere: affuſo uino quã odoratiſſimo. Eodẽq; mõ iterũ ac ſæpius cogũt: donec uirus euaneſcãt. Multi priuatim ſic tauroꝝ leonũ pãtheraꝝ ac camelorꝝ pinguia curari iubẽt. Vſus dicetur ſuis locis. Cõmunis & ratio medullaꝝ ẽ. Oẽs molliũt: explẽt: ſiccãt: excalfaciũt. Laudatiſſima ceruina: mox uitulina: dein hircina & caprina. Curãtur ante autũnũ recẽtes lotæ: ſic catæq; in umbra per cribrũ. Dein liquare p linthea exprimũtur: ac reponũtur in fictili locis frigidis. inter omnia ãt cõia animaliũ fel præſtãtius in effectu. Eſt enim uis eius excalfacere mordere: ſcindere extrahere: diſcutere. Minoꝝ animaliũ ſubtilius inteligitur. Et ideo ad oculoꝝ medicamẽta utiliſ exiſtimatur Tauri nõ præcipua potẽtia ẽt in ære pellibuſq; colore aureo ducẽdis. Oẽ ãt curatur recẽs ꝑligato ore lino craſſo demiſſũ in feruentẽ aquã ſemihora: mox ſiccatũ ſine ſole: atq; in melle cõditũ. Dãnatur equinũ tantũ inter uenena. iõ flamino ſacroꝝ equũ tãgere nõ licet cũ romæ publicis ſacris

Flamini

equus etiã immoletur. Quin & ſanguis eoꝝ ſepticã uim habet. itẽ equaꝝ præterquã uirginũ erodit: emarginat: ulcerat. Taurinus quidẽ recens inter uenena ẽ excepta egyra. ibi enim ſacerdos terræ uaticinatura tauri ſanguinẽ bibit priuſquã deſcẽdat in ſpecus. Tãtũ põt ſympathia illa dẽ q̃ loquũtur ut aliquãdo religione uel loco fiat. Druſus tribunus plebis traditur caprinũ bibiſſe cũ palloꝛ & inuidia ueneni ſibi dati inſimulari. Q. Cepionẽ inimicũ uellet. hircoꝝ ſãguini tãta uis ẽ: ut feramẽtoꝝ ſubti

litas non aliter acuatur aut induretur aut scabritia poliatur:uehemẽtiusq; q̃ lima.Nõ igitur & sãguis animaliũ inter cõmunia dici potest:& ideo suis queq; dicẽtur effectib⁹.Digerimus enim in aialia singula:ausus.plurimúq; cõtra serpentes.Exitio iis esse ceruos nemo ignorat:ut si quæ sunt extractas cauernis mãdant.Nec uero ipsis spirãtes tantũ aduersant:sed mẽbratim quoq; fugari eos nidore corn⁹ eorũ si uratur dictũ est.At sũmo gutture ustis ossibus cõgregari dicuntur.pelles eiusdẽ animalis sub stractæ securos præstãt ab eo metu somnos.Coagulũ quoq; ex aceto potum ab ictu:& si omnino tractum sit:eo die nõ ferit serpens.Testes quoq; eius inueterati:uel genitale maris: salutanter dantur in uino item uentres qui centipeliones uocantur fugiunt.Et omnino aliquid cerui habẽtes:aut medulla perunctos seuoue cerui aut uituli.Sumus aũt remediis p̃ferrur hinuli coagulũ in matris utero exacti ut indicauimus.Sanguine quoq; cerui no si una urantur dracontion & cunilago & anchusa lẽtisci ligno contrahi serpentes dicunt.Dissipari deinde si sanguine detracto adiiciatur pyretrum. Inuenio apud auctores græcos animal ceruo minus:& pilo demũ ac dente simile quod ophion uocatur. Sardiniam eum tantum ferre solitam.Hoc interiisse arbitror.Et ideo medicinas ex ea omitto. Vermes Centipedes

Medicinæ de apro:& capris:& equis feris:& remedia & bestiis contra omnes morbos. Cap.x.

Pri quoq; cerebrum cõtra eos laudatur cũ sanguine.Iecur etiã inueteratũ potum cum ruta & uino.Item adeps cũ melle resinaq;.Simili modo uertinũ iecur exemptus dũtaxat fibris quattuor obolo⁊ ponderе:uel cerebrum in uino potũ.Capra⁊ cornu uel pilis accensis fugari serpentes dicunt.Cineremq; ea⁊ potum uel illitũ contra ictus ualere.Item lactis haustus cũ uua aminea.Vel urinæ cũ aceto scyllitico.Caseum caprinum cũ origano impositũ uel seuum cum cæta. Milia præterea remediorũ ex eo animali demonstrantur,sicut apparebit.Quod quidẽ miror:cum febri negetur carere.Amplior potẽtia feris eiusdẽ generis quod numerosissimũ esse diximus. Alia uero ex hircis.Democritus etiãnum effectus auget eius qui singularis natus sit.Fimus quoq; capra⁊ in aceto decoctus & illitus in ictus serpentiũ placet:& recẽtis cinis ĩ uino.Atq; in toto difficilius se recoligentes a serpentiũ ictu:in caprilibus optime cõualescunt.Qui medicari efficacius uolunt:occisæ capræ aluum dissectam cũ fimo intus reperto statim illigant.Alii carnem recentẽ hædo⁊ pilo suffriũt: eodemq; nidore fugant serpentes:Vtuntur & pelle eo⁊ recente ad plagas:came & fimo equi in agro pasti.Coagulo leporis ex aceto cõtra scorpionem & murem araneũ.Aiunt autẽ nõ feriri leporis coagulo perunctos.Percussis a scorpione fimũ capræ efficacius cũ aceto decoctum auxiliatur.Lardũ iusq; decocti potum iis qui bupresti hauserint.Quinetiã siqs asino in aurem dixerit pcussum se a scorpione transire malum protinus tradunt:Venenataq; omnia accenso eius pulmone fugere.Et fimo uituli suffiri percussis a scorpione prodest.Canis rabidi morsu facta uulnera circũcidũt ad uiuas usque carnes:quidã carnemq; uituli admouent:& ius ex eodẽ carnis decoctæ dant potui:aut axungiã cum calce tusam.Laudant hirci iecur:quo imposito ne tentari quidẽ aquæ metu affirmant.Laudant & capræ fimum ex uino illitũ aut melle.Mellis & cuculi & hirundinis decoctũ & potum.Ad reliquos bestiarum morsus caprinum:caseum siccum cũ origano imponunt:& bibi iubent.Ad hominis morsus carnem bubulã decoctam.Efficacius uituli si nõ ante quintum diem soluãt. Veneficiis rostrum lupi resistere inueteratum aiunt.Ob idq; uillarum portis præfigunt.Hoc idem præstare & pellis e ceruice solida manica existimatur:quippe tãtas uis est animalis.præter ea quæ rettulimus & uestigia eius calcata equis afferunt torporem.Iis qui argẽtũ uiuum biberint lardũ remedio est.Asinino lactæ poto uenena restringuntur.peculiariter si hyoscyamũ potũ sit:aut uiscum:aut cicuta:aut lepus marinus aut opocarpathum:aut pharicon:aut dorycnidium.Et si coagulũ alicui nocuerit:nam id quoq; uenenũ est in prima lactis coagulatione.Multos eius & alios usus dicemus.Sed meminisse oportebit recenti utendum:aut nõ multo postea tepefacto.Nullum enim celerius euanescit.Ossa quoq; asini cõfracta & decocta contra leporis marini uenenum dantur.Omnia eadẽ onagris efficaciora.De equis feris non scripserunt græci:quoniã terræ illæ nõ gignebant.Verũtamen fortiora eadẽ quã in eos intelligi debent. Lacte equino uenena leporis marini & toxica expugnantur.Nec uros aut bisontes græci in experimentis habent quãquã boue fero refertis indiæ siluis portione tamen eadẽ efficaciora oĩa ex iis credi par est.Sic quoq; lacte bubulo cuncta uenena expugnari tradunt:maxime supradicta: & si ephemerũ impactũ sit:aut si cantharides datæ uomitiõe omnia egeri.Sic & caprino iure cãtharides. Contra ea uero quæ exulceratione enecant:seuũ uitulinũ seu bubulũ auxiliatur.Nã contra sanguisugas potas butyrum remedio est cũ aceto fero calefacto. Quo & per se prodest cõtra uenena.Nã si oleum non sit:uicem eius representat.Multipedũ morsus cũ melle sanat.Omnia sesami quoq; iure poto uenena supradicta expurgari putãt.priuatim uero aconita & cicutas:Itemq; uitulino seuo.Caprinus caseus recẽs iis qui uiscũ biberint.Lac uero cõtra cãtharidas remedio est:& cõtra ephemerim po-

tum cũ taminia una.Sanguis caprinus decoctus cũ medulla:cõtra toxica uenena sumif.Hædimus cõ tra reliqua.Coagulũ hædi cõtra uiscũ:& chamæleonté album:sanguinem taurinum:cõtra quẽ & le poris coagulũ est ex aceto.Cõtra pastinacam uero & omniũ marinorum ictus uel morsus coagulum leporis:uel:hædi:uel agni drachmæ pondere ex uino.Leporis coagulũ & contra uenena additur an tidotis.Papilio quoq; lucernarum luminibus aduolans inter mala medicamẽta numeratur.Huic cõ trarium est iecur caprinũ:sicut fel ueneficiis ex mustella rustica factis.Hinc deinde reuertemur ad ge nera morborum.Capilli defluuia ursiinus adeps mixto ladano & adiantho cotinet.Alopeciasq; emẽ dat & raritatem superciliorum cũ fungis lucernæ ac fulgine quæ est in rostris eaꝝ.Porrigini cum ui no prodest.Ad hanc & conus cerui ni cinis e uino:utq; non tedia animaliũ capillis increscant. Itẽ fel capriuum cũ creta cymolia & aceto sic ut paululum capilli inarescant.Itẽ fel hircinũ cum urina tauri. Si uero uetus sit:etiã furfures adiecto sulphure emendat.Cinere genitalis asini spissari capillum putat & e canitie uindicari si rasis illinatur.plumboq; tritis cum oleo densari:& asinini pulli cum urina:ad miscentq; nardum:fastidii gratia.Alopecia felle taurino cum ægyptio alumine tepefactas illinũt.Ca pitis ulcera manantia urina tauri efficaciter sanat.Item hominis uetus:si cyclaminũ adiiciatur & sul phur.Efficatius tamen uitulinũ fel.Quo cum aceto calefacto tulluntur & lendes. Seuum uitulinũ cũ sale tritum capitis ulceribus utilissimũ.Laudatur & uulpinum adeps:sed præcipue fel & fimum cum sinapi pari modo illitum.Caprini cornus farina uel cinis magisq; hircini addito nitro & tamarici se mine:& butyro:oleoq; prius capite raso mire cõtinent ita fluentem capillum.Sicut & canis cinere ex oleo illito supercilia nigrescunt.Lacte caprino lendes tolli tradunt.Fimo cum melle alopecias exple ri.Item ungularum cinere cum pice fluentem capillum cõtineri.Leporinus cinis cum oleo myrtheo capitis dolores sedat.Item aqua pota quæ de bonis aut asini potu relicta est.Et si credimus uulpis ma sculæ genitali circunligato.Cornus cerui ni cinis illitus ex aceto aut rosaceo:aut ex irino:oculorũ epi phoras.Easq; bubulo seuo cũ oleo cocto illinũt.Cerui ni cornus cinis scabricias eodẽ unguine sanat. Mucrones aũt ipsos efficatiores putant.Lupi excrementis circunlini suffusiones prodest.Cinere eoq; cum atico melle inungi obscuritates.Itẽ felle ursino.Epynictidas adipe arpino cũ rosaceo. Vngulæ asininæ cinis inunctus e suo iactæ cicatrices oculorũ sanat & albugines tollit.Medulla bubula ex dex tro crure priore trita cũ fulgine pilis & palpebrã uitiis angulorũq; occurit.Calliblephariq; mõ fuligo in hoc usu temperatur.Optime ellychnio papyreaceo:Oleoq; sesamino.Fuliginein nouo uase pen nis detersa.Efficaciſſime tamen euulsos ibi pilos coercet.Felle tauri cũ oui albumine collyria fiunt: aquaq; dissoluta inunguntur per quatriduũ.Seuum utili cũ anseris adipe & ocimi succo genarum ui tiis aptissimũ est.Eiusdem medullæ cum pari põdere cæræ & olei uel rosacei addito ouo duritiæ ge narum illinuntur.Caseo molli caprino impositio ex aq̃ calida epiphoræ sedãtur.Si tumor sit ex mel le.Vtrumq; uero sero calido fouendũ.Sicca lippitudo lumbulis suũ tostis atq; contritis & impositis tollitur.Capras negant lippite:qm̃ eæ quasdã hærbas edant.Item dorcades.Et ob id fimum earũ cæ ra circundatũ noua lutea deuorari iubent:quoniã noctu equæ quoq; cernant.Sanguine hircino sana ri luscios putant nyctilopas appellant græci.Capræ uero iocinere in uino austero decocto. Quidã inassati iocineris sanie inũgũt.Aut felle capræ:carneq; eas uesci:& dũ coquãtur oculos uaporari his præcipiunt.Id quoq; referre arbitrãtur.si rutili coloris fuerint.Volũt & oculos suffiri iocinere in ollis decocto.Quidã inassato,Fel quidẽ caprinum pluribus modis assumunt cũ melle cõtra calligines Cũ ueratri candidi te tia parte contra glaucomata.Cũ uino cõtra cicatrices:& albugines:& caligines: & pterygia:& argemata.Ad palpebras uero euulso,prius pilo cũ succo oleris:ita ut uncto inarescat. Cõ tra ruptas Tuniculas cũ lacte mulieris.Ad omnia autem inueterata fel efficatius putant.Nec ab dicãt fimum ex melle illitũ epiphoris.Contraq; dolores medullam.Item pulmonem lepori. Sedat caligi nem fel cum passo aut melle.Lupino quoq; adipe uel medulla suũ fricari oculos contra lippitudines præcipiunt.Nam uulpinam linguã habentes in armilla lippituros negant.Auriũ dolori & uitiis me detur urina apri in uitro seruata.Fel apri uel suis uel bubulum cum oleo citreo & rosaceo æquis por tionibus.præcipue uero taurinũ cum porri succo tepidum:uel cum melle si suppurent.Contraq; odo rem grauem per se repefactum in mali corio. In ea parte rupta cum lacte mulierum efficaciter sanat. quidã etiam in grauitate aures sic perluendas putant.Alii cum senecta serpentium & aceto includũt lana ante aqua calida collutas:Et si maior si grauitas aurium fel cũ myrtha & ruta in mali corio excal factum infundũt.Lardũ quoq; pingue.Item fimum asini recens:cui rosaceum instillatur.Omniaq; ea repefacta.Vtilior equi spuma:uel equini fimi recentis cinis cum rosaceo.Seuum bubulũ cum adipe anserino.Butyrum recens:Vrina capri:uel tauri.aut fullonia uetus calfacta uapore per lagẽnæ collũ subeunte.Admiscent & aceti tertiã partem.Et aliquid urine uituli qui nondũ hærbã gustauerit. Fi mum etiã mixto felle eiusdem.Et cutem quam reliquunt angues: excalfactis prius aurib9. Lana au

Cicino

autem medicamina ea includuntur. Prodest & seuum uituli cū anseris adipe: & ocimi succo cum eiusdem medulla admixto cumino trito infusa. Virus uerrinum e scropha ex coitu exceptū priusq; terrā attingat contra dolores. Auribus fractis glutinum e naturis uitulorū factum & in aqua liquatū. Aliis uitiis adeps uulpium. Item fel caprinum cū rosaceo tepido aut porri succo: aut si sint rupta ibi aliqua e lacte mulieris. Si grauitas sit audiendi: fel bubulum cū urina capræ: uel hirci uel si pus sit. In quocūq; autem usu putant hæc efficaciora in cornu caprino per dies. xx. infumata. Laudāt & coagulū leporis tertia denarii parte dimidia quoq; sagapeni i amineo uino. Parotidas ursinus adeps cōprimit pari pōdere cæræ & taurini seui. Addūt quidā hippocistidem: & per se butyrū illitum: si prius foueant fœno græci decocti succo. Efficacius cū strychno. prosunt & uulpium testes: & taurinus sanguis assidus tritus. Vrina capræ calefacta instillata auribus. Fimūq; eiusdem cū axungia illitū. Dentes mobiles confirmat cerui cornus cinis: doloresq; eorum mitigat: siue infricentur siue colluātur. Quidā efficaciorem ad oēs eosdem usus crudi cornus farinā arbitrātur. Dentifricia utroq; modo fiunt. Magnū remediū est & in lupore capitis cinere. Certūq; est in excrementis eorū pleraq; inueniri ossa. Hæc adalligata eundem effectū habent. Item leporina coagula per aurem ifusa cōtra dolores. Et capitis eorū cinis dentifriciū est. Adiectoq; nardo mulcet grauiolentiā oris. Aliqui murinorū capitū cinerem miscuisse malunt. Reperitur in latere leporis acui os simile: hoc scarificari dentes in dolore suadēt. Talus bubulus accensus eos qui labant cū dolore admotus cōfirmat. Eiusdē cinis cū myrrha dentificiū est. Ossa quoq; ex unguli suū cōbusta eundem usum præbent. Item ossa ex acetabulis pernarū circa quæ coxē dices uertuntur. hisdem sanari dimissis in fauces iumentorū uerminationes notū est. Sed & corruptos dentes cōfirmari. Asinæ quoq; lacte pcussu uexatos: aut dentiū eiusdē cinere. Lichene itē equi cū oleo in fuso per autē. Est aūt hoc nō hippomanes: quod alioquin noxium omitto. Sed in equorū genibus ac super ungulas: præterea in corde equoq; inuenitur os dentibus caninis maxie simile. Hoc scarificari dolorem. Aut exempto dente emortui equi maxillis ad numerū eius qui doleat demonstrant. Eq̄ ui uirus a coitu in lychnis accensum: Anaxilaus pdidit equinorū capitum usus repræsentare mōstrifice. Similiter ex asinis. Nā hippomanes tantas in ueneficio uires hēt. ut affusum æris mixturæ in effigiem equæ olympiæ admotos mares equos ad rabiem coitus agat. Medetur dentibus & fabrile glutinū in aqua decoctū illitūq; & mox paulo detractū: ita ut confestim colluantur uino: in quo decocti sūt cortices mali punici dulcis. Efficax habetur & caprino lacte collui dentes uel felle taurino. Talorū capræ recētiū cinis dentificio placet. Et oium fere uillaticorū quadrupedū: ne sæpius eadē dicātur. Cutem in facie erugari & tenerescere: & candorē custodiri lacte asinino putant. Notūq; est quasdā quotidie. dcc. custodito numero fouere. poppeaq; hoc uxor Neronis principis instituit. Balneaq; quoq; sic solito temperato: asinorū gregibus ob hoc eā comitātibus. Impetus pituitæ in facie butyro illito tolluntur. Efficacius cū cæruſa. Sincero uero ea uitia quæ serpūt insuper īposita farina hordeacea. Vlcera in facie mēbrana e partu bouis madida. Fruolū licet uideatur non tamen omittendū pp desideria mulierū. Talū candidi iuuenci. xl. diebus noctibusq; donec resoluatur in liquorē decoctū & illitū lenteolo candorē cutisq; erugationē præstare. Fimo taurino malas rubescere aiunt. nō ut crocodileā illini melius: sed fouen frigida & ante & postea iubent. Aestates & quæ discolorē faciūt cutem fimū uituli cū oleo & gūmi manu subactū emendat. Vlcera oris & rimas seuū uituli uel bouis cū adipe anseris & ocimi succo. Est & alia mixtura seuo uituli cū medulla cerui: & albæ spinæ foliis una tritis. Idē præstat: & medulla cū resina: uel si uaccina sit: eiusq; e carne uaccina. lichenas oris præstātissime uincit glutinū factū e genitalibus uitulorū liquatū aceto cum sulphure uino ramo ficulneo permixtū: ita ut bis die recens illinatur. Item lepras ex melle & aceto decoctū aquas & iecur hirci calidū illitū tollit: sicut elephantiasin fel caprinum. Etiānum lepras ac furfures tauri fel addito nitro. Vrina asini circa cātis ortū maculas in facie. Fel utriusq; per sese aq̄ infractum: euitarisq; solibus ac uētis post detractam cutē. Similis effectus & in taurino seuo uitulinoue felle cū semine cunilæ ac cinere e cornu ceruino si canicula exoriente cōburatur. Asinino seuo cicatricib⁹ ac licheni lepriſq; maxie color redditur. Hirci fel liuīgines tollit admixto caseo & uino sulphure spongiæq; cinere: ut mellis fit crassitudo. Aliqui inutereato felle uti maluere: mixtis calidis furfuribus pōdere obolis unius q̄ttuorq; mellis prius defrī catis maculis: Efficax eiusdē & seuum cū melanthio & sulphure & iride. Labrorum scissuris cū adipe anserino ac medulla ceruina resinaq; & calce. Inuenio apud auctores iis qui lentiginē habeant negari magicæ sacrificiorū usum. Lacte bubulo aut caprino tonsillæ & alteriæ exulceratæ leuātur. Gargarizatur tepidū ut ē expressum aut calefactū. Caprinū utilius cū malua decoctū & sale exiguo. Linguæ exulcerationi & arteriaq; pdest ius omasi si gargarizatur. Tonsillis autem priuatim tenes uulpiū aridi cū melle triti illitiq;. Anginæ fel taurinum uel caprinū cū melle. Iecur mellis ex aqua oris grauitati cū melle triti illitiq;. Anginæ fel taurinum uel caprinū cū melle. Iecur mellis ex aqua oris grauitati tē. Vlceraq; butyrum citissime sanat. Spinā aliud qd faucibus adhærens felis sextrinsecus fimo perfi

nis quoq; terræ uires aquagę esse beneficii. Quapropter ante omnia ipsarum potentiæ exempla pone
mus. Cūctas enim quis mortalium enumerare queat.

De differentia aquarum medicinis: & obseruationibus. cc. lxvi. Cap. ii.

Micant benigne passimq; in plurimis terris albi frigidæ: albi calidæ: albi inunctæ: sicut ī tar
bellis aquitanica gente. Exin in pyreneis montibus tenui interuallo discernēte. Alibi tepi-
dæ gelidæq; auxilia morbogę conferentes. Et e cunctis animaliū hoium tantū causa erūpē-
tes. Augent numegę deorū noibus uariis urbesq; condunt: sicut puteolos in cāpania. Statielas in ligu
ria: Sestias in narbonensi puincia. Nusq̄ tamen largius quā in baiano sinu: nec pluribus auxiliādi ge-
neribus: aliæ sulphuris: aliæ aluminis: aliæ salis: aliæ nitri: aliæ bituminis: nōnulla ēt acida salsaue mix
tura. Vapore quoq; ipso aliquæ psunt. Tantaq; eis est uis ut balneas calefaciāt: ac frigidā etiā in solis
feruore cogant quæ in baiano possideanæ uocantur noīe accepto a claudii Cæsaris libero. Obsonia
quoq; pcoquunt. Vaporāt & in mari ipso quæ Licinii Crassi fuere. Medioq; inter fluctus existit aliqd
ualitudini salutare. Iam generatim neruis psunt pedibusue aut coxē dicibus: aliæ luxatis fractisue. Ina
niunt. aluos. Sanant ulcera. Capiti auribusq; priuatim medent. Oculis uero ciceronianæ. Digna me-
moratu uilla ē ab auerno lacu puteolos tendētibus iposita littori: celebrata porticu ac nemore. Quā
& uocabat. M. Ci. academiā ab exēplo athenagę: ubi cōpositis uoluminib⁹ eisdē noibus. In q̄ & monu
mentū sibi instaurauerat. Ceu uero nō & in toto terragę orbe feciſſet. Huius in pte prima exiguo post
obitū ipsius. Antistio uetere possidēte erumperūt fōtes calidi perquā salubres oculis celebrati carmi-
ne Laureæ Tulli qui fuit e liberis eius. Vt ptinus noscat etiā ministeriū eius haustus ex illa maiestate.
ponam enim ipsum carmen dignum ubiq; & non ibi tantum legi.

Quod tua romanæ uindex clarissime linguæ
Silua loco melius surgere iussa uiret.
Atq; academiæ celebratam nomine uillam
Nunc reparat cultu sub potiore uetus.
Hic etiam appārent lymphæ non ante repertæ.
Languida quæ infuso lumina rore leuant.
Nimirum locus ipse sui Ciceronis honori
Hoc dedit: hac fontes cum patefecit ope.
Vt quoniam totum legitur sine fine per orbem:
Sint plures oculis quæ medeantur aquæ.

In eadem campaniæ regione sinuessanæ aquæ sterilitatē fœminarū & uirorum insaniam abolere p-
duntur. In ænaria insula calculosis mederi. Et quæ uocatur acidula ab teano sidicino ḡttuor milibus
passuū frigida. Item in stabiano quæ dimidia uocatur: & in uenafrano ex fonte acidulo. Idē cōtingit
in uelino lacu potantibus. item in syriæ fonte iuxta taurum montē. Auctor est. M. Varro. Et in phry-
gie gallo flumino Callimachus. Sed ibi in potando necessarius modus: ne lymphatos agat. Quod i
æthiopia accidere lis qui e fonte rubro biberint Ctesias scribit. iuxta romā albule aq̄ uulnerib⁹ medē
tur. prægelide eæ. Sed subcutile in sabinis gelidissime suctu quodā corpora inuadūt: ut ppe morsus
uideri possit. Aptissime stomacho: neruis: uniuerso corpori. Thespieorū fons cōceptus mulieribus re Am-
presentat. Item in arcadia flumen elatum. Custodit autem partū linus, fons in eadem arcadia abortus phrysū
fieri non patitur. E diuerso in pyrrha flumen quod aphrodisiū uocatur, sterilis facit. Lacus Amphion

uitiligines tollit. Varro auctor ē Titiūm quendam prætura functū marmorei signi faciē habuisse propter id uitium. Cidnus ciliciæ amnis podagricis medetur: sicut apparet in epistola Cassii Parmēsis ad M. Antonium. Contra aquarū culpa in troezene omnium pedes uitia sentiūt. Tungri ciuitas galliæ fontē habet insignem plurimis bullis stillantē: ferruginei saporis quod ipsū nō nisi in fine potus intelligitur. Purgat hic corpora. Tertianas febres discutit: calculorumq; uitia. Eadē aqua igne admoto turbida fit. Ad posterū rubescit. Leucogei fontes inter puteolos & neapolim oculis & uulneribus medentur. Cicero in admirandis posuit reatinis tantū paludibus ungulas iumentoꝝ indurari. Eudicus in hestiæa euthice fontes duos tradit eē ceronē: ex quo bibētes oues nigras fieri: mellē ex quo albas: ex utroq; autē uarias. Theophrastus in thuriis crathin cādorem facere: sybarim nigriciā bobus ac pecoribus. Quin & homines sentire differentiá eam. Nam qui sabyrim bibant: nigriores esse: durioresq; & crispo capillo. Qui ex cratide candidos: mollioresq; ac porrecta coma. Itē in macedonia quæ uelint sibi candida nasci ad haliacmon ducere. Quæ nigra aut fusca ad axium. Idē omnia fusca qbusdā in locis tradit nasci: fruges quoq;: sicut in messapiis. At in lusis archadiæ quodā fonte mutes terestres bibere & cōuersari. Erythris aloes amnis pilos gignit in corporibus. In boeotia ad trophoniū deum iuxta flumen orchomenon duo sunt fontes: quoꝝ alter memoriā: alter obliuionē affert: inde numinibus inuentis. In cicilia apud oppidum iusgum riuus fluit unus: ex quo bibentiū subtiliores sensus fieri. Varro tradit. In cea insula fontē esse qui habetes facit. Zame in africa ex quo canoras uoces. Vinū tedio uenire iis qui ex clitorio lacu biberint. At Eudoxus & Theopompus inebriari fontibus iis quo diximus asserunt. Mutianus andrie fonte liberi patris statis diebus septenis eiusdē dei uinū fluere. Si auferatur e conspectu tēpli sapore in aquā transeunte. Polyclytus explere olei nicē iuxta solos ciliciæ fontē. Throphrastus hoc idē fieri in æthiopia eiusdē uirtutis fonte lycos in indiæ terris fontē esse cuius aqua lucernæ ardeant. Idē ecbathanis traditur. Theopompus in scotusis lacū esse dicit: qui uulneribus medetur. iuba in troglodytis lacum insanum malefica ui appellatū: ter die fieri amarū sal sumq; ac deinde dulcem: totiensq; etiā noctu scatentē albis serpentibus uicenū cubitorum. idem in arabia quoq; fontem exiliere tanta ui ut nullum non pondus impactum respuat. Theophrastus marsyæ fontem in phrygia ad celenarum oppidum saxa egere. Nō procul ab eo duo sūt fontes claeon & gelon ab effectu græcoꝝ nominum dicti. Cyzice fons cupidinis uocatur: ex quo potantes amorē deponere Mutianus credit. Crānone est fons calidus citra summū fēruorē qui in uinū additus triduo calorem potionis custodit in uasis. Sunt & mattiaci in germania fontes calidi trans rhenū: quoꝝ haustus triduo feruet. Circa margines uero pumicem faciunt aquæ. Quod si quis fide carere ex iis aliq; arbitratur: discat in nulla parte naturæ maiora esse miracula: q̄q̄ inter initia operis abūde multa rettulimus Ctesias tradit siderim uocari stagnū in indis in quo nihil innatet: sed oia merganf. Celius apud Silian. Strab. nos in auerno ait etiā folia subsidere. Varro aues quæ euolauerit emori. Contra in africæ lacu apuscidamo oia fluitant: nihil immergitur. Itē in siciliæ fonte ephintia: ut Appion tradit. Et in medoꝝ lacu puteoq;: Saturni neptunni fons limite transire solet in loca uicina portendens aliquid. Mirū quoq; ē Aleos q cum piscibus transit. Responsa ab iis petunt incolæ cibo: quem rapiunt annuentes. Si uero euentū negent: caudis abigunt. Amnis olachas in bithinia Brietiū alluit: hoc est & tēplo & deo nomē: cuius Briazim gurgite periuri notantur pati uelut flāmam urentē. In cantabria fontes tamarici in aurio habentur. Tres sunt octonis pedibus distantes. In unum alueum coeunt uastoamne. Singulis siccantur duodecies diebus: aliquando uicies citra suspitionē ullā aquæ: cū sit illis uicinus fons sine intermissione largus. Dirumq; est non profluere eos aspicere uolentibus: sicut proxime Lartio Licino legato post prætura: post septem dies accidit. In iudæa riuus sabbatis omnibus: siccatur. E diuerso miracula alia dira. Ctesias in armenia scribit esse fontē: ex quo nigros pisces ilico mortē afferre in cibis: Quod ex citra danubii exortū audiui: donec ueniatur ad fontē alueo appositū: ubi finitur id genus pisciū. ideoq; ibi caput eius amnis intelligit fama. Hoc idē & in lydia in stagno nympharū tradunt. In arcadia ad phe neum aqua ꝓfluit e saxis styx appellata: quæ illico necat: ut diximus Sed esse pisces paruos in ea tradit Theophrastus lœtales & ipsos: quod nō in alio genere mortiferoꝝ fontiū. Necare aq̄s Theopom Chytros pus & in trechea apud cychros dicit. Lycus in leōtinis tertio die si quisquā biberit. Varro ad foracten scripsit esse fontem: cuius sit latitudo quattuor pedum: sole oriente eum exundare feruenti similem: aueſq; quæ gustauerint: iuxta mortuas iacere. nanq; & hæc insidiosa conditio ꝙ quædā: etiā blandiū tur aspectu: ut ad nonacrin arcadiæ. Omnino enim nulla deterrent q̄litate: sed hanc putant nimio frigore esse noxiā: utpote cū profluens ipsa lapidescat. Aliter circa thessalica tempe quoniā uisus omnibus terrori est. Tradūtq; etiá æs ac ferrum erodi illi aqua. Profluit ut indicauimus breui spatio. Mirūq; siliqua siluestris amplecti radicibus fontē eū dicitur semper florens purpura. Et quædā sui generis hærba in labris fontis uiret. In macedonia nō procul ab Euripidis poetæ sepulchro duo riui cōfluūt

alter salubertimi potus:alter mortiferi.In perperenis fons est qui quacunq; rigat lapidē facit terram. Item calidæ aquæ in euboea Lebedon nanq; alluit riuus:in quo saxa in altitudinē crescūt.in eurymenis deiectæ coronæ in fontē lapides fiunt.In collosis flumen est:in quo lateres coniecti lapides extahuntur.In scyretico metallo arbores quæcunq; flumine alluūtur saxa fiūt cū ramis.Distillātes quoq; guttæ in lapides durescūt.in antris corycijs.nā miæze in macedonia etiā pendētes in ipsis cameris. At in corintho cū decidere in quibusdā speluncis utroq; modo columnas faciunt:ut in phausia chersonesi rhodo in antro magno etiam discolori aspectu.Et hactenus contenti simus exemplis. Rhodioꝝ

De qualitate aquarum in salubritate uel cōmoditate earum. Cap.iii.

Væritur inter medicos cuius generis aquæ sint utilissimæ.Stagnātes pigrasq; merito damnant:utiliores quæ profluunt existimantes:Cursu enim percursuq; ipso extenuari atq; proficere.Eoq; mirot cisternarū ab aliquibus maxime probari.Sed ii rationem afferunt: quoniam leuissima sit hymbrium aqua:ut quæ subire potuerit ac pendere in aere.ideoq; & niues præferunt imbribus:niuibusq; etiā glatiē uelut ad infinitū coacta subtilitate.Leuiora enim hæc esse & glaciē multo leuiorem aqua.Hoꝝ sententiā refellere interest uitæ.in primis enim leuitas illa deprehendi aliter quā sensu uix potest:nullo pene momento pōderis aquis inter se distantibus.Nec leuitatis i pluuia aqua argumentū est subisse eā in cælum:cum etiā lapides subire appareat: cadensq; inficiatur halitu terræ.Quo fit ut pluuiæ aquæ sordium inesse plurimū sentiatur:citissimeq; ideo calefiat aqua pluuia.Niuem quidē glaciemq; subtilissimū elementi eius uideri miror:appositio grandinū argumēto e quibus pestilentissimū potum esse conuenit.Nec uero pauci inter ipsos e cōtrario:ex gelu ac niuibus insaluberrimos potus prædicant:quoniā exactum sit inde:quod tenuissimū fuerit.Minui certe liquorem omnē cōgelatione deprehendi:& rore nimio scabiē fieri.pruina uredinē cognatis & niuis causis.pluuias quidē aquas celerrime putrescere conuenit:minimeq; durare in nauigatione. Epigenes autem aquā quæ septies putrefacta purgata sit perhibet amplius nō putrescere. Nam cisternas etiā medici confitentur inutiles aluo duricias facientes facibusq; etiā limi nō aliis inesse plus: aut animaliū quæ faciunt tedium confitendū habent.Nec statim amnū utilissimas esse : sicuti nec torrentiū ullius:lacusq; plurimos salubres maxime.Quædā igitur & huius generis aptissimæ aliæ alibi.parthorum reges ex coaspe & euleo tantū bibunt.Eæ quāuis in longinqua comitantur illos.Et horum placere potum non quia sint amnes apparet.quoniā nec e tigri nec euphrate.nec e multis aliis bibunt. Limus aquaꝝ uitium est:si tamen idem amnis anguillis scateat salubritatis indicium habetur. Sicuti frigoris tineas in fonte gigni.Ante omnia damnantur amaræ:& quæ scobem statim implent: quod euenit troezene.Nam nitrosas atquæ salmacidas & fæculentas in desertis rubrū mare petentes addita polenta utiles intra duas horas faciunt:ipsaq; uescuntur polenta.Damnātur in primis fontes q cœnū faciunt:quinq; malū colorem bibentibus referunt:& si uasa ære inficiunt:aut si legumina tarde pcoquunt.Si liquatæ leniter terrā reliquunt:decoctæq; crassis obducunt uasa crustis.Est etiamnum uitium non fœtidæ modo ueꝝ omnino quicquā recipientis iucundū sit illud licet gratumq;: & ut sæpe ad uicina lactis accendens.Aquā salubrem aeri quā simillimā esse oportet.Vnus in toto orbe traditur fons aquæ iucunde olentis in mesapotamia cabure.Fabulæ rationem afferunt:quoniā eo iuno perfusa sit.De cætero aquaꝝ salubrium sapor odorue nullus esse debet. Quidam statera iudicant de salubritate: frustrante diligentia:quando perraꝝ est ut leuior sit aliqua.Certior subtilitas inter pares meliorem esse quæ calefiat refrigeraturq; celerius.Quin ex hausta uasis ne mālus pendeāt depositis q in humum tepescere affirmant.Ex quoniā ergo genere maxime pbabilis contingit.puteis nimiꝝ ut in oppidis constare uideo.Sed iis quibus exercitationis ratio crebro hausta cōtingat : & illa tenuitas colante terra.Salubritati hæc satis sunt.Frigori & opacitas necessaria.Vt quæ cælum uideant supomnia obseruatio una.Eadē & ad perennitatem pertinet:ut illa uado exiliat uena nō e lateribus.Nā ut tactu gelida fit:etiā arte contingit.Si etiam expressa in altū:ut esublimi deiecta uerberatu corripiat aera.In natando quidem spiritū cōtinentibus frigidior sentitur Eadē neronis principis inuentum est decoquere aquā:uitroq; demissam iniueis refrigerare.Ita uoluptas frigoris cōtingit sine uitiis niuis. Omnem utiq; decoctā utiliorem esse conuenit.Item calefactam magis refrigerari subtilissimo inuēto.Vitiosæ aquæ remedium est si decoquatur ad dimidias ptes.Aqua frigida iniecta sistitur sanguis. Aestus in balneis arcetur si quis ore teneat:Quæ sunt hausta frigidissimæ:non perinde & tactu eē alternante hoc bono multi familiari exemplo colligūt.Clarissima aquaꝝ omnium toto orbe frigoris salubritatisq; palma præconio urbis martia est:iter reliqua deum munera urbi tributa. Vocabat hæc quōdam aufeia.Fons autem ipse piconia. Oritur in ultimis montibus peligniꝝ. Transit marsos & fucinum lacū romā non dubie petens.Mox specu mersa in tyburtina se aparit nouē milibus passuū formicibus structis pducta.primus eam in urbem ducere auspicatus est Ancus Martius unus e regi-

bus.Postea.Q.Martius rex in ptura.Rursusq restituit.M.Agrippa.Idē & uirginē adduxit ab octa-
ui lapidis diuerticulo duo milia passuū prenestina uia.Iuxta est herculaneus rimus:quē refugiens uir
ginis nomen obtinuit.Horū amniū comparatione differentia supradicta deprehenditur cum quan-
tum uirgo tactu præstet martia hausto.Quanquā utriusæ iampridē urbi periit uoluptas ambitione
auaritiaq; in uillas ac suburbana detorquentibus publicam salutē. Non abre sit querendi aquas iun-
xisse rationē.Reperiuntur in conuallibus maxime:& quodā conuexitatis cardine aut montium radi
cibus.Multi septentrionales ubiq; partes aquosas existimauere.Qua in re uarietatē naturæ aperuisse
conuenit.In hyrcanis montibus a meridiano latere non pluit.Ideo siluigeri ab aquilonis tantum par
te sunt.At olympus ossa parnasus appenninus alpes undiq; uestiuntur:amnibusq; perfunduntur. Ali
Decoquē titibus prior lectio. qui ab austro sicut in creta albi montes.Nihil ergo in iis perpetuæ obseruationis indicabitur. Aquaq;
sunt notæ iuncus aut harundo:aut hærba de qua dictum est.Multumq; alicui loco pectore incubans
rana.Salix.n.erratica & alnus aut uitex aut hedera sponte proueniunt & corriuatiōe aquæ pluuiæ in
locum humiliorem e superioribus defluentis augurio fallaci.Certior multo nebulosa exhalatio ē an
te ortū solis longius intuentibus.Quod ex edito quidā speculantur proni terram mento attingēte.
Est & peculiaris æstimatio peritis tantum notata:quam feruentissimo æstu sequūtur dieiq; horis at-
dētissimis:qualis ex quoq; loco repercussus splendat.Nā si terra sitiente humidior est ille: indubitata
spes ꝓmittitur.Sed tanta intentione oculorum opus est ut indolescat.Quod fugientes ad alia expi-
menta decurrūt loco inaltitudinem pedum quinq; defosso.Olliscq; e figulino opere crudis:aut perū-
cta pelui ærea cooperto lucernaq; ardente concamerata frōdibus.dein terra.Si figulinū humidū tup
tumue.aut in ære sudor uel lucerna sine defectu olei restincta:aut etiā uellus lanæ madidū repiatur:
non dubie ꝓmittitunt aquas.Quidam & igne prius excolunt locum:tāto efficatiore uasoꝝ argumē
to.Terra uero ipsa ꝓmittit candicantibus maculis:aut tota glauci coloris.In nigra enii scaturigines
non fere sunt perennes.Figularis creta semper adimit spes.Nec amplius puteum fodiunt coria terræ
obseruantes:ut a nigra descendat ordo supradictus.Aqua semp dulcis in argillosa terra frigidior in
toso:namq; & hic ꝓbatur.Dulces enim leuesq; facit:& colando continet sordes.Sabulū exiles li:no-
sasq; ꝓmittit.Glarea incertas uenas:sed boni saporis.Sabulum masculū & harena carbūculosa certas
stabilisq; & salubres.Rubra saxa optimas:speiq; certissimæ.Radices montiū saxosæ:& silex:hoc am-
plius rigentes.Oportet autem fodientibus humidiores assidue respondere glebas:faciliusq; ferramē
ta descendere.Depressis puteis sulphurata uel aluminosa occurrentia putearios necant. Experimētū
huius piculi est demissa ardens lucerna si extinguatur.Tunc secundū puteum dextra ac sinistra fodiū
tur æstuaria:quæ grauiorē illum halitū recipiant.Fit & sine his uitiis altitudine ipsa grauior aer:quā
emendant assiduo linteoꝝ iactatu euentilando cū ad quam euentū est sine harenato opus surgit ne
uenæ obstruantur.Quædā aquæ uere statim incipiente frigidiores sunt:quaꝝ non in altum origo ē:
hybernis enim constant hymbribus.Quædam canis ortu sicut in macedonia apparet. Vtrunque an-
te oppidum pellam.Incipiēte enim æstate frigida est palustris:dein maximo æstu in excelsioribus op
pidi riget.Hoc & in chio euenit.Simili ratiōe portus & oppidi Athenis enneacrunos nymbosa æsta
te frigidior est:quam puteus in iouis ortu.At ille siccitatibus riget.

Aquarum subito nascentium:aut desinentium. Cap.iiii.

Axime autem putei circa arguꝝ.Nam ipsa æstate deficiunt:omnesq; ātriduo eo subsidūt.
Iam uero multi hyeme tota ut circa olympū uere primū aquis redeuntibus.in sicilia quidē
circa messanam & mylas hyeme in totum inarescant fontes.Aestate exundant amnemque
faciunt.Apolloniæ in ponto fons iuxta mare æstate tantum supfluit:& maxime canis ortu: parcius
si frigidior sit æstas.Quædā terræ hymbribus sicciores fiunt:uelut in narnienſi agro.quod ad miran-
dis:suis inseruit.M.Cicero:siccitate lutum fieri ꝑdens:hymbre autem puluerem.Omnis aqua hyème
dulcior est.Aestate autem minus.Autumno minime.Minusque ꝑ siccitates.Neq; æqualis amnium
plerunq; gustus est.Magna aluei differentia.Quippe tales sunt aquæ qualis terra per quā fluunt.Qua
leque hærbaꝝ quas leuant succi.Ergo iidem amnes pte aliqua repiuntur insalubres.Mutant saporē
& influentes riui ut borysthenem uictique diluuntur.Aliqui uero & hymbre mutātur.Ter accidit in
bosphoro:ut salsi deciderent:necarentque frumenta.Totiens & nili ngua pluuiæ amara fecere: ma-
gna pestilentia ægypti.Nascuntur fontes decisis plerunque siluis:quos arboꝝ alimēta consumebāt.
Sicut in hemo obsidente gallos Cassandro:cum ualli gratia siluas cecidissent.Plerunque uero dam
nosi torrentes corriuantur detracta collibus silua cōtinere nymbos ac digerere cōsueta.Et coli moue
rique terram callumque summæ cutis solui aquaꝝ interest.Proditur certe in creta expugnato oppi
do quod uocabatur arcadia:cessasse fontes:amnesque q in eo situ multi erant. Rursus condito post
sex annos emersisse uti quæque cœpissent partes coli.

Obseruatio historica. Cap.v.

Erræ quoque motus ꝑfundunt sorbentq; aquas:sicut circa pheneum arcadiæ quinquies accidisse constat.Sicut & in corico monte amnis erupit:postea quā cœptus est coli.Illa mutatio mirabilis nulla euidēte causa apparet:sicut in magnesia calidas factas frigidas alias non mutato sapore.Et in caria ubi.Neptunni templū est amnis qui fuerat ante dulcis mutatus in salem. Est & illa miraculi plena arethusā syracusis fimū redolere p olympia:uerique simile: quoniā alpheus in ea insula sub ima maria pmeet.Rhodioꝝ fons in cheronneso nono anno purgamēta egerit. Mutantur & colores aquaꝝ:sicut babyloniæ lacus æstate rubras habet diebus undecim. Et borysthenes æstatis temporibus cæruleus fertur:quāquā omniū aquaꝝ teniuissimus.Ideoque innatans hypani. In quo & illud mirabile.Austris flantibus supiorē hypanim fieri.Sed tenuitatis argumentū: & aliud est:quod nullum halitum non modo nebulam emittit.Qui uolunt diligētes circa hoc uideri: dicūt aquas grauiores post brumam fieri.

Ratio quæ ducendæ:& quomodo medicatis utendum: & quid prosit nauigatio & medicinæ aquæ marinæ. Cap.vi.

Aeterum a fonte duci fictilibus tubis utilissimū est:crassitudine binum digitoꝝ cōmissuris pixidatis ita ut superior intret calce uiua ex oleo lenigatis.Libramentū aquæ in cētenos pedes surſum elici:minimū erit si uno cuniculo uenit in binos actus: laminæ eē debebūt pquas surgere in sublime opus fuerit e plumbo:subit altitudinē exortus sui: ut si longiore tractu ueniat subeat crebra:descendetque libramenta ne pereant.Fistulas denum pedum longitudinis esse legitimū est.Et si quinariæ erunt sexagena pōdo pēdere.Si octonariæ centena.Si denariæ centena uicena.Ac deinde ad has portiōes.Denaria appellatur:cuius laminæ latitudo antequā curuetur digytorū decē est dimidioque eius quinaria.In omni anfractu enim collis quinariā fieri ubi dometur impetus necessariū est.Itē castella prout res exiget.Homeꝝ calidoꝝ fontium mentionē non fecisse demiror: cum alioquin lauari calida frequenter indiceret:uidelicet quia medicina tunc nō erat hæc:quæ nunc aquaꝝ pfugio utitur. Est autē utilis sulphurata neruis.Aluminata paralyticis:aut simili morbo solutis.Bituminata aut nitrosa qualis cutilia utilis est bibendo:atq; purgationibus.Plericq; in gloria ducunt:plurimis horis pèrpeti calorem eaꝝ:quod est inimicissimū.Namq; paulo diutius q̄ balneis uti oportet.Ac postea frigida dulci sine oleo discedentibus:quod uulgus alienum arbitratur.Idcirco nō alibi corporibus magis obnoxiis.Quippe & uastitate odoris capita replentur.& frigore infestant sudantia:reliqua corpoꝝ parte mersa.Similis error quo quidā plurimo potu gloriātur.Vidiq; iam turgidos bibendo:in tantū ut annuli integerentur cute:cū reddi nō posset hausta multitudo aquæ.Nec hoc ergo fieri conuenit sine crebro salis gustu.Vtuntur & cœno fontiū ipsoꝝ utiliter: sed ita si illitū sole inarescat.Nec uero omnes quæ sint calidæ:medicatas esse credendū:sicut in egesta siciliæ:lariſſa troadæ magnesia:melo:lipara·Nec decolor species æris argentiue(ut multi existimauere) medicami nū argumentū est.Quando nihil eorum in patauinis fontibus ne odoris quidē differentia aliqua deprehenditur.Medendi modus.Item & in marinis erit:quæ calefaciūt ad neruoꝝ dolores ferrumina-ta & fracturas ossaque contusa.idem ad corpora siccanda.Qua de cā & frigido mari utūtur. præterea est alius usus multiplex.principalis uero nauigandi phthisi effectis ut diximus:aut sanguinē egerentibus sicuti proxime Anneum Gallionem fecisse post consulatū meminimus.Neq; enim ægyptus propter se petitur:sed propter longinquitatem nauigandi.Quin & uomitiones ipse instabili uolutatiōe cōmotæ pluribus modis capitis oculorum pectoris medētur.Omnibusq; propter quæ helleboꝝ bibitur.Aquam uero maris p sese efficatiorem discutiendis tumoribus putant medici:si illa decoquat hordeacea farina ad parotidas.Emplastris etiā maxime albis & malagmatis miscent.prodest & infusa crebro ictu.Bibitur quoq; quātis non sine iniuria stomachi ad purganda corpora bilemq; atram: aut sanguinem concretum reddendū alterutra parte.Quidam & in quartanis dedere eam. Et in tenesmis articularibusq; morbis afferuatā:& in hoc uetustate uirus deponentem.Aliq decoctam: omnes ex alto hauſtam:nullaq; dulciū mixtura corruptam.In quo usu præcedere uomitū uolunt Tunc quoq; acetum aut uinum aqua miscent.Qui puram dedere raphanos sup mandi ex mulso aceto iubent: ut ad uomitiones reuocent.Clysteribus quoq; marinam infundūt tepefactam.Testium qdem tumori fouendo:non aliud præferunt.Item pernionum uitio ante ulcera.Simili modo pruritibus: psoris: & lichenum curationi.Lendes quoq; & tetra capitis animalia hac curantur.Et liuentia reducit eadē ad colorem·In qbus curationib⁹ post marinam aceto calido fouere plurimū prodest. Quin & ad id⁹ nenenatos salutaris intelligitur:ut phalangiorum & scorpionum:& ptyadi aspide respersis. Calida autem in iis assumitur.Suffitur eadem cum aceto capitis doloribus.Tormina quoq; & coleram cohibita infusa clysteribus sedant.Difficilius perfrigescunt marina calefacta.Mammas regētes præcordia

maciemq; corporis piſcinæ maris corrigunt. Aũriũ dolores: capitis grauitates cum aceto feruentiũ uapor. Rubiginem ferro marinæ celerrime exterunt. Pedoꝛ quoq; ſcabiem ſanant: lanaſq; emolliũt. Nec ignoro hæc mediterraneis ſuperuacanea uideri poſſe. Veꝝ & hæc cura præuidit inuenta ratiõe qua ſibi quiſq; aquã maris faceret. Illud in ea ratione mirum ſi plus quã ſextariis ſalis cum quattuor aquæ ſextariis mergatur: unci aquã. ſalemq; nõ liquari. Cætero ſextarius ſalis cũ quattuor aquæ ſextariis ſalſiſſimi maris unm & naturam implet. Moderatiſſimũ autẽ putant ſupradictam aquæ mẽſurã octonis tyathis ſalis temperari: quoniam ita & neruos calefaciat: & corpus non exſpiret. Inueteratur quod uocatur thalaſſomeli æquis portuonibus maris: mellis hymbris ex alto: & ad hunc uſum aduehunt: fictiliq; uaſæ & picato condunt. Prodeſt ad purgationes maxime ſine ſtomachi uexatione & ſapore grato odore. Hydromeli quoq; ex hymbre puro cum melle temperabatur quondam quod daretur appetentibus uinum ægris: ueliti innocentiore potu. Damnatum iam multis annis iiſdem uitiis quibus uinum: nec iiſdem utilitatibus. Quia ſæpe nauigantes defectu aquæ dulcis laborãt. Hæc quoq; ſubſidia demonſtrabimus. Expanſa circa nauim uellera madeſcunt accepto halitu maris q̃bus humor dulcis exprimitur. Item demiſſæ reticulis in mari concauæ e cæta pilæ: uel uaſa inania obturata dulcẽ intra ſe colligunt humorem. Nã in terra marina aqua argilla percolata dulceſcit. Luxata hominum corpora & quadrupedũ natando in cuiuſlibet generis aquam facillime in artus ardeũt. Eſt & in metu peregrinantium: ut tentent ualitudinem aquæ ignotæ. Hoc cauent a balneis egreſſi ſtatim frigidam ſuſpectã hauriendo. Muſcus qui in aqua fuerit podagris illitus ꝓdeſt. Item oleo admixto taloꝝ dolori tumoriq;. Spumaq; aquæ affrictu uerrucas tollit. Nec non harena littoꝝ maris: præcipue tenuis & ſolibus candens in medicina eſt ſiccandis corporibus coopertis hydropicoꝝ aut rheumatiſmos ſentientiũ. Et hactenus de aquis: Nunc & de aquatilibus. Ordiemur autem in reliquis a principalibus eorum: quæ ſunt ſal & ſpongia.

De generibus ſalis: & confecturis: & medicinis & obſeruationibus. Cap. vii.

Al omnis aut fit: aut gignitur: Vtrũq; pluribus modis: ſed cauſa gemina coacto humoꝛ uel ſiccato. Siccatur in lacu tarentino æſtiuis ſolibus: totumq; ſtagnũ in ſalem abiit modicum alioquin altitudine genua non excedens. Item in ſicilia in lacu q̃ cocanicus uocatur: & alio iuxta gelam. Hoꝝ extremitates tantum inareſcunt. ſicut in phrygia cappadocia. Aſpendi ubi largius coquitur & uſq; ad medium lacum: Aliud etiã in eo mirabile: quod tantũdem noctu ſubuenit: quantum die auferas. Omnis eſt alius ſal minutus: atq; non gleba eſt. Aliud genus ex aquis maris ſponte gignitur ſpuma in extremis littoribus ac ſcopulas relicta. Hæc enim omnis rore denſatur. Et ẽ acrior quæ in ſcopulis inuenitur. Sunt etiã naturales differẽtiæ tres. Nanq; in bactris duo lacus uaſti: alter ad ſcythas uerſus: alter ad Darios ſale æſtuãt. Sicut ad citticium in cypro & circa memphin extrahũt lacu dein ſole ſiccant. Sed & ſũma fluminũ denſantur in ſale: amne reliquo ueluti ſub gelu fluẽte: ut apud caſpias portas: quæ ſalis flumĩa appellãtur. Itẽ circa mardos & armenios. Prætera apud bactros amnis ochus & oxus ex appoſitis montibus deferunt ſalis ramenta. Sunt & in africa lacus & quidem turbidi ſalẽ ferentes. Ferunt quidẽ & calidi fontes ſicut pegaſei. Et hactenus habent ſe genera ex aqs ſponte ꝓuenientia. Sunt & mõtes natiui ſalis: ut in indis oromenus: in quo lapidicinaꝝ modo cæditur renaſcens: maiuſq; regum uectigal ex eo eſt q̃ ex auro atq; margaritis. Effoditur & e terra: ut palã eſt hũore denſato in cappadocia. Ibi quidẽ cæditur ſpecularium lapidũ modo. pondus magnum glebis: quas micas uulgus appellat. Carrhis arabiæ oppido muros domoſq; maſſis ſalis faciunt: aqua ferruminantes: inuenit & iuxta peluſium ptolemæus rex cum caſtra faceret. Quo exemplo poſtea inter ægyptũ & arabiã etiã ſqualentibus locis cœptus eſt inueniri detractis harenis. Qualiter & per africæ ſicientia uſq; ad Hãmonis oraculũ. Is quidẽ creſcens cum luna noctibus. Nã cyrenaici tractus nobili tantur hãmoniaco & ipſo quia ſub harenis his inueniat appellato. Similis eſt colore alumini quod ſchiſton uocant: longis glebis: neq; perlucidis ingratus ſapore: ſed medicinæ utilis. probatur quã maxime perſpicuus rectis ſciſſuris. iſigne: De quo ꝓditur: qd leuiſſimus intra ſpecus ſuos in lucẽ uniuerſam ꝓlatus: uix credibili pondere ingraueſcat. Sed cã euidens cuniculoꝝ ſpiritu madido ſic adiuuãte molientes ut adiuuat aquæ. Adulteratur ſiculo: quem cocanicũ appellauimus: necnon & cypro mire ſimili. in hiſpania quoq; citeriore egelaſte cæditur glebis pene trã ſlucentibus. Cui iampridem palma à pleriſq; medicis inter omnia ſalis genera perhibetur. Omnis locus in quo reperitur ſal ſterilis ẽ: nihilq; gignit: & in totum ſponte naſcens. Inter hæc ſunt factitii uaria genera. Vulgaris pluribuſq; in ſalinis mari adfuſo: non ſine aquæ dulcis riguis: ſed hymbre maxime iuuante: ac ſuper omnia ſole multo: nõ aliter inareſcens. Africa circa uticam conſtruit aceruos ſalis ad collium ſpeciem. Qui uero ſole lunaq; ĩduruere. nullo humore liqueſcunt: uixq; ẽt ferro cædunt. Fit tamẽ & in creta ſine riguis ĩ ſalinas mare infũdentib⁹. Et circa ægyptũ ipſo mari ĩfluẽte ĩ ſolũ ut credo nilo ſuccoſũ, fit & e puteis in

Ad Arios

Vel iaxartes uel laxtes

salinas ingestis.Prima dēsatio babyloniæ in bitamen liquidū cogitur:oleo simile:quo & in lucernis nrútur.hoc detracto subest sal.& in cappadociæ puteis ac fonte quem in salinas ingerút. In chaonia excoquunt aquā ex fonte:refrigerandoq; salem faciunt inertē nec candidū:Galliæ germaniæq; ardē tibus lignis aquā salsam infundunt.Hispaniæ quadā sui parte e puteis hauriunt muriam appellantes Et illi quidem etiā lignū referre arbitrant.Quercus omnia ut quæ per se cinere sincero uim salis red dat.Alibi corylus laudatur.Ita infuso liquore salso.Carbo etiā in salem uertitur.Quicunq; ligno cō ficitur sal niger est.Apud Theophrastū inuenio imbrios harūdinis & iunci cinerē decoquere aq̄ soli tos:donec exiguū supesset humoris.Quin e muria salsamentoq; recoquitur:iterūq; cōsumpto liquo re ad naturā suā redit uulgo e menis iocundissimus.Marinoq; maxime laudatur cyprius a salamine. Ate stagnis tarentinus:Ac phrygius qui tattæus nocatur.Hi duo oculis utiles. A cappadocia uero q laterculis affertur cutis nitorem dicitur facere.Magis tamen extēdit is quem cittieum appellauimus. Itaq; a partu uentrem eo quem melanthio illinunt.Salsissimus sal qui sicciissimus suauissimus omniū tarentinus atq; candidissimus.Et de cætero fragilis qui maxime cādidus.pluuia dulcescit omnis.Sua niorem tamen rores faciunt.Sed copiosū aquilonis flatus.Austro nō nascitur.Flos uero salis nō fit: nisi aquilonibus.In igni nec crepitat:nec exilit tragaseus:neq; acanthius ab oppido appellatus.Nec ullius spuma:aut ramentū aut tenuis.Agrigentinus ignīū patiens ex aqua exilit.Sunt & coloq; differentiæ.Rubet memphi.Ruffus est circa oxum.Centuripis purpureus.Circa gelam in eadem sicilia tā ti splendoris:uti imaginē recipiat.In cappadocia croceus effoditur trāslucidus & odoratissimus. Ad medicinæ usus antiqui tarentinum maxime laudabant. Ab hoc uero quæcunq; e marinis ex genere eo:præcipue spumeū.Iumentoq; uero & boum oculis trageseum & bericū. Ad obsoniū & cibū utilior ꝙsqs facile liquescit.Itē humidor minorē enim amaritudinē habent:ut atticus & euboicus. Seruā dis carnibus aptior acer & siccus:ut megaricus.Conditur etiā odoribus additis:& pulmentarii uicem implet excitans auiditatem:inuitansq; in omnibus cibis:ita ut sit peculiaris ex eo intellectus inter innumera cōdimenta.Ita est in mādendo quæsitus garo.Quin & pecudes armētaq; & iumenta sale maxime solicitantur ad pastum:multo largiores lacte:multoq; gratiore etiā in caseo dote. Ergo hercule uita hūanior sine sale nequit degere:adeoque necessariū elementū est:ut transierit intellectus ad uoluptates animi quoque.Nā ita sales appellātur:omnisq; uitæ lepos & sūma hylaritas laborūq; requies nō alio magis uocabulo cōstat.Honoribus etiā militiæq; interponit salaris unde dictis:magna apud antiquos auctoritate:sicut apparet ex nomine salariæ uiæ:quoniā illa sal in sabinos portari cōsuerat. Ancus Martius rex salis modia sex milia in congiario dedit populis:& salinas primus istituit. Varro ēt pulmentarii uice usos ueteres auctor est.Esitasse enim salem cū pane & caseo:ut puerbio apparet. Maxime tamen in sacris intelligitur auctoritas quādo nullā cōficiuntur sine mola salsa. Salinaq; syncerita sūmam fecit suam differentiā.Quædam enim fauilla salis:quæ leuissima ex eo est & candidissima flos salis appellatur.Et flos quidē salis in totum diuersa res humidioris ꝙ naturæ & crocei coloris aut ruffi ueluti rubigo salis.Odore quoq; ingrato ceu gari dissentiens a sole nō modo a spuma.In ægypto inuenitur uideturque nilo deferri. Et fontibus tamē quibusdā innatat. Optimū ex eo quod olei quandā pinguitudinem reddit.Et enim in sale pinguitudo:quod miremur.Adulteratur aūt tinguntq; rubrica:aut plerunq; testa trita.Qui fucus aqua deprehēditur diluente factitium colorē: cum uerus ille non nisi oleo resoluatur:& unguentarii ꝓpter colorem eo maxime utant. Canicia in uasis summa est.Media uero pars humidior ut diximus floris natura aspera excalfactoria stomacho inutilis Sudorem cit.Aluū soluit in uino & aq̄ acopicis & smegmaticis utilis. Detrahit & ex palpebris pilos efficacissime.Fæces imæ cōcutiuntur ut color croci redeat.præter hæc etiānum appellatur in salinis salsugo:ab aliis salsilago tota liquida marina aqua salsior ui distans.Aliud etiamnum liquori exqsiti genus quod garon uocauere intestinis piscium cæterisque quæ abiicienda essent:sale maceratis: ut sit illa putrescentium sanies.Hoc olim conficiebatur ex pisce quem græci garon uocabant. Capite eius usto suffitu extrahi secundas morantes.

Vmbros. Vetusta Exemplaria.

Animi quoq; sanui sales

De scombro pisce & muria.& alece. Cap.viii:

Vnc e scombro pisce laudatissimū in finibus carthaginis spartarie & cætariis:sociotum appellatur singulis milibus nūmum permutantibus cōgios pene binos.Nec liquor ullus pene præter unguenta maiore in præcio esse cœpit:nobilitatis etiā gentibꝰ.Scombros quidē & mauritania beticaque & carteia ex occeano intrantes capiunt ad nihil aliud utiles.Laudatur & clazomene garo.pompeiq; & leptis.Sicut muria antipolis ac thuria.Iam uero in dalmatia.Vitium huiꝰ est alex imperfecta nec colata fæx.Cœpit tamē & priuatim ex iutili pisciculo minimoq; cōfici.Apud nostri aphyen græci uocant:quoniā is pisciculꝰ e pluuia nascit.Foroiulienses pisce exquo faciunt lupum appellant.Transit deinde in luxuriā creueruntq; genera ad infinitū:sicuti garū ad colorē

mulſi ueteris:adeoq; dilutam ſuauitatē ut bibi poſſit.Aliud uero ad caſtimoniaꝫ ſuperſtitionem: ēt ſacris iudæis dicatum.quod ſit e piſcibus ſquamma carentibus.Sic alex peruenit ad oſtreas echinos urticas cammaros mullorum iocinera.Innumeriſq; generibus ad ſaporem gulæ coepit ſal tabeſcere. Hæc obiter indicata ſint deſideriis uitæ:& ipſa tamē nōnulli uſus in medēdo.Nanq; & alece ſcabies pectoris ſanatur infuſa per cutem inciſam.Et contra canis morſus draconiſq; marini ꝓdeſt.In linteolis autem conceptis imponitur.Et garo ambuſta recentia ſanantur:ſi qs infundat ac nō nominet garum Cōtra canū quoq; morſus ꝓdeſt:maximeq; crocodili:& ulceribus quæ ſerpūt:aut ſordidis.Oris quoq; & aurium ulcenbus aut doloribus mirifice prodeſt.Muria quoq; ſiue illa ſalſugo ſpiſſat: mordet.extenuat:ſiccat.Dyſentericis utilis eſt etiam ſi nome inteſtina corripit.Iſchiadicis cœliacis ueteribus infunditur.Foru quoq; apud mediterraneos aquæ marinæ uicem penſat.

De natura ſalis & eius medicinis. Cap.ix.

Alis natura eſt p ſe ignea & inimica ignibus fugiens eos.oia erodēs.Corpora uero aſtringens ſiccās alligans.Defuncta aūt ac putreſcentia ita uendicās ut durent ea p ſecula.In medendo uero mordens:adurens:repugnans:extenuans:diſſoluens.Stomacho tantū inutiliſ præterquā ad excitandā auiditatē.Aduerſus ſerpentiū morſus cū origano mellehyſopo.Cōtra cerastem cum origano aut cædria aut pice aut melle.Auxiliatur contra ſcolopendras ex aceto potus. Ad uerſus ſcorpionū ictus cū quarta parte lini ſeminis:ex oleo uel aceto illitus.aduerſus crabrones uero uel ueſpas ſimiliaq; ex aceto.ad heterocranas capitiſq; ulcera & puſtulas papulaſue & incipientes uerrucas cū ſeuo uitulino:item oculorum remediis:& ad excreſcentes ibi carnes totiuſq; corporis pterygia.Sed in oculis peculiariter.Ob id collyriis emplaſtriſq; additur. Ad hoc maxie ꝓbatur tragaſæus tua caunites.Ex ictu uero ſuffuſiis cruore oculis ſuggillatiſq; cū myrrhæ parī pōdere ac melle:aut cū hyſopo ex aqua calida:utq; foueant ſalſugine.ad hæc hiſpanienſis eligitur:cōtraq; ſuffuſiōes oculorum cum lacte,in coticulis teritur.Priuatim ſugillationibus in linteolo inuolutus crebroq; ex aqua feruenti impoſitus.Vlceribus oris manantibus in linteolo concerpto.Gingiuaꝫ tumori ifricatus.& contra ſcabritiem linguæ fictus cōminutuſq;.Aūtdentes nō erodi neq; putreſcere ſi quis quottidie mane ieiunus ſalem cōtineat ſub lingua:donec liqueſcat.Lepras idē:& furunculos:& lichenas:& pſoras emendat cū paſſa uua exemplo eius ligno:& ſeuo bubulo atq; origano ac fermento uel pane: maxime thebaicus.Hic & ad pruitus eligitur.Tonſillis & uuis cū melle ꝓdeſt.Quicunq; ad anginas. Hie amplius cū oleo & aceto.Eodem tēpore extra fauces illitus cū pice liquida. Emollit & alnū in uino mixtus.Idem noxia:& tineaꝫ genera pellit in uino potus.Aeſtus balneaꝫ conualeſcentes ut tolerari poſſint:linguæ ſubditus præſtat.Neruorum dolorem maxime uſurpanda obſeruatione circa hūeros & renes in ſaccis aqua feruēti crebro madefactus leuat.Colum torminaq; & coxaꝫ dolores potꝰ & in iiſdem ſiccis impuſitus candens.Podagras cum farina ex melle & oleo tritus.Ibi maxime obſeruanda uſurpatione qua quidem totis corporibus nihil eſſe utilius ſale & ſole dicūt.Itaq; cornea uidemus corpora piſcatoꝝ.Sed hoc præcipuum dicatur in podagris.Tollit & clauos pedū.Item pniōes. Ambuſtis ex oleo imponitur:aut cōmanducatus:puſtulaſq; reprimit.Ignibus uero ſacris ulceribuſq; quæ ſerpūt ex aceto aut hyſopo.Carcinomatis cū uua taminia.phagedenis ulcerū tritus cum farina hordei ſuper impoſito linteolo madente uino.Morbo regio laborantes donec ſudent ad ignē cōtra pruritus quos ſentiūt ex oleo & aceto infricatus iuuat & fatigatos ex oleo.Multi & hydropicos ſale curauere:feruoreſq; febriū cū oleo perūxere:& tuſſim ueterē lınctu eius diſcuſſere.Clyſteribꝰ infudere iſchiadicis.Vlceribus excreſcentibus uel putreſcentibus impoſuere.Crocodiloꝝ morſibꝰ ex aceto in linteolis:ita ut battuerentur ante ictum ulcera.Bibitur & contra oppiū ex aceto mulſo.Luxatis imponitur cū farina & melle.Item extuberatiōibus.Dentiū dolori cū aceto potus & illitus cū raſina ꝓdeſt ad omnia autem ſpuma ſalis iucundior utiliorque.Sed quicūq; ſal copis additur ad excalfactiones. itē ſmegmaticis ad extrahendā cutem lauandáque.pecorū quoque ſcabiē & boum illitus tollit. Datuſque lingendus:& oculis iumentoꝝ inſputur.Hæc & de ſale dicta ſint.

Tarteſſus

Vt aſtringant arcte uinctu loca. Dioſc.

De nitri generibus:& confecturis:& medicinis: & obſeruationibus. Cap.x.

On eſt differentia & nitri natura non multū a ſale diſtans:& eo diligentiꝰ dicendū quia palam eſt & medicos q de eo ſcripſere ignoraſſe naturā.Nec quēquā Theophraſto diligentiꝰ tradiſſe.Exiguū fit apud medos caneſcentibus ficcitate conuallibꝰ quod uocāt halmiraga. Minus etiā in thracia iuxta philippos ſordidum terra:quod appellant agriū.Nā quercu cremata nūquam multum factitatum eſt.& iampridem in totum omiſſum.aquæ uero nitroſæ pluribus locis reperiuntur:ſed ſine uiribus denſandi.optimum copioſumque in clicis macedoniæ:quo uocant caleſtricum:candidum purūque:ꝓximum ſali.Lacus eſt nitroſus exiliente e medio dulci fonticulo.Ibi fit

Cliætis uel letis

nitrum circa canis ortũ nouenis diebus:totidemq; cessat:ac rursus innatat:& deinde cessat. Quo apparet soli naturã esse quæ gignat:quoniã cõpertũ est nec solus proficere quicquã cũ cessat: nec himbres.mirũ est & illud scatebra fonticuli semper emicante:lacũ nec augeri nec effluere. iis autem diebus quibus gignitur si fuere hymbres:salsius nitrũ faciunt:aquilones deterius:quia ualidi⁹ cõmouẽt limũ.& hic quidem nascitur.in ægypto autem conficitur multo abundantius:sed deterius:nam fuscum lapidosumq; est.Fit pene eodẽ modo quo sal:nisi q; salinis mare infundunt.nilum autẽ nitro riis excente nilo siccantur:decedente madẽt succo nitri.xl.diebus cõtinuis non ut in macedonia staris.Si autem hymbres affuerint:minus de flumine addũt.statimq; unsari est cœptũ:rapitur ne resolnatur in nitrariis.Sic quoq; olei natura interuenit.ad scabiem animaliũ utilis.ipsum autem conditũ in aceruis datur.mirũ in lacu ascanio & quibusdã circa chalcida fontibus summas aquas dulces esse: potariq;:inferiores nitrosas.in nitro optimũ quod.tenuissimũ & ideo spuma melior.ad aliqua tamẽ sordidũ tanquã ad inficiendas purpuras tincturasq; omnem magnus & nitro usus qui dicẽt suo loco nitratiæ egregiæ ægyptiis nam circa naucratin & memphi tantũ solebant esse.Circa mẽphin deteriores.nam & lapidescit ibi in aceruis.multiq; sunt tumuli ea de causa saxei. faciunt ex his uasa. nec non frequentur liquam cũ sulphure coquentes in carbonibus.ad ea quoq; quæ inueterari uolũt illo niro utuntur.Sunt ibi nitratiæ:in quibus & ruffũ exit a colore terræ.Spumã nitri quæ maxime laudatur:antiqui negabant:fieri:nisi cũ ros cecidisset:prægnantibus nitrariis:sed nondũ pariẽtibus. itaq; non fieri incitatis etiam si caderet:operimentoq; fermento gigni existimauere.proxia ætas medicoq; apronitrũ tradidit in asia colligi in speluncis mollibus distillans Specus eos colligas uocant Dein siccant sole.optimũ putatur lydiũ.probatio:utt sit minime ponderosu & maxime frabile.Colore pene purpureo.hoc in pastillis affertur ægyptium in uasis picatis:ne liquescatr Vasa quoq; ea sole inarescentia perficiuntur.nitri probatio.ut sit tenuissimũ & quam maxime spongiosum fistulosũq;. adulteratur in ægypto calce.Deprehenditur gustu.Sincerũ enim facile resoluitur: Adulteratum pũgit.Calce aspersum reddit odoré nehementer:uritur in tita opertũ ne exiliat alias igni non exilit nitrũ.nihilq; gignit aut alit.Cum in salinis herbæ gignantur:& in mari tot animalia:tantũ algæ. Sed maiorem esse acrimoniã nitro aparet non hoc tantũ argumento sed & illo q; nitratiæ calciamenta protinus consument.Alias salubres:oculoq;q; claritati utiles.in nitrariis non lippiunt.Vlcera allata eo celerrime sanantur.ibi facta tarde.cit & sudorem cũ oleo perunctis : corpusque emollitin pane salis uice utuntur calastrico.ad raphanos ægyptio teneriores eos facit.sed obsonia alba & deteriora olera uiridiora in medicina autẽ calfacit extenuat mordet:spissat.siccat exulcerat.utile iis quæ euocanda sint aut aut discutienda & lenius mordenda atque extenuanda sicut in papulis pustulisq;. qdã in hoc usu accẽsum uino austero restinguntatque ita trito in balneis utuntur sine oleo . sudores nimios inhibet cũ arida iride adiecto oleo uiridi.extenuat & cicatrices oculoq; & scabricias genaq; cũ fico illitũ aut decoctũ in passo ad dimidias partes.item contra argemas oculorum.Vngues decoctũ cum passo in mali punici calice adiuuat nitrũ.claritatemq; uisus cũ mẽlle inunctũ.prodest dentium dolori ex uino si cum pipere collaantur.item cum porro decoctũ nigrescentes dentes crematum dẽ tifricio ad ad colorem reducit.Capitis animalia & lendes necat cum sania terra illitũ ex oleo: Auribus purulentis uino liquatũ infunditur sordes eiusdem partes erodit ex aceto sonitus & tinnitus discutit siccũ additum utiligines albas cũ cymolia creta æquo ponderé ex aceto in sole illitum emendat.furunculos admixtũ resinæ extrahit aut cũ una alba passa nucleis eius simul tritis. Testium inflãmationi occurrit item eruptionibus pituitæ in toto corpore cum axungia.Conttaque canis morsus addita resina initiis cũ aceto illinitur sic & serpentiũ morsibus:phagedenis:& ulceribus quæ serpunt aut putrescunt cũ calce ex aceto hydropicis cum fico tusum datut illinitutq; : Discutit & tormina si decoctũ bibatur pondere drachmæ cum ruta uel anetho uel cõmino.Reficit lassitudies cũ oleo ex aceto perunctoq;.& contra algores horroresq; prodest manibus pedibusq; confricatis cũ oleo.Comprimit & pruritus suffusoq; felle maxime cum aceto datum.succurrit & uenenis fungorum ex posca potum.aut si bupresti pasta sit ex aqua:uomitionesq; euocat.iis qui sanguinẽ tauri biberint cum lacte datur.in facie quoq; exulcerationes sanat cũ melle & lacte bubulo.ambustis tostũ donec nigrescat tritũq; illinitur infunditur ulceis & renum doloribus:aut rigori corporum neruorumq; doloribus.paralysi lingua cum pane imponitur.suspiriosis in ptisana sumitur tussim ueterem sanat flor mixto galbani.resinæ terebintinæ pari pondere omniũ:ita ut fabæ magnitudo deuoretur. Coquit dilutũque postea cum pice liquida sorbẽdũ in angina datur.flos eius cum oleo cyprio articulorum doloribus in sole iucundus.est.Regiũ quoque morbum in uino exterminat potum.& inflatiões discutit sanguinis profluuiũ sistit e naribus ex feruenti aqua uapore naribus rapto.piuriginẽ alumine permixto tollit.alarum uirus ex aqua quottidiano fotu.ulcera ex pituita nata cæra permixtum

Quo genere neruis quoque prodest. Cœliacis infunditur perungi ante accessiones frigidas nitro & oleo multi præcepi. Sic & aduersus lepras lentigines. podagricis in balneis uti folia nitri prodest: atrophis opisthotonis: tetanis: Sal & nitrum sulphuri concoctum in lapidem uertitur.

De spongiarum natura: Cap. xi.

Rimumq; dicemus quæ restant de pictura arte quandam nobili.tunc cū expeteretur a regibus populisq;:& alios nobilitate quos esset dignata posteris tradere.nūc uero in totū mar moribus pulsa tū quidem & auro:nec tantum ut parietes toti operiantur:uerú & in terraso marmore:uermiculatisq; ad effigies rerú & animaliú crustis.non placent iam abaci:nec spatia mōtis in cubiculo delitantia.Cœpimus & lapidem pingere.Hoc Claudii principatu inuentū . Neronis uero maculas que non essent in crustis inserendo unitatem uariare:ut ouatus esset.numidicus:ut pur pura dingueretur.Sinnadicus inuenit.qualiter illos nasci optarent delitiæ:montiū hæc subsidia deficientiū.nec cessat luxuria id agere ut plurimū incendiis perdat.

Honos imaginum. Cap.ii.

Maginū quidem pictura q̄ maxime similes in æuū propagabātur figuræ:quod in totum exoleuit Aereiq; ponuntur clypei:argentea facies:surdo figurarū discrimine statuarum capita permutantur.uulgatis iampridem salibus etiam carminū:adeo materiam malunt cōspici omnes q̄ se nosci.& inter hæc pinacothecas ueteribus tabulis consuunt:alienasq; effigies colūt ipsi honorē non nisi in pretio ducentes ut frangat hæres: furis detrahat laqueus .itaq; nullius effigie uiuente:imagines pecuniæ non suas relinquunt.idem palæstras athletaꝝ imaginibus : & ceromata sua exornant.& uultus epicuri per cubicula gestant:ac circunferunt secū.natali eius uicesima luna sacrificant:feriasq; omni mense custodiunt:quas ichadas uocant:ii maxime qui se ne uiuentes quidē noscI uolunt.ita est ,pfecto:artes desidia perdidit:& quoniam animoꝝ imagines non sunt negligūt etiam corpoꝝ.aliter apud maiores in atriis hæ erant.quæ spectarentur non signa externoꝝ artificū nec æra aut marmora.Expressa cæra uultus singulis disponebantur armariis:ut essent imagines quæ quæ comitarentur gentilicia funera.Semperq; defuncto aliquo totus aderat familiæ eius qui núquā fuerat populus.Stemmata uero lineis discurrebant ad imagines pictas.tablina codicibus implebant & monumētis rerꝝ in magistratu gestarú.Aliæ in foribus:& circa limina animorum ingēnium imagines erant:affixis hostiú spoliis:quæ nec emptori refringere liceret quæ etiam dominis mutatis:domus ornamēto erant.Eratq; hæc stimulatio summa & ingens exprobrantibus tectis quotidie ībellē dominú intrare in alienú triumphum.extat Messalæ oratoris indignatio: quæ prohibuit inferigēri suæ bleuinoꝝ alienam imaginem.Similis causa messalæ seni expressis uolumina illa.que de familiis condidit:cum Scipionis pomponiani transisset atriú:uidissetq; adoptione testamentaria Saluitonis. hoc enim ei fuerat cognomen Africanorum dedecore notam irrpentem Scipionum nomini . Sed pace Messalarum dixisse liceat etiam mentiri clarorum imagines.erat aliquis uirtutum amor.mulotoque honestius q̄ mererime quis suas expeteret.Non est prætereundum & nouitiú inuētum.Siquē

dem non ſolũ ex aũro'argentoue aut certe ex ære in bibliothecis dicãtur.illi:quõq; immortales ani mæ in iiſdem locis ibi'loquuntur:quinimmo etiã quæ non ſunt finguntur:pariuntq; deſideria non traditi uultus:ſicut n homero euenit:quo magis:ut equidem arbitror:uullũ eſt fœlicitatis ſpecimẽ quã ſemper oẽs ſcire cupere qualis fuerit aliquis:Aſinii pollionis hoc romæ inuentũ: q prim⁹ biblio thecam dicando:ingenia hominũ remplicã fecit.An priores cœperint alexandriæ & pergami reges quibibliothecas magno certamine inſtituere:non facile dixerim.imaginẽ amore agraſſe quondam teſtes ſunt:& Atticus ille Ciceronis:edito de iis uomine:&.M.Varro benigniſſimo inuento inſertis uoluminũ ſuorum fœcunditati non uominibus tantum ſeptingentorum illuſtrium: ſed & aliquo modo imaginibus non paſſus intercidere figuras:aut uetuſtatem ævi contra homines ualeſ inuẽtio ne muneris.etiam diis inuidioſus:quando immortalitatem non ſolũ ddit:uerum etiam i omnes ter ras miſit:ut præſentes eſſe ubiq; & claudi poſſent.

Quando primũ clypei imaginum publice.quando ĩdomibus poſiti:&
de picturæ initiis:& monochromaton:& primis pictoribus:& antiquitatæ
picturarum in italia. Cap.iii.

Thoc quidem alienis ille præſtitit.Suoq; uero clypeos in ſacro uel publico priuatim dicaſ primus inſtituit(ut repetio)ap.Claudius qui conſul cũ ſeruilio fuit anno urbis.cc.lix. po ſuit enim in Bellonæ æde maiores ſuos:placuitq; in excelſo ſpectari & titulos. honorũ le gi.Decora res utiq; ſi liberoq; turbæ paruulis imaginibus ceu nidũ aliquem ſobolis pariter oſtẽdãt. Quales clypeos nemo non gaudens fauenſq; aſpicit.Poſt eum.M.aemilius collega in cõſolatu:Qu. luctatii non in baſilica modo æmilia uerum & domi ſuæ poſuit:id quoq; martio exẽplo. Scutis enĩ qualibus apud.Troiam pugnatum eſt.continebantur imagnes.Vnde & nomen habuere clypeorũ: nõ ut peruerſa grãmaticoq; ſubtilitas uoluit a cluendo.origo plenam uirtutis faciẽ reddi i ſcuto cu lusq; qui fuerit uſus illo.pœni ex auro factitauere & clypeos & imagines:ſecumq; in caſtris tulere. certæ captis eis talem.aſdrubalis inuenit.Qu.martius Scipionũ in hiſpania uictor.iſq; clypeus ſupra fores capitolinæ ædis uſq; ad incẽdiũ primũ fuit.maiorũ quidem noſtroq; tanta ſecuritas in ea re an notatur ut.L.Manli.Qu.Fuluio coss.anno urbis quingenteſimo.ixxy.M.aufidius tutelæ capitolii redẽptor docuerit patres argenteos eſſe clypeos:qui pro æreis per aliquot iam luſtra affigiabãt.De picturæ initiis incerto nec inſtituti operis quæſtio eſt.aegyptii ſex milibus annoq; apud ipſos inuẽtã prius q̃ in græciam tranſiret:affirmant:Vana prædicatione ut palam eſt.Græci ãt alii apud ſicyonẽ: alii apud corinthios repertã.omnes ab umbra hominis lineis circunducta.itaq; talem primã fuiſſe ſe cundã ſingulis coloribus & monochromaton dictã:poſtq̃ operoſior inuenta erat.duratq; talis et ã nũ.inuentam linearẽ dicũt a phylocle ægyptio uel Cleante corinthio primi exercuere ardices corin thius:& Telephanes ſicyonius ſine ullo etiamnũ colore.iam tamen ſpargẽtes lineas intus.ideo & qu os pingerẽt aſcribere inſtitutũ.primus inuenit eos colore reſ.teſte ut ferunt arato:cleophãt⁹. corinth⁹. hũc autẽ eodẽ noie aliũ fuiſſe:quẽ tradit Cornelius nepos ſecutũ in italia Demaratũ tarquinii pr ſci romani regis patrẽ fugiẽte a corinthio iniurias Cypſeli tyranni:ut mox docebimus.iam enim ab ſo ſoluta erat pictura etiã in italia.Extant certe hodieq; antiquiores urbe picturæ.ardeæ in ædib⁹ ſacris q̃bus equidẽ nullas æque miror tam longo ævo durantes in orbitate tecti ueluti recentes. Similiter Ianuuii ubi atalanta & helena cõminus pictæ ſunt nudæ:ab eodẽ artifice:utraq; excellẽtiſſima forma ſed altera ut uirgo:ne ruinis quidẽ tẽpli concuſſæ.pontius legatus Cari principis eas tollere conat⁹ eſt libidine accẽſus:ſi tectorii natura permiſiſſet .durauere & cæteræ antiqores & ipſæ.fatebitur qſq eas diligenter eſtimauerit:nullã artius celerius conſumatã:cũ iliacis tẽporibus nõ fuiſſe eã appareat.

De pictoribus romanis:& quando primũ dignitas picturæ.& quĩ uictorias ſuas pictura propo tũerunt:& quando picturi:dignitas romæ.

Aud romanos quoq; honos mature huic arti contigit.Siquidẽ cognomina ex ea pictoq; traxerant Fabii clariſſime gentis princepſq; eius cognominis ipſe ædẽ ſalutis pixit ãno ur bis cõditæ.cccc.l.q̃ pictura durauit ad noſtrã memoria:æde Claudii principatu exuſta.pro xime celebrata eſt in foro boario æde Herculis pacuuii poetæ:pictura.enni ſorore genitus hic fuit: clarioremq; eam artem romæ fecit gloria ſcænæ.poſtea non eſt ſpectata honeſtis manibus:niſi for quis turpiliũ equitem romanũ e uenetia noſtræ ætatis belle referat.hodieq; pulchris eius operibus ueronæ extantibus.leua is manu pinxit:quod de nullo ante memoramur.paruis gloriabatur tabel lis:extinctus nupẽr in longa ſenecta.aterius labeo prætorius etiam procõſulatu prouinciæ narbo nẽſis functus.Sed ea res in riſu.& iam contumelia erat Fuit & principium uiroq; non omittẽdũ de pictura celebre conſiliũ.Qu.pedibus nepos.Qu.pedii conſularis triumphaliſq; a Cæſare dictatore cohæredis auguſto dati cũ natura mutus eẽt.meſſala orator:ex cuius familia pueri auia erat pictu

tam docendum censuit.idq; etiam diuus Augustus cóprobauit:puer magni profectus i ea arte obiit Dignatio autē præcipua romæ increuit(ut existimo)a.M. Valerio Maximo consule. cum Messala princeps tabulā picturæ prælii:quo charthaginenses & hieronē in sicilia deuicerat proposuit in late re curiæ hostiliæ:anno ab urbe condita;quadringentesimononagesimo.Fecit hoc quidē &.L.Scipio.Tabulamq; victoriæ suæ asiaticæ in capitolio posuit:idq; ægre tuliſſime fratrem Africanū tradūt iratū haud immerito:quoniam filius eius in illo prælio captus fuerat.non dissimulē offensionē & Aemiliani fibiit.L.hostilius mancinus qui primus carthaginem irruperat:situm eius expugnationemq; depictas proponendo in foro :& ipse assistens populo spectanti singula enarrando.Qua comitate pximis comitiis consulatū adeptus est.dabuit & scæna ludis.Claudii:pulchri magnā ammitationē picturæ cum ad tegularum similitudinem corui decepti imagine aduolarent.Tabulis autē externis auctoritatem romæ fecit primus omniū.L.Mummius:cui cognomē Achaici victoria dedit.nam cum in præda uendenda res distraxisset:& rex Atthalus sex milibus sestertiū emisset aristidis tabulam Liberū patrem continentem:pretiū mitatus suspicatusq; aliquid in ea uirtutis quod ipse uescire:reuocauit tabulam attalo multū querente:& incereris delubro posuit. Quam primum arbitror picturam externam romæ publicatam.Deinde uideo & in foro positas uulgo:hinc.M.Crasi oratoris ille lepos agentis subsueteribus cum testis compellatus instaret:dic ergo Crasse qualem mereris:talem inquit ostendens in tabula pictum inficetissime gallū exerentem linguam.in foro fuit & illa pastoris senis cū baculo:de qua teutonorū legatus interrogatus quanti eum æstimaret respondit sibi donari nolle talē uiuū uerumq;:Sed præcipuam auctoritatem fecit publice tabulis.Cæsar dictator aiace & Medea ante Veneris genitricis ædem dicatis.Post eum.M.agrippa uir rusticitati quam delitiis proprior.Extat certe eius oratio magnifica & maximo ciuium digna de tabulis omnibus figrāisq; publicādis.qd fieri satius fuisset:quam:in uillarum exilia pelli.uerum eadem illa toruitas tabulas duas aiacis & ueneris mercata est a cicicenis.xiii.milia pondo.in thermas: quoq; calidissima parte marmoribus iclusserat paruas tabellas.paulo antē cū restringerentur sublatus.Super omnes diuus augustus i foro suo in celleberrima parte posuit duas tabulas.quæ belli pictam faciem habent & triumphū.idem Castores ac uictoriam posuit:& quas dicemus sub artificū mentione in templos cæsaris patris ldē in curia quoq;:quam in comitio consecrabat duas tabulas impressit parieti.nemeam sedentem supra leonē. palmigeram ipsau astante cū baculo sene.Cuius supra caput tabula bigæ dependēt.quam nicias scripsit se inuisisse:tali enim usus est uerbo alterius tabulæ admiratio est puberem filium seni patri simile esse.salua ætatis differentia:superuolante aquila draconem complexa.philocrates hoc suū op⁹ esse.testatus est.immensa uel unam si equis tantum hanc tabulam æstimet.potentia artis.cum propter philocarem ignobilissimos alioquin glauconemq; filiumq; eius aristippum senatus populusq; Ro.tot sæculis spectet.posuit & tyberius Cæsar minime comitis imperator in templo ipsi⁹ augusti quas mox indicabimus.

Ratio pingendi de pigmentis. Cap.v.

Actenus dictū sit de dignitate artis morientibus.Quibus coloribus singulis primi pinxissent.diximus cū de pigmētis traderemus in metallis.Qui monochromatea genera picturæ uocauerint.qui deinde & quæ & quibus temporibus inuenerint.dicemus in mentione artificū.quoniā indicare naturas naturas colorū causa institui operis prior est.tandem se ars ipsa distinxit:& inuenit lumen atq; umbras differentia colorū alterna uice sese excitante. Deinde adiectus est splendor:alius hic quam lumen quem quia inter hoc & umbram esset.appellauerunt tonon. Cōmisuras uero colorum & transitus.armogen.

De coloribus natiuis & factitiis. Cap.vi.

Vnt autē colores austeri aut floridi.Vtrūq; natura aut mixtura euēit.Floridi sūt quos dom⁹ fingēti pstat.minium.armeniū.cynabaris.chrysocolla.indicū.purpurissimum. Cæteri austeri.Ex omnibus alii nascuntur.alii fiunt nascuntur sinopis:rubrica:parethonium.melinum.eretia.auripigmentū.Cæteri finguntur.primumq; quos in metallis diximus.præterea e uilioribus ochra cæmissa usta.sandaraca:sandix syricum.atramentum.Sinopis inuenta est primū in póto inde nomen a sinope urbe:nascitur & in ægypto:balearibus africa:sed optima in lemno & in cappadocia:effossa & in speloncis.Quæ saxis adhæsit.excellit.Glabis su⁹ colos.extra maculosus.Hacq; usi sūt ueteres ad splendoren.Species sinopidis tres.rubra.& minus rubens.& inter has media.pcīū optimæ in libras.xiii.denariis.Vsus ad penicillū.aut si lignū colorare libeat.eius q ex africa uenit.octoni asses:cicerculū appellant:quæ magis cæteris rubet.utilior abacis.idē pretiū eius:q̄ pressior uocat & est maxime fusca.usus eius ad bases abacoꝝ.in medicina uero blandus ēplastrisq; & malagmatis siue sicca compositione eius siue liquida.Faciūs cōtra ulcera in hūore sita.uelut oris sedis aluī fistit

infusa.fœminarũ profluuia pota denarii pondere.Eadẽ adust ꝝ:siccat scabricias oculoꝝ:uino maxi-
me Rubricæ genus in ea uoluere intelligi quida secũdæ auctoritatis.pamã enim leminæ dabãt:mi-
nio ꝓximã.hũc est antiquis multũ celebrata cũ insula in qua nascif. nec nisi signatra uenundabatur:
unde & sphragidẽ appellauere.hac miniũ sublinunt:adulterãtq;.in medicina preclara res habetur.epi
phoras.in oculoꝝ mitigat & dolores circũlita.Egylopias manare prohibet.Sanguinem reiicientibꝰ
ex aceto datur bibenda Bibitur & cõtra lienũ rhenumq; uitia & purgationes fæminaꝝ.item & cõtr;
uenena & serpentium ictus terrestriũ marinoꝝq;.õnibus ideo antidotis familiaris.Ex reliquis rubra
cæ generibus:fabris utilissima ægyptia & africana.quoniã maxime sorbentur picturis aũt apta nasci
& in ferariis metallis.ex ea fit ochra:exusta rubrica in ollis nouis luto circũlitis.Quo magis arsit ĩ caĩ
minis hoc melior.omnis aũt rubrica siccat.ideoq; & emplastris conuenit igni etiã sacro.Sinopis põ-
ticæ selibra filis lucidi libris.x.& melint græciensis duabus mixtis:tritisq; una per dies.xii.leucopho.
rũ fit:hoc est glutinũ auri cũ inducitur ligno.parethonion nomen loci habet ex ægypto:spumã ma
ris esse dicunt solidatã cũ limo.& ideo conchæ minutæ ĩueniuntur in eo.fit & increta insula atq; cy
renis.adulteratur Romæ creta cimolia decocta conspissataq;.prætiũ optimo in põdo sex libraꝝ.e cã
didis coloribus pinguissimũ:& tectoriis tenacissimũ:propter leuorem.melinũ candidum & ipsũ est.
optimũ in melo insula.in samo quoq; nascitur.Sed eo non utuntur pictores propter nimiã pingue-
dinẽ.accubantes effodiunt ibi inter saxa uenas serutantes.in medicina eundem usum habet quã ere
tria creta.præterea linguã tactu siccat.pilos detrahit & mitigat.pretiũ in libra sestertiis singulis:est'&
colos tertiur e candidis cærussæ:cuius rationẽ in plumbi metallis diximus.Fuit & terra per se i theo-
doti fundo inuenta smyrnæ:qua uetes ad nauiũ picturas utebantur.nunc oĩs ex plũbo & aceto fit ut
diximus:Vsta casu reperta incendio pyræ cerussa in orcis cremata.hac primus usus est nicias suprapi
ctus.optima nunc eliatica habetur:q; & purpura appellatur.præciũ eius in libras æris.y.Fit & Romæ
cremato file marmoroso & restincto aceto.Sine usta non fiunt umbræ eratria terræ suæ habet nomẽ
hac nicomachus & parrhasius usi refrigerat emollitq;.explet uulnera si coquatur.siccanda : præcipue
utilis.& capitis doloribus:& deprehendẽda pura Subesse enim eaintelligit:si ex aqua illita non aref
cat.Sãdaracã & ochram iuba tradit in insula rubri maris topago nasci.Sed inde non peruehũtur ad
nos.Sãdaraca quo mõ fieret.diximus:fit adulterina & cæssa non in fornace cocta Colos esse debet
flãmens.pretium in libras asses quini.Hæc si torreatur:æqua parte rubrica ammiota sandycem facit
Quanq; animaduerto Virgiliũ existimasse hærbam id esse.illo uersu.
Sponte sua sandix pascentes uestiet agnos.
Pretiũ in libras dimidium eius quod sandaracæ.nec sunt alii colores maioris ponderis. inter factiti
os est & syricũ:quo miniũ sublini diximus.fit autem sinopide & sandyce mixtis.atramentũ quoque
inter facticios erit:q̃q̃ est & terra geminæ originis.aut.n.salsuginis mõ emanat:aut terra ipsa sulphu
rei colores ad hoc probatur.inuenti suntpictores qui e sepulchris carbones infecto effoderent. Sed
iportuna hæc omnia ac nouitia.Ei. enim & fuligine pluribus modis:resina uel pice exustis pp quod
officinas etiã ædificauere.fumũ eum non emittentes.laudatissimũ eodem modo fit e tædis.adulte-
ratur fornaciũ balnearumq; fuligine:quo ad uolumina scribenda utuntur.Sunt & qui uini fecẽ sic-
catam excoquant.affirmantq; si ex bono uino sex fuerit:indici speciem id atramentũ præbere polyg
notus & Mycon celeberrimi pictura athenis e uinaceis fuere:tryginon appellant. apelles cõmentus
est ex ebore combusto facere.quod elephantiũ uocant.apportat & indicũ ex india:inexploratæ ad-
huc inuentionis mihi.fit etiam apud infectores ex ex flore nigro:qui adhæresçit ærein cortinis. Fit
& e tædis ligno combusto tritisq; in mortario carbonibus.mira in hoc sepiaꝝ natura.sed ex iis non
fit:oẽ aũt atramẽtũ sole perficitur.librariũ & rectorium glutino ammixto.Quod autem aceto lique
factũ ẽ:ægre eluitur e reliquis coloribus quos a dominis dari diximus propter magnitudinem pre
tii ante oẽs.é purpurissum e creta argentaria cũ purpuris pariter tinguitur:bibitq; eũ colorẽ celerius
lanis.præcipũũ est primũ:feruenti aheno rudibus medicamẽtis inebriatũ.proximum egesto eo ad
dita creta in ius idem.& quotiẽs id factum est.leuatur bonitas pro numero dilutiore sanie:Quar pu
teolanũ potius laudatur q̃ tyriũ aut getulicũ uel laconicũ.unde præciosissimæ purpuræ. Causa est q;
hysgino maxime inficitur:rubramq; cogitur sorbere.uilissimum a canusio:precium huic a singulis
denariis in libras ad.xxx.pingentes sandyce sublita mox ouo inducentes purpurissum fulgorẽ mi
nii faciunt.Si purpuram facere malunt:cæruleũ sublinunt mox purpurissum ex ouo inducũt.ab hoc
maxima auctoritas indico.ex india uenit arundinũ spumæ adherescẽte limo cũ teritur nigrum.at in
diluendo mixtrã purpuræ cæruleiq; mirabilem reddit.alterum genus eius eius est in purpurariis of
ficinisi nnatãs cortinis & est purpuræ spuma.Qui adulterant uero indicum tingunt stercora colũbi
na aut cretã selinusiã uel anulariã uitro infic'ũt ꝓbat carbone.Reddit enim quod sincerum est flam

Ea fit & ochra exu sta i rubri cam olliã Diosco.

nam excellentis purpuræ:& dū fumat odorem maris olet.ob id quidam a scopulis id colligi putāt Tumor
preciū indice denarii.xx.in libras.in medicina indicum rigores & impetus sedat Siccat oris ulcera. Dioscor
Armenia mittit quod eius nomine appellatur.Lapis est hic quoq; chrysocollæ modo infectus.optimūq; est quod maxime uiridi est communicato colore cū cæruleo.Solebant libræ eius tricenis nūmis taxari.inuenta per hispanias harena est similē cui ā recipiens.itaque ad denario senos utilitas rediit.Distat a cæruleo candore modico:qui tenerioré hunc efficit colorē.usum in medicina ad pilos tantū aleendos habet:maximeq; in palpebris.Sunt etiānū nouitii duo colores e uiliſſimis uiride qd appianū uocatur & quod chrysocollam luteam mentitur.Ceu patū multa sint mendacia eius. Fit ex creta uiridi æstimatum sestertiis in libras.Anulare quod uocant candidū est:quo muliebres picturæ illuminantur.fit & ipsum ex creta ammixtis uitreis gemmis ex uulgi anulis:unde & anulare dictū.

Qui colores udo non indicantur:& quibus coloribus antiqui pinxerunt:& quādo primū glaudia totum pugnæ præpositæ sunt Cap.vii.

X omnibus coloribus cretulam amare.udoq; illini recusant purpurissum indicū cæruleū melinū auripigmentū appianū.Cæruſſa cæræ tinguntur iisdem coloribus ad eas picturas quæ muruntur alieno parietibus genere:sed classibus familiari.iam uero & onerariis nauibus.quonias & pericula expimus:ne quis miretur & rogos pingi.iuuatq; pugnaturos ad morté aut certe cædem speciose uehi.Qua contemplatione tot colorū tanta uarietate subit antiquitatem mirari.Quattuor coloribus solis immortalia opera illa fecere:ex albis melino:ex filaceis attico.ex rubris sinopide pontica.ex nigris atramento.appelles Echion melanthius nicomachus clarissimi pictores: cū tabulæ eorū singulæ oppidoq; uenirent opibus.nunc & purpuris in parietes migrantibus & idia conferente fluminū suorum limum & draconum & elephantoq; saniem nulla nobilis pictura é:omnia ergo meliora tunc faere.cū minor copia.ita est quoniam(ut supra diximus)rerū non animi pretiis excubatur.Et nostræ ætatis insaniam ex pictura non omittam.nero princeps.iusserat colosseū se epingi.cxx:pedum in linteo incognitum ad hoc tempus.ea pictura cū peracta esset in in lamianis hortis::accensa fulmine cū optima hortoq; parte conflagrauit.libertus eius cum daturus esset Antii munus gladiatorū publicas porticus inuestiri pictura ut cōstat:gladiatorum ministrorūq; omniū ueris imaginibus redditis.hic multis iam seculis summus animus in pictura. pingi autem gladiatoria munera:atq; in publico expōi cœpta a.C.Terētio Lucano.isq; auo suo a quo adoptatus fuerat.xxx paria in foro triduū dedit.Tabulamq; pictam in nemore Dianæ posuit. Mariā uetus lu ctio

De ætate picturæ operum & artificū indicatura nobilitates.cccv. Cap.viii.

Vnc celebres in ea arte q̄ maxima breuitate percurram.neque enim instituti operis ē talis executio.itaq; & quosdam uelut in transcursu & in alioq; mētione obiter nominasse satis erit exceptis opeq; claritatibus.quæ & ipsa cōuenet attingi siue extant siue intercidere.nō non constat sibi in hac parte græcoq; diligentia quā multas post olympiadas celebrādo pictores q̄ statuarios auctores.primumq; olympiade nonagesima.cū & phidiam ipsum initio pictorē fuisse tradatur: clypeumque athenis ab eo pictum præterea in cōfesso sit octogesimatertia fuisse panæū fratrē eius q clypeū intus pinxit elide mineruæ.quam fecerat Colotes phidiæ.discipulus.& in faciēdo ioue olympio adiutor.Quid.q; in confesso perinde est bularchi pictoris tabula. in qua erat magnetū prœliū.a cādaule rege lydiæ heraclidarū nouissimo:qui & Myrsilus uocitatus est repensam auro.tāta iā dignatio picturæ erat.id circa ætatē Romuli accidere necesse ē.duo enim de uicesima olympia deprehendit Candaules.aut ut quidam tradūt eodē anno quo Romulus nisi fallor manifesta iā tū claritate artis adeo absolutiore.Quod si præcipitur necesse est simul appareat multo uetustiore principia esse.eosque qui monochromata pinxerunt.quoq; ætas non traditur.aliquāto ergo ante fuisse Hygiemonem monochromadam:qui primus in pictura marem fœminaque discreuit:eumarum athenienſem figuras omnes imitari ausum.Quique inuēta eius excoluerit Cimonem Cleoneū.hic catagrapha inuenit.hoc est obliquas imagines & uarie formare uultus respicientes suspicientesue. & dispicientes.Articulis etiā membra distinxit:Venas protulit.præterq; in ueste rugas & sinus inuenit.panæus quidē frater phidiæ etiā prœliū atheniensiū aduersus persas apud marathonem factū pinxit. Adeo iā colorū usus increbruerat:adeo ars perfecta eratut in eo prœlio iconicos duces pinxisse trad at atheniēsium Miltiadem.Callimachum.Cynegyrum Barbarorum Darium.Thyssaphernem. ægide panen. pādem

Primum picturæ certamen.& qui primi penicillo pinxerunt. Cap.ix.

Vinimmo certamen picturæ etiam florente eo institutum est corinthi ac delphis. primusq; omniū certauit cū Timagora chalcidense superatusq; est ab eo pythis.quod & ipsius Timagoræ carmine uetusto apparet chronicorum errore non dubio alii quoq; post hos elati fuēre nōagesima olympiade:sicut polignotus Thasius:qui primus mulieres lucida ueste pinxit ca

pita earũ mittis uersicoloribus operuit:plurimũ q; picturæ primus contulit. Siquidem instituit ös adadenire dentes ostendere:uultũ ab antiquo rigore uariare.Huius ẽ tabula in porticu pompei:quæ ante curiam eius fuerat in qua dubitatur ascendentem cũ clypeo pinxerit:an descendentem. hic delphis ædem pinxit Hic & athenis porticũ quæ poecile uocatur gratuito:cum pariter eius mycõ mercede pingeret.Vnde malor huic auctoritas.Siquidem amphictiones:quod est publicũ græciæ consilĩ:hospitia ei gratuita decreuere.Fuit alius Mycon:qui minoris cognomine distinguitur : cuius filia Timarete & ipsa pinxit.nonagesima autem olympiade fuere aglaophon Cephisodorus phrylus Euenor pater parrhasii & præceptor maximi pictoris:de quo suis annis dicemus.omnes hi iã illustres uõ tamen in quibus hærere expolito debeat festinans ad lumina artis in quibus primus refulsit. apollodorus atheniensis nonagesima tertia olympiade.Hic primus species exprimere instituit.primusq; gloriã penicillo iure cõtulit Eius ẽ sacerdos adorans:& aiax fulmine incensus qui pergãi spectat hodie. neq; ante eũ tabula ullius:ostenditur.quæ teneat oculos.ab hoc artis fores apertas.Zeuxis heracleotes intrauit olympiadis nonagesimæquintæ anno quarto audentemq; iam aliquid penicillõi de hoc .nadhuc loquimur:ad magnã gloriã perduxit.a quibusdam falso in octogesimonõa olympiade positus:cũ fuisse necesse est Demophilũ hymereũ:& nesaeam thasium. Quoniã utrius eorum discipulus fuerit ambigitur.in eum apollodorus supradictas uersus fecit.artem ipsis ablatam.Zeuxin ferre secũ: opes quoq; tantas acquisiuit:ut in ostentatione earum olympiæ aureis litteris in palliorum tessenis intextũ nomen suum ostentaret.postea donare opera sua instituit.q; ea nullo satis digno pretio permutari posse diceret.sicuti alcmenam agrigentinis:pana archelao.Fecit & penelopen:in qua amores pinxisse uidetur:& athletam.adeoq; sibi in illo placuit ut uersum subscriberet celebrem ex eo in-
mores alii tulurũ aliquẽ facilius q; imitaturũ.magnificus est iupiter eius i throno a stantibus diis.Et Hercules infans dracones strangulans alcmena matre coram pauente:& amphytrione.Deprehẽditur tamẽ zeuxis grandior in capitibus articulisq;.alioquin tantus diligentia.ut agrigentinis factur⁹ tabulã quã in templo iunonis laciniæ.publice dicarent,inspexerit uirgines eoꝝ nudas.& quinq; elegerit. ut quod in quaq; laudatissimũ esset:pictura redderet.pinxit & monochromata ex albo.æquales eius & æmuli fuere timanthes.androcydes:eupompus.parrhasius.

De auibus per picturam deceptis & quid difficillimum in pictura. Cap.x.

Escendisse hic cũ zeuside in certamen traditur:& cũ ille detulisset uuas pictas tanto successu.ut in scenam aues aduolaret:ipse detulisse linteum pictum traditur:ita ue ritate representata.ut zeuxis alitũ iudicio tumens flagitaret tandem remoto linteo ostendi picturam.atq; intellecto errore cõcederet palma ingenuo pudore:quoniam ipse aues fefellisset:parrhasi⁹ autẽ se artificem.Fertur & postea zeuxis pinxisse puerũ uuas ferentem:ad quas cũ aduolarent aues: eadem ingenuitate processit iratus operi.& dixit uuas melius pinxi q; puerum nam & si hoc cõsumassem aues timere debuerant.Fecit & figlina opera.quæ sola iam ambracia relicta sunt.cũ inde musas Fuluius nobilior romã transferet.zeuxidis manu Romæ Helena est in philippi porticibus.Et in cõcordiæ delubro Marsyas religatus.parrhasius ephesi natus.& ipse multa cõstituit.primus symmetriẽ picturæ dedit primus argutias uultus:elegantiã capilli.uenustatẽ oris confessione artificũ in lineis extremã⁹ palmã adeptus.Hæc est in pictura summa subtilitas.corpora enim pingere & media rerum est quidem magni operis.sed in quo multi gloriam tulerint.extrema corporæ facere.& desinẽtis picturæ modis includere.rarũ in successu artis inuenitur.ambire enim debet se extremitas ipsa.& sic desinere. ut promittat alia posse:ostendatq; etiam quæ occultat.hanc ei gloriam cõcessere antigonus & xenocrates: q de picturis scripsere prædicantes quoq; non solũ cõfitentes.alia multa Graphidis uestigia extãt in tabulis ac membranis.ex quibus proficere dicunt artifices.minor tamen uidetur sibi cõparatus in mediis corporibus exprimendis.pinxit & dæmonẽ athenienſiũ argumento qnoque ingenioso. Volebat nanque uarium iracundũ iniustum inconstãtem.eundem uero exorabilem.clementem.misericordẽ excelsum:glorioſum:humilem.ferocẽ. fugacemq;.& omnia pariter ostendere.item pinxit & Thesea qui Romæ in capitolio fuit.& nauarchũ thoracatũ.& in una tabula quæ est rhodi.meleagrũ Herculem.perſea.hæc ibi ter fulmine ambusta.ne obliterata hoc ipso miraculum auget pinxit & archigallũ.quam picturam amauit tiberius princeps atq; ut auctor est Decius eculeo.lx.sestertiis æstimatam cubiculo suo inclusit.pinxit & cressam nutricem.infantemq; in manibus eius & philiscũ & liberum patrem astante uirtute.& pueros duos.in quibus spectatur securitas & ſſimplicitas ætatis.itẽ sacerdotẽ astante puero cum acerra & corona.Sunt & duæ picturæ eius nobilissime hoplitides .alter in certamine ita decurrens.ut sudare uideatur.alter arma deponens ut anhelare sentiatur.Laudatur & æneascastorq; ac pollux in eadem tabula.item thelephus achilles.agamẽnon.Vlixes fœcundus artifex.Sed quo nemo insolentius & atrogantius sit usus gloria artis.na & cognomina usurpauit ab-

todiætū se appellando:aliisq; uerbis principem artis & eam ab se cōsumatā.Sup omnia Apollinis se radice ortū:& Herculem quem lydi fecerat talem a se pictū:qualem sæpe in quiete uidisset.Ergo magnis suffragiis superatus a Timanthe est sami in Aiace:armorū quoq; iudicio Herocis nomine id se moleste ferre dicebat.q; iterum ab indigno uictus esset.pinxit & in minoribus tabellis libidines eo genere & petulantibus iocis se reficiens:nam Timanthi uel plurimū affuit ingenii.Eius enimē iphi genia oratoris laudibus celebrata.Qua stante ad aras peritura cū mœstos pixisset omnes . pcipue patruū cū tristiciæ omnem imaginē cōsumpsisset patris ipsius multū uelauit.quem digne non poterat ostendere.Sunt & alia ingenii eius exemplaria ueluti Cyclops dormiens in paruula tabula.Cuius & hic magnitudinē exprimere cupiens pinxit iuxta satyros thyrso pollicē eius metientes:atq; i omnib⁹ eius operibus intelligitur plus semper q̄ pingitur.& cū ars summa sit.ingenium tamen ultra artē ē. Pinxit & heroa absolutissimi operis arte ipsa complexus uires pingendi quod opus nunc romæ in tēplo pacis est.euxinidas hac ætate docuit aristidē præclarum artificem.eupompus pamphilum apellis præceptorem.est eupompi uictor certamine gymnico palmā tenens.ipsius auctoritas tanta fuerit ut diuiserit picturam in genera tria quæ ante eum duo fuere helladicū & asiaticā appellabant pp hunc qui erat sycionius.Dimisso helladico tria facta sunt ionicū:sycionium:atticum.pamphili pictura est cognatio & prœlia ad philiuntem & uictoria athaniensiū.item.Vlixes in rate.ipse macedo nacione:sed primus in pictura omnibus litteris eruditus.præcipue arithmetice & gēometrice : sine qb⁹ negabat artem perfici posse.Docuit neminem minoris talento annis decē:quam mercedē & apelles & melantius ei dedere.& huius auctoritate effectū est sicyone primū.deinde & in tota græcia ut pueri ingenui ante omnia graphicē.hoc est picturam in buxo docerētur:reciperaturq; ars ea in primum gradū liberaliū.Semper quidem honos ei fuit:ut ingenui eam exercerent:mox ut honesti perpetuo interdicto:ne seruitia docerentur ideo neq; in hac neq; initoreutice ullius q̄ seruierit opera celebrāt Clari etiā centesimaseptima olympiade extitere.echion & Therimachus.echiōes sunt nobiles picturæ liber pater.item tragœdia & comœdia:Semiramis ex ancilla adipiscēs regnū.anus lampadas præferens:& noua nupta uerecundia notabilis.Verum & omnem prius genitos futuro sq; postea superauit appelles eo usq; olympiade centesima.xii.in pictura prouectus:ut plura solus prope q̄ cæteri oēs cūtulerit:uoluminibus editis quæ doctrinam eam continent.præcidua eius in arte uenustas fuit : cū eadē ætate maximi pictores essent.quoq; opera cum ammiraretur collaudatis omnib⁹.deesse iis unā illam ueneremdicebat.quam græci charita uocant.Cætera omnia contigisse.Sed hac soli sibi nemi nē parē.& aliam gloriam usurpauit.cū prothogenis opus immensi laboris ac curæ supra modū axie miraretur.Dixit enim omnia sibi cū illo paria esse:aut illi meliora.sed uno se præstare.q; manū ille d tabula nesciret tollere memorabili præcepto nocere sæpe nimiam diligentiam. Fuit non minoris simplicitatis q̄ artis.nā cedebat amphioni de dispositione.& Asclepiodoro de mensuris.hoc est quā to quid a quo distingare deberet.Scitum est interprothogenem & eum quod acidit .ille rhodi uiuebat.Quo cum apelles annauigasset.auidus cognoscendi opera eius fama tantam sibi cogniti continuo officinam petiit.aberat ipse sed tabulam magnæ amplitudinis i machinā picturæ anus una custodiebat.hæc prothogenem foris esse respondit.interrogauit a quo quæsitum diceret.Ab hoc inq; Apelles arreptoq; peniculo lineam ex colore duxit summæ tenuitatis per tabulam.Reuerso prothogeni quæ gesta erant anus indicauit.Ferunt artificem protinus contemplatū subtilitatē dixisse.apellē uenisse.non enim cadere in alius tam absolutū opus.ipsus tunc alio colore tenuioré lineam in ipsa illa duxisse.præcipisseq; abeuntem si redisset ille:ostenderet.adiceretq; hunc esse quem quæreret. atque ita euenit.Reuertitur enim appelles:sed uinci erubescēs.tertio colore lineas secuit.nullū relinquēs amplius subtilitati locū.at prothogenes uictum se confessus in portum deuolauit . hospitē q̄rens.placuitq; sit eam tabulam posteris tradi:omniū quidem:sed artificū præcipue miraculo . Cōsūptam eam constat priore incendo domus Cæsaris in palatio.auide ante a nobis spectatā spatiosiore amplitudine nihil aliud continentem q̄ lineas usum effugientes:inter egregia multorū opera inānī similem & eo ipso allicientem omniq; opere nobiliorem appelli fuit alioquin perpetua cōsuetudo nūquā tā occupatā diem agendi ut non lineam ducendo exerceret artem.quod ab eo prouerbiū uenit.idem perfecta opera proponebat in pergula transeuntibus.atq; post ipsam tabulam latens uitia quæ notarentur asculabat.uulgum diligentiorem iudicē quā se pferens.Feruntq; a sutore reprehensum q̄ increpidis una intus paueiores fecisset ansas.eodem postero die superbe emendationem prioris ammonitionis cauillante circa crus indignatū prospexisse denuntiantē ne supra crepidā sutor qd & ipsū i puerbiū uenit.Fuit enim & comitas.illi propter quā & gratior alexādro magno erat: frequenter in officinā uentitanti.Vnde ut iam dixim⁹.ab alio pingi se uetuit inueterato edicto. sed & in officina imperite multa differenti silentiū comiter suadebat.rideri eū dicens a puerīs q̄ colores

De mega byzo hoc referunt

tererent.tantum auctoritatis & iuris erat & in regem alioquin iracundũ.Quaquam alexãder & honor clariſſimo præbuit exemplo.nanq; cum dilectæ ſibi ex pallacis ſuis præcipue nomine.Cãpaſpen nudã pingi ob ámirationem formæ.ab apelle iuſſiſſe eúq; cũ paret captũ amore ſenſiſſet:dono dedit eam.magnus animo máior imperio ſui:nec minor hoc facto q̃ uictoria alioqua.Quippe ſe uicit nec thoꝛe tantũ ſuum:ſed etiã effectum donauit artifici.ne dilectæ quidẽ reſpectu mot⁹ ut quæ mõ regis ſuiſſet mõ pictoris eſſet.Sunt;qui uenerem anadyomenen illo pictam exemplari putant.apelles & inæmulis benignus prothogeni dignationẽ primus rhodi cõſtituit Sordebat ille ſuis ut plerũq; domeſtica.percõtantiq; quauti licitaretur opera effecta.paruũ neſcio quid dixerat.at ille quinquagenis talentis popoſcit famaq; diſperſit ſe emere.ut pro ſuis uenderet.Ea res concitauit rhodios ad intelligẽdũ artificem:nec niſi augentibus pretium ceſſit.imaginũ illa ſimilitudinis adeo indiſcrete pinxit.ut incredibile dictu appion grãmaticus ſcriptũ reliquerit quendam ex facie hominũ ad diuinãtẽ: quoꝛ metopoſcopos uocant ex iis dixiſſe aut futuræ mortis annos aut præterite.non fuerat ei gratia in cõitatu alexandri cũ ptolomæo:quo regnante alexãdriã ui tẽpeſtatis expulſus ſubornato fraude æmuloꝛ plano regio inuitatus ad regis cœnã uenit.indignantiq; ptolomæo.& uocatores ſuos oſtẽdẽti ut diceret a quo eorũ iuuitatus eſſet:arepto carbone extincto e foculo imaginem in pariete delinia uit agnoſcẽte uultũ plani Rege ex inchoaro ꝓtinus pixit & antigoni regis ĩaginẽ altero lumine ob bã primus excogitata ratione uitia condendi:obliquam nanq; fecit:ut quod corpori deerat picturæ potius deeſſe uideretur.laniumq; ea in parte a facie oſtendit quã totã poterat oſtendere. Sunt inter opera expirantiuũ imagines. Quæ autem nobiliſſima ſint non eſt facile dictu Venerem exeũtẽ e mari diuus auguſtus picauit in delubro parris Cæſeris:anadyomene uocatur.uerſibus græcis tali opere dum laudatur uicto ſed illuſtrato.huius enim inem inferiorẽ partem corruptam qui reficeret. nõ poterat inueniri.Verũ ipſa iniuria ceſſit in gloria artificis cõſenuit hæc tabula cariæ.aliamq; ꝓ ea nero principatu ſubſtituit ſuo.dorothei manu.appelles inchoauerat aliam uenerem coiis:ſuperaturus ẽt ſuã illã priorẽ inuidit mors peracta parte nec qui ſuccederet operi ad præſcripta liniamenta inuẽtus é.pinxit & alexãdrũ magnũ fulmen teneutẽ in templo epheſiæ Dianæ.xx talẽtis auri.digiti emineꝛ uidentur & fulmen extra tabulam eſſe.ſed legentes meminerint:omnia ea cõſtare quattuor coloribꝰ immane tabulæ pretiũ accepit aureos menſura non numero.pinxit & Megabyzi ſacerdotis Dianæ epheſiæ pompam:celitum equo ad bellam feſtinantem:& ei galeam poſcenti armigerum porrigente.alexandrũ & philippũ quotiens pinxerit enumerare ſuperuacuum eſt.Mirantur eius abronem ſamii & menandrum regem cariæ rhodii.item anceum.alexandriæ gorgoſtenem tragœdum. Romæ Caſtorem & pollucem cũ uictoria & alexandro magno.itẽ belli imaginẽ reſtrictis a tergo manibus alexandro in curru triumphante:Quas utraſq; tabulas diuus auguſtus in fori ſui partibus celeberrimis dicauerat ſimplicitate moderata.Diuus Claudius pluris exiſtimauit. in utriſq; exciſa facie alexãdri diui auguſti imaginem ſubdere.eiuſdem arbitrantur manu eſſe & in antoniæ teplo Hercuauerſum:ut quod eſt difficillimũ faciem eius oſtẽdat uerius pictura quam promittat.pinxit & heroa nudũ.eaq; pictura naturam ipſam prouocauit.eſt & equus eius ſine fuit pictus in certamine quod iu

Sine fine dictus.

diciũ ad mutas quadrupedes prouocauit ab hominibus.nanque ambitu æmulos prævaleꝛ ſentiens ſinguloꝛ picturas inductis equis oſtendit apellis tantũ equo adhinniente:idq; poſtea ſemper illius experimentũ artis oſtentatur.fecit & neoptolemũ ex equo aduerſus perſas. archelaum cum uxore. & filia:antigonũ thoracatum cum equo incidentem.peritiores artis præferunt omnibus eius operibus eundem regem ſedentem in æquo dianam ſacrificantiũ uirginum choro mixtam.quib⁹ uicĩſſe Homeri uerſus uidetur idipſum ſcribentis.pinxit & q̃ pingi nõ poſſunt tonitrua.fulgetra.fulguraq; brõtẽ.aſtrapen.ceraunobolõ appellant:inuenta eius & cæteris eius profuere in arte. Vnũ imitari nemo potuit quod abſoluta opera atramento illinebat ita tenui.ut idipſum repercuſſu claritates oculoꝛ excitaret.cuſtodiretq; a puluere & ſordibus.ad manũ intuenti demũ appareret. Sed & tũ ratiõe magna.ne colorũ claritas oculoꝛ aciem offendereuelu ti per lapidem ſpecularem intuentib⁹ e longinquo. Et eadem res nimis floridis coloribus auſteritatem occulte daret æqualis eius fuit ariſtides tebanus.is omniũ primus animũ pinxit & ſenſus omneis expreſſit.quos uocant græci ethe. itẽ perturbationes.durior paulo in coloribus.Huius pictura.oppido capto ad matris moriẽtis ex uulnere mamam adrepens infans.intelligiturq; ſentire mater.& timere ne emortuo lacte ſanguinẽ infans lãbat.Quã tabulã alexander magnus tranſtulerat pellã in patriã ſuã.idẽ pinxerat prœlium cum perſis centum homines ea tabula complexus pactuſque in ſingulos mnas denas a tyranno elatenſium mnaſone.pinxit & curtens quadrigas.Et ſupplicantem pene cum uoce.& uenatores cum captura & Leontionem pictorem.& anapauomenon propter fratris amorem morientem.item liberum patrẽ & ariadnen ſpectatos Romæ i æde Cereris Tragœdũ & puerũ apollinis.Cuius tabulæ gratia iteriit

pictoris inscitia:eua tergenda eam mandauerat:M.Iunius prætor sub die ludorũ appollinariũ: Spectata est in æde fidei in capitolio imago senis cú lyra puerum docentis.pinxis & ægrũ sine fine laudatũ.Qua in arte tantú ualuit:ut Attalus rex unam tabulamq; eius centũ talentis emisse tradatur. Simul ut dictu est & protogenes floruit patria ei caunus gentis rhodiis subiectæ. Summa eius pauertas initio artisq; summa intentio:& ideo minor fertilitas.Quis eũ edocuerit:non putant constare Quidam & naues pinxisse usq; ad annũ quinquagesimũ.Argumentũ esse:q; esse:cũ athenis celeberrimo loco mineruæ delubro propyleon pingeret ubi fecit nobilem.paralum & hemionida. quã quã nauficam uocant:adiecerit:paruulas naues longas in iis:quæ pictores parerga appellant:ut appareret a quibus initiis ad arcem ostentationis opera sua peruenissent palmam habent tabulæ eius lalysus:q est usq; hodie Romæ dicatas in templo.pacis:quem cum pingeret:traditur madidis lupinis uixisse. qñ simul famẽ sustinerent & fitim.ne sensus nimia dulcedine obstrueret.Huic picturæ quater colorẽ induxit contra subsidia iniuriæ & uetustatis:ut decedente superiore inferior succederet.ẽ in ea canis mstre factus:ut quem pariter casus & ars pinxerit.nõ iudicabat se exprimere in eo spumã anhelantis cũ i reliqua oi parte quod difficillimũ erat.sibi ipse satisfeciſſet.Displicebat aũt ars ipsa.nec minui poterat.& uidebat nimia ac lõgius a ueritate discedẽ.spũq; illa pingi nõ nasci ex ore anxio animi ciatu cũ pictura uerũ esse non uerisimile uellet:abstersérat sæpius.mutauerarq; penicillum:nullo modo sibi approbans.postremo iratus arti quod intelligeretur.spongiam eã impegit inuiso loco tabulæ.ex illaq; reposuit ablatos colores.qualiter cura optauerat.fecitq; in pictura fortuna naturã. Hoc exẽplo similis & nealtẽ successus in spuma equi similiter spõgia impacta secutus dicitur cũ pingeret popizonta retinẽtẽ equũ.Cum.tẽ prothogenes monstrauit & fortuna.proter hunc lalysum ne cremaret tabu. Demetrius Rex:cũ ab ea parte sola posset rhodũ capere:non incendit.& parcẽtẽq; picturæ fugit occasio uictoriæ.Erat nũc pthogenes in suburbano hortulo suo hoc est Demetri castris. neq; interpellatus prœliis inchoato opera intermisit omnino.sed acitus a rege interrogatusq; qua fiducia extra muros ageret.respondit.scire se illi;cũ rhodiis bellũ eẽ nõ cũ artibus.disposuit ergo rex in tutelã eius stationes.gaudens q; posset manus seruare;q;bus iã pepcerat:& ne sæpius auocaret: ultro ad eũ uenit hostis.Relictisq; uictoriæ suæ uotis inter arma & muros; ict⁹ spectauit artificẽ. Sequit;q; tabulã eius tẽporis hæc fama:q; eam prothogenes sub gladio pinxerit.Satyrus hic est.quẽ anapauomenõ uocant.ne quid desit temporis eius securitati tibias tenens.Fecit & Cydipẽ Triptolemũ. Cylicũ tragœdiaꝝ scriptorem meditantem & Athletam.& antigonũ regem:& imaginem matris aristotelis philosophi.qui ei etiam suadebat.ut alexandri magni opera pingeret: pp æternitatem rerum. impetus animi & libido in hæc quædam artis eum potius tulere.nouissime pinxit alexãdrũ ac pana. Fecit & signa ex ære.ut diximus.Eadem ætate Asclepiodorus fuit.quem in symmetria mirabar.apelles Huic Mnason tyrannus pro.xii.dies dedit in singulos mnas tricenas.idẽq; Theomnesto in singulos heroas mnas cẽtenas.his annumerari debet nicomachus aristodẽi filius.ac discipulus.pinxit hic captũ proserpinæ.Quæ tabula fuit in capitolio in mineruæ delubra supra ædiculam iuuentutis.& in eodẽ capitolio alia quam plancus imperator posuerat uictoria quadrigã in sublime rapiens.hic primus Vlixi addidit.pileum.pinxit & apollinem & dianam.deumq; matrem in leone sedentem.& itẽ nobiles bacchas arreptantibus satyris.Scyllamq; quæ nunc est romæ in templo pacis.nec fuit alius ea arte uelocior.Tradunt nãq; conductũ eum ab aristrato sicyonioꝝ tyranno ad pingendum. quod is faciebat Telesti poetæ monumentũ præfinito die intra quẽ pageretur.nec multo ante uẽisse.accẽsso in pœnã tyranno pauciscq; diebus absoluisse celeritate & arte mira.discipulos habuit aristidẽ fratrẽ & aristoclem filiũ & philoxenũ et etriũ.Cuius tabula nullis postferẽda Cassandro regi picta.cõtinuit alexãdri prœliũ cũ dario item pinxit & lasciuiã in qua tres Sileni comesant.hic celeritatẽ p̃ceptoris secutus.bræuiores etiãnũ quasdã picturæ ulas & cõpẽdiarias inuenit.annumeratur his & nicophanes elagans & concinus.ita ut uetusta opera pingeret propter æternitatem reꝝ impetuosi animi & cui paui cõparentur.Coturnus ei & grauitas artis.multũ a zeusside & apelle abest apellis discipulis perseus ad quem de hac arte scripsit.qui huius fuit ætatis. Aristidis. Thebani discipulis perseus ad quem de hac arte scripsit:qui huius fuit ætatis.aristidis Thebani discipuli eius fuerunt antorides & euphranor.de quibus mox dicemus nanq; subtexi par est:minoris picturæ celebres in penicillo eq; bus fuit pyreicus:arte pacis postferendus.proposito,nescio an destruxerit se quoniã humilia q̃dẽ secutus humilitatis tamen summã adeptus est gloriã.Tonstrinas sutrinasq; pinxit & asellos & obsõia ac similia.ob hoc cognominatus Rhyparographos.in iis cõsumatæ uoluptatis: Quippe eæ pluris ueniere q̃ maximæ multorũ.e diuerso mediana ut inquit Varro omnia operiebat Serapionis tabula sub ueteribus hic scœnas maxies pinxit.sed hõinẽ pingere nõ potuit.Contra dionysius nihil aliud q̃ hoies pinxit hoc ãthropogra p⁹ cognominatus.parua & calicles fecit.Item calaces cõicis tabellis

Subsid. iniuriæ & uetustatis ui subsidii cõtra iniuriã uetustatis

Tlepolemõ uersi cod.

Aristõ.

Mẽiana

antiphilus.nam & Hesionam nobilem pinxit:& alexandrũ ac philippũ cũ minerua:quĩ sunt in scho
la in octauiæ porticibus & philippi.liberum patrem:alexãdrũ puerum:hippolytum taure emisso ex-
paueſcentẽ in pompeia uero Cadmũ & europẽ.idemq; iocoso nomine & gryllum ridiculi habitus.
Dignu lo pinxit.unde hoc genus picturæ gryllus uocatur.ipse in ægypto natus didicit a Ctesidemo.Decet nõ
co sileri & ardeatis tẽpli pictorẽ præsertĩ ciuitate donatũ.ibi & carmine quod ẽ i ipsa pictura his uersib⁹
Dignis digna loco picturis condecorauit.
Reginæ iunonis supremæ coniugis templum:
Marcus ludius elotas ætolia oriundus.
Quem nunc & post semper ob artem hanc ardea laudat.
Ea sunt scripta antiquis litteris latinis.non fraudando & Liuio & diui augusti:ætate:q primus insti-
tuit amœnissimam parietũ picturam uillas:& porticus:ac topiaria opera.lucos:nemora:colles:pisci-
paluſtri nas euripos.amnes:littora:qualia quis optarat.uarias ibi obambulãtiũ specie aut nauigãtiũ.terraq;
Subcollã uillas adeuntium aselllis aut uehicuiis.iam piscantes:aucupantesq;:aut uenãtes:aut etiam uindemiã
tiũ specie tes.sunt in eius exemplaribus nobiles plaustri accessu ville:sub colliũ sponsione mulieres labẽtes tre
pidæq; feruntur.plurimæ.præterea faciles argutiæ:facetissimi sales.idemq; subdialib⁹ matitimas ur
bes pingere instituit blandissimo aspectu minimoq; impendio.sed nulla gloria artificũ est:nisi eoꝝ
qui tabulas eoque uetiabilior.apparet antiquitas.non enim parietes excolebant dominis tãtum nec
domos uno in loco mansuras:quæ ex incendiis rapi non possent; casula prothegenes contẽtus erat
in ortulo suo.nulla in apellis testoriis pictura erat.nondum libebat parietes totos pingere; omnis
eorũ ars urbibus excubabat:pictorq; res communis terram erat.fuit & arellius romæ celebris paulo
ante diuũ augustũ nisi flagitio inggni corrupisset artem semper.alicuius amore fœmine flagrans:&
ob id deas pingens:sed dilectarũ imagine:itaque in pictura eius scorta numerabantur. fuit & nuper
grauis ac seuerus idemq; floridas.humilis rei pictor amulius huius erat minerua spectentem aspe-
ctans quacunq; aspiceretur.paucis dieꝝ oris pingebat:id quoq; cũ grauitate.q; semper rogatus q̃q̃ in
machinis Carcer eius artis domus aurea fuit:& ideo non extant exempla alia magnoper.post eũ fue
re in auctoritate Cornelius pinus &actius priscus.qui honoris & uirtutis ædes imperatori Vespasião
augusto restituendi pinxerunt.sed priscus antiquis similior:

De auium cantu compescendo.& qui encausto & penicillo primus lacunaria.& cameras pinxe
rit:sparsimq; præcia mirabilia picturarũ. Cap:xi.

On est omittenda in picturæ muntione celebris circa lapidũ fabula.siquidem in triũuira
tu quodã loco deductus a magistratibus ĩ nemorosum hospitiũ. minaciter cũ iis postero
die expostulanit.somnũ adẽtũ sibi uolucrũ cõcentu at ili draconẽ in iõgissima mẽbrana
depictu circũdedere loco.eoq; terrore aues tunc siluisse narrantur.& postea cognitũ ẽ ita posse cõpe
sci.cæris pingere ac picturã inurere quis primus excogitauerit.nõ cõstat.Quidã aristidis iuẽtũ putãt
postea cõsumatã a praxitele.Sed aliquãdo uetustiores encausticæ picturæ extitere.ut polygnoti &
Eucauten. nicanoris & archesilai pariorũ.lysippus quoq; eginæ picturæ suæ inscripsit Enetem:quid ꝓfecto nõ
aut encau fecisset:nisi encaustica iuẽta.pãphilus quoq; apellis præceptor nõ pinxisse tm̃ encaustica. sed ẽr do
sen cuisse tradit pausiã sicyoniũ primũ in hoc genere nobilẽ Brietis filius hic fuit.eiusdẽ primo discipu
Thespiis lus.pinxit & ipse penicullo parietes thebis cãreficerẽt quõdã a polygnoto picti multũq; cõparatio
ne superatus existimabat:qm̃ nõ suo genere certasset.idẽ & lacunaria primus pingere instituit.nec
cameras ante eũ taliter adornari mos fuit.paruas pingebat tabellas maximeq; pueros hoc æmuli eũ
interpretabãt facere:qm̃ tarda bicturæ ratio eẽt illa.Quãobrẽ daturus celeritatis famã.absoluit uno
die tabellã.q̃ uocata ẽ hemerõios puero picto amauit in iuuẽta glycerã municipẽ suã inuẽtricẽ coro
nare certãdoq; imitatiõe eius ad nũerosissimã floꝝ uarietatẽ pduxit artẽ illã.postremo pinxit illã se
dẽtẽ cũ corona.Quæ nobilissa tabula appellata ẽ stephãoplocos. ab aliis stephanopolis qm̃ Glyce
ra coronas uẽditãdo sustinuerat paupertatẽ.huius tabulæ exẽplar:qd apographõ uocãt.L:Lucull⁹
Maioribus digredienti ad reliquoꝝ lapidem insignes naturas:quis dubitet in primis magnetem occurrere:quid enim mirabiliũ:aut qua in parte naturæ maior impbitas:dederat uocem saxis:ut diximus:r espondentem homini:immo uero & obloquẽtem:qd lapidis rigore pigrius:Ecce sensus manusq; tribuit illi.quid ferri duricia pugnatius:Sed cedit & patitur mores trahitur nanq; a magnete lapide.Domitrixq; illa reꝝ omniũ materia ad inane nescio qd currit: atq; ut ꝓpius uenit assistit:teneturq;:& cõplexu hæret:Siderit in ob hoc alio nomine appellant: qui dã heracleon.Magnes appellatus est ab inuentore: ut auctor est Nicandet ;in india repertus. Nanq;

& paſſim inuenitur:ut in hiſpania quoq; inuenirisse aũt ſertut clauis crepidaꝝ & baculi cuſpide hærentibus:cum armenta paſceret.Quinq; genera magnetis Sotacus demonſtrat.æthiopicũ:& magneſiacum e macedonia ei cõtermina Boebeida lacũ petentibus dextra.Tertium in echio boeotiæ.Quartũ circa alexandriã troadem:Quintum in magneſia aſiæ:Differentia prima mas ſit an fœmina.Proxima in colore.Nam qui in macedonia & magneſia reperiunt:rufi nigriq; ſunt.Boeotius vero rufi coloris plus habet q̃ nigri.Is qui in troade inuenitur:niger eſt & fœminei ſexus:ideoq; ſine uiribus.Deterrimus aũt in magneſia aſiæ candidus:neq; attrahens ferrum ſimiliſq; pumici.Compertũ tanto melio res eſſe quanto ſunt magis cærulei:ætheopicis laus ſumma datur:ponduſq; argento repẽditur.Inuenitur hic in æthiopiã zĩmiri:ita uocatur regio harenoſa.Ibi & hematites magnes ſanguinei coloris: ſanguinemq; reddens ſi terratur:Sed & crocum.In attrahendo ferrum non eadẽ quæ magneti hematite natura.Aethiopici argumentũ eſt:q̃ magnetem quoq; alium ad ſe trahit.Omnes autẽ ii oculorum medicamentis ꝓſunt ad ſuã quiſq; portionem.Maximeq; epiphoras ſiſtunt Sanant & aduſta cremati tritiq;.Alius rurſus in eadem æthiopia non ꝓcul mons gignit lapidem rheameden:qui ferrum omne abigit:reſpuitq;.De utraq; natura eius ſæpius diximus.

De lapidibus qui cito abſumunt corpora in eis condita:& de his qui diu ſeruãt & de Aſio lapide:& medicinis eius. Cap.xvii.

Apidem e ſcyro inſula integrũ fluctuare tradũt:eũdem comminutũ mergi.In aſſo troadis ſarcophagus lapis fiſſili uena ſcinditur.Corpora defunctorũ condita in eo abſumi conſtat intra xl.diem:exceptis dentibus.Mutianus ſpecula quoq; & ſtrigiles & ueſtes & calciamenta illita mortuis lapidea fieri auctor eſt.Eius generis & in lycia ſaxa ſunt & in oriẽte quæ uiuentibus quoq; adalligata:erodunt corpora.Mitior eſt autem ſeruandis corporibus ac abſumendis chemites ebori ſimillimus:in quo Darũ conditũ ferũt.parioq; ſimilis candore & duritia:minus tamẽ põdero ſus qui porus uocatur.Theophraſtus eſt & tranſlucidos lapides in ægypto inueniri: quos ophitæ ſimiles ait:qd' fortaſſis tũc fuerit:quoniã & ii deſinũt & noui reperiũt.ſius guſtu ſalſus podagras lenit pedibus in uaſe ex eo cauato inditis.præterea omnia cruẽ uitia in iis lapidicinis ſanantur:cũ in metallis oĩbus crura uitientur.Eiuſdem lapidis flos appellat:in facinã redigendã mollis ad quædã pinde efficax.Eſt autem ſimilis pumici rufo.Ammixtus æri cyprio mãmaꝝ uitia emendat.pici autem reſinæue ſtrumas & panos diſcutit.prodeſt & phthiſicis linctu Cũ melle uetera ulcera ad cicatricem producit:Excreſcentia erodit.Et ad beſtiarum morſus utilis.Repugnantia curationi ac ſuppurata ficcat. Fit cataplaſma ex eo podagris mixto fabæ lomento.

Redigi. uel ſaliua ex eo q̃dã molis pinde:e.uel.l.

De ebore foſſili & lapidibus oſſeis & palmatis & alioꝝ generibus. Cap.xviii.

Dem Thephraſtus & mutianus eſſe aliquos lapides:qui pariant:credunt Theophraſtus auctor eſt & ebur foſſile candido & nigro colore inueniri:& oſſa e terra naſci:inueniriq; lapides oſſeos palmati circa mundã in hiſpania:ubi Cæſar dictator pompeium uicit: reperiũſ: idq; quotiens fregeris.Sunt & nigri:quoꝝ auctoritas uenit in marmora.ſicut tenarius.Varro nigros ex africa firmiores eſſe tradit:q̃ in italia.E diuerſo albos coranos duriores:q̃ parios.Idem lunẽſem ſilicem ſerra ſecari: At thuſculanũ diffilire igni.Sabinum fuſcũ addito oleo etiam lucere.Idem molas uerſatiles uolſine inuentas.Aliquas & ſponte motas inuenimus in ꝓdigiis.Nuſquã autẽ hic utilior q̃ in italia gignitur:lapiſq; non ſaxum eſt.In quibuſdã uero ꝓuinciis omnino nõ inuenitur. Sunt q̃dam in eo genere molliores:qui & cote leuigantur:ut ꝓcul inuentibus ophitæ uideri poſſint. Neq; eſt alius firmior:quando & lapidis natura ut lignũ ſimiliter hymbres ſoleſq; aut hyemes nõ patitur. In aliis atq; aliis generibus.Sunt & qui lunam non tollerent:& qui uetuſtate rubiginem trahãt:colorem ue candidum oleõ mutent.

De corallio uel pyrite:& medicinis eius:& oſtracite:de amantho lapide & medicinis eius & militino lapide & uiribus eius:de gagate lapide & medicinis eius : de ſpõgiis de phrygio lapide & natura eius. Cap.xix.

Orallium lapidem quidã pyriten uocãt:quoniã ſit plurimus ignis illi.Sed eſt alius etiãnũ pyrites ſimilitudine æris.In cypro eũ reperiri uolunt:& in metallis quæ ſunt circa acamantam:unum argento colore:alterũ aureo.Cocuuntur uariæ.Ab aliis iteꝝ tertioq; in mel le:donec conſumatur liquor.Ab aliis pruna prius:dein melle:& poſtea lauantur ut æs.Vſuſq; eorũ i medicina excalfacere:ſiccare diſcutere:humorem extenuare:& duricias nimias mollire.Vtũtur et crudis tuſiſq;:ad ſtrumas atq; furunculos.pyritaꝝ etiãnũ aliqui genus unũ faciũt plurimũ habens ignis: quos uiuos appellamus:& ponderoſiſſimi ſunt.Hi exploratoribus caſtroꝝ maxime neceſſarii:qui clauo uel altero lapide pcuſſi:et ſcintillas eduntquæ exceptæ ſulphur aut fungis aridis uel foliis. dicto celerius ignem trahunt.Oſtracitæ ſimilitudinem teſtæ habent.Vſus eoꝝ pro pumice ad leuigãdam cutem.poti ſanguinem ſiſtunt:et illiti cum melle ulcera doloreſque mammarum ſanant Amian/

tus alumini fimilis nihil igni deperdit.Hic ueneficiis resistit omnibus:priuatim magoꝝ.Cæoden ex argumento appellant.quoniam amplexu est terrã:oculorum medicamentis utilissimus.item mammaꝝ & testiũ uitiis.melitites lapis succũ remittit dulcem:mellitumq; tusus.& cæræ mixtus eruptionibus pituitæ maculisq; corporis medetur.& fauciũ exulcerationi.Epinyctidas tollit.& uuluarũ dolores impositus uelleri.gagates lapis nomen loci & annis habet gagis lyciæ.Aiunt & i leucola expelli mari:atq; infra duodecim stadia colligi.niger est:planus:pumicosus:nõlmultũ a ligno differens leuis:fragilis:odore si terratur grauis fictilia ex eo inscripta non delentur. Cũ uritur odorẽ sulphureũ reddit.mirumq; accenditur aqua:oleo restinguitur.fugat serpentes ita recreatq; uuluæ strãgulatiões Deprehendit sonticũ morbũ & uirginitatem suffitus.item ex uino decoctus:dẽtibus medetur. Strumisq; cæræ permixtus.hoc dicuntur uti magi in ea quẽ uocant axinomantiã.id peruri negant:si euẽturũ sit:quod aliquis optet:Spongiæ lapides iueniuntur in spongiis:& sunt natiui.Quidam eos cysteolithus uocant:quoniã uesicæ medentur.Calculos rumpunt in uino poti.phrygius lapis geris nomen habet.Est autẽ gleba pumicosa.Vritur ate uino perfusus.flaturq; follibus.donec rufescat:ac rursus dulci uine restinguitur:& hoc trinis uicibus:tingendis uestibus tantum utilis:

De hæmatite & quinq; generibus eius & schisto. Cap.xx.

Chistos & hæmatites cognationem habent.Hæmatites inuenitur in metallis:Vstus minii colorẽ itaq; urit & prygius:sed nõ restinguit uino.Adulterat schisto. hematiten discernũt uænæ rubentes.& friabilis est natura.oculis cruore suffusis mire conuenit sistit profluuiũ mulieꝝ potus.Bibunt eũ & qui sanguinẽ reicerũt cũ succo punici mali.& uesicæ uitiis efficax. Bibit & in uino contra serpentiũ ictus.infirmior ad omnia eadem est quem schiston appellãt.Sed in iis cõmodior croco similis.peculiarius splendet.proficit oculoꝝ lachrymis in laste muliebri.procidentes que oculos præclare cohibet.Hæc est sententia eoꝝ qui nuperrime scripsere.Sed Sotacꝰ e uetustissimis auctoribꝰ quinq; genera hæmatitaꝝ tradit præter magneté principatũ dat ex iis æthiopico oculoꝝ medicamentis utilissimo.ex iis quæ panchresta appellant itẽ ambustis.alterũ atrodamanta dicit uocari.colore nigro pondere ac duricia insigne.& inde nomen traxisse præcipueq; in africa repertũ. Trahere autẽ in se argẽtũ æs ferrũ experimentũ eius esse in cote ex lapide basanite.Reddet enim succum sanguineũ:& esse ad iocineris uitia præcipui remedii.Tertium genus arabici facit.simili duricia uix reddentes succũ ad cotẽ aquariã aliquãdo croco similẽ:Quarti generis elatitẽ uocari quãdiu crudus sit:coctũ uero militẽ utilẽ ambustis.Ad oia utilioré rubrica.Quinti generis schistos hemorrhoidas reprimit.in totũ autẽ hæmatitas omnes tritos in oleo triũ drachmaꝝ pondere a ieiunis sumendos.ad uitia sanguinis.idem auctore schistõ alterius generis q̃ hæmatiten tradit:quem uocãt anthracitin.nasci in africa nigrũ attritũ reddere aquariis cotibus ab ea parte quæ fuerit ab radice nigrũ colorẽ ab altera parte croci.ipsum utilẽ esse oculorum medicamentis.

De quattuor generibus aetitis.& calamo:& samio.& arabo.& pumicibus. Ca.xxi.

Etites lapis etiã argumento nois magnã famã habet.Reperit in nidis aquilaꝝ.sicuti in decimo uolũine diximus.aiẽt binos inueniri:marẽ & fœminã.nec sine iis patere quas diximus aqlas.& ideo binos tm̃.genera eoꝝ quattuor.in africa nascẽtẽ pusillũ & mollẽ intra se ac uelut in aluo habentẽ argillã suaue:cãdidã.ipsũ friabilẽ quẽ fœminei iexus putãt.Marem autẽ q̃ in arabia nascitur durũ gallæ similẽ.aut subrutilũ in aluo habentẽ durũ lapidẽ. tertiis in cypro inuenitur:colore illis in africa nascentibus similis amplior tamen atq; dilatatus.Cæteris enim globosa facies habet in aluo harenã iucundã & lapilos ipse tam mollis ut etiã digitis fricetur.quarti generis Thaphiusius appellatur:nascens iuxta leucadem in thaphiusa quĩ locus est dextra nauigãtibus ex ac ad leucadẽ.inuenitur in fluminibus candidus & rotundus.huic ẽ in aluo lapis qui uocat callimus. nec quicq̃ tenerius.aetitæ omnes grauidis adalligati mulieribus uel quadrupedibus in pelliculis sacrificati uteri aialiũ continent partus non nisi pturiẽtibus.c.remouendũ.alioquin uuluæ excidiũ fit Sed nisi pturientibus auferãtur.oio nõ patiũt.Est & lapis samius in eade insula ubi terram laudauimus.poliendo auro utilis.Vtilis & in medicina oculoꝝ ulceribus cũ lacte quo supradictũ est modo cõtra ueteres lachrymationes prodest & contra uitia stomachi potus Vertigines sedat mentesq; commotas restituit.Quidam & morbis comitialibus utiliter dari putant & ad urinæ difficultates acopis ẽt miscetur.probatur grauitate & candore.Vuluas & partus contineri adalligato eo tradunt.arabus lapis ebori similis dentifriciis aceomodatur arematus.priuatim hemorrhoidas sanat cũ lanugine linteorũ linteolis insuper impositis.Non prætermitenda.est & pumicũ natura.siquidem ita appellantur quedam lapides erosi amne.In ædificiis musea uocant dependẽtia ad imaginẽ specus arte reddẽdã sed & ii pumices qui sunt in usu corpoꝝ leuigãdoꝝ fœminis iam quid.ẽ& uiris atq; ut ait Catullus lilaudatissimi sũt in melo scylo & æoliis insulis probatio in cãdore & in minio põdere:& ut q̃ maxie spõgiosi aridiq; sint ac teri faciles nec harẽosi infricãdo uis eoꝝ i medicia extẽuare siccare i ustrina

Septi. eius pa. cætera saxa ero sa annis

ter ſiccantur:ita ut torreantur carbone puro:ac totiens uino reſtinguantur.albo. lauantur deinde ut mia:& ſiccati conduntur q̄ minimū uiiginoſo loco.Vſus farinæ eius oculoꝝ maxime medicamentis.ulcera purgant eoꝝ leuiter:explentq; cicatrices.& emandant.Quidā tertia uſtione refrigeratos potiuſquā reſtinctos terere malunt ex uino.Addduntur etiā ad malagmata capitū uerendorumque ulceribus.utiliſſima fiunt ex iis dentifricia.Theophraſtus autē auctor eſt potores in certa mine bibē di præſumere farinam eius:ſed niſi uniuerſo potu impleantur periclitari.Tantāq; refrigerādi naturā eſſe ut muſta feruere deſinant pumice addito.

De lapidibus mortarioꝝ medicinaliū.& mollibus lapidibus:& ſpeculari lapide & ſilicibus.& phengite:& cotibus:& reliquis ad ſtructurā lapidibus igni & tempeſtatibus reſiſtentibus. Cap.xxii.

Victoribus curæ fuere lapides mortarioꝝ quoq; nec medicinaliū tantū aut ad pigmenta pertinentium.Etheſiumq; lapidem i iis prætulere cæteris:mox & thebaicū. qué pyrrhopoecilon appellauimus.Aliqui pſaroniū uocāt.Tertiū ex calaxio chryſiten.medici autem & baſaniten.hic enim lapis nihil ex ſeſe remittit.li autem lapides qui ſuccū reddunt oculoꝝ medicamentis utiles exiſtimantur.ideoq; æthipici maxime ad ea probātur.tænariū uero lapidem & pœnicū & hæmatiten iis medicamentis prodeſſe tradunt:quæ croco componantur.Ex alio tænario qui niger eſt:& ex pario lapide non æque medicis utilem.potiorem ex lapide alabaſtrite ægyptio:uel ex ophite albo:eſt enim hoc genus ophitis.ex quo uaſa & etiam cados faciunt.in ſyphno lapis eſt qui cauatur tornaturq; in uaſa coquendis cibis utilia:uel ad eſculentoꝝ uſus uſus.Quod in comensi italiæ lapide accidere ſcimus:ſed in ſphno ſingulare q̄ excalfactus oleo nigreſcit: dureſcitq; natura molliſſimus tanta qualitatū differentia e.nā mollicie & tranſalpis præcipua ſunt exempla.in belgica prouincia candidū lapidē ferra qua lignū:faciliuſq; etiam ſecant ad tegulaꝝ & imbricū uicé.uel ſilibeat ad quæ uocant pauonacea tegendi genera:&igne quidē durati iidē ſectiles ſunt.Specularis uero quoniā & hic lapis nomen optinet.facilliore multo natura finditur in qualibet tenues cruſtas.hiſpania hūc oli citeriot tantū dabat nec tota:ſed intra cētū milia paſſuū circa ſegobricā urbē.iam & cypros & cappadocia & Sicilia:& nuper inuentū africa.poſtferendos omnes tamen hiſpaniæ:& cappadociæ molliſſimis molliſſis & ampliſſimæ magnitudinis.ſed obſcuris.Sunt & bonōiēſi italiæ parte breues maculoſi complexu filicis alligari.quoꝝ tamen appareat natura ſimilis eis qui inhiſpania puteis effodiuntur profunda altitudine.necnon & ſaxo incluſus ſub terra inuenitur:extrahiturq;:aut excidit.Sed maiori parte foſſili natura abſolutus ſegmenti mō nunquam adhuc quinq; pedū longitudie amplior.Humore hunc terræ quidam autumant quadam animam cryſtalli modo glaciari:Et in lapidē cō creſcere manifeſto apparet.q̄ cū feræ decidere in puteos tales & medullæ ex oſſibus eaꝝ i eadem lapidis natura poſt unam hymē figurantur.inuenitur & niger aliquando.Sed cādido natura mira cū ſit mollicia nota perpetiendi ſolis rigoriſq; nec feneſcit ſi modo iniuria abſit:cū hoc etiam i cemētis multoꝝ generū accidat.inuenire & aliū uſum in ramentis quoq; circum maximū ludis circenſib⁹ ſternendi:ut ſit in commendatione candor.nerone principe in cappadocia repertus eſt lapis duritia marmoris candidus atq; tranſlucens:etiam qua.parte fuluæ inciderant uenæ.ex argumento phengites appellatus.hoc conſtruxerat ædem fortunæ.quam ſeiani appellatione dicebat a Seruio rege ſacratā aurea domo cōplexus.Quare etiā foribus apertis interdiu claritas ibi diurna erat haud alio q̄ ſpecularū mō.tanquā incluſa luce.nō tráſmiſſa.in arabia quoq; eſſe lapidē uitri modo tranſlucidū. quo utuntur pro ſpecularibus.iuba auctor eſt:nunc ad operarios lapides tranſiſſe conueniat. primū q̄ cotes ferro acuendo.multa eaꝝ genea cretieæ diu maximā laudā habere. Secundā lacōicæ ex taygeto monte.utraq; oleo indigētes.inter aquarias naxiæ laus maxima fuit mos armeniace.de quib⁹ diximus.ex oleo & aqua ciliciæ pollēt.ex aqua arſinoeticæ.repertæ ſunt in italia aqua trahētes acié acerrimo effecto.necnon & tranſalpes.quas paſcernices uocant.Quarta rō eſt ſaliua hoīs proficiētiū quæ in tonſtrinaꝝ officinis inutilis eſt.fragili mollicia flaminitāæ ex hiſpania citeriore in eo genere ꝓcipuæ.Reliqua multitudo lapidū in tōtū ædificiis inutilis eſt morofitate. quædam tamen loca morē illum habent.ſicut carthago in africa exercetur halitu maris.fricatur uēto:& uerberat hymbri ſed cura tuentur picādo parietes.quoniam & tectoria ca lx roditur.ſciteq; dictū eſt.ad tecta eos pice ad uinū calce uti.quoniā ſic muſta condiunt. Alia mollicia cirea romā fidēnati & albano.in liguria quoq; umbriā & uenetia albus lapis dentata ſerra ſecatur.hi tractabiles in opere laborem quoq; to erant ſub tecto dūtaxat.aſpergine & gelu pruiniſq; rūpunt in teſtas.nec cōtra humares . aurā maris robuſti:tyburtini ad reliqua fortes.uapore diſſiliūt.Nigri filices optimi qbuſdā i locis & rubētes nō nuſquā uero & albi:ſicut in tarquinienſi anitianis lapidicis circa lacū nolſinienſem & in ſtatonenſi ſunt.quibus ne ignis quidem uocet iidem & monumenta ſculpti contra uetuſtatē quoq; incorrupti permanāt exq; iis forme fiunt in quibus æra funduntur.ē & uiridis lapis uehemēter igni reſiſtēs

ꝑpinquãs in india nascẽs:& in appellenes littoribus:ũtus a cẽtro cui stella lucet fulgoræ lunæ plenæ: Quidã causa nominis reddunt ꝙ astris opposita fulgorem rapiat.ac regerat. Optima in carminia gi gni nullãq; minus obnoxiam uitio.Ceraunią enim uocari quæ sit deterior:pessimã lucernarũ lumini similem. Celebrant & astroiten:miraſq; laudes eius in magicis Zoroastrem ceciniſſe.Quidam dili gentius de ea ꝑdunt.Astrobolon Sudines dicit oculis piſciũ similem esse:& radiare cãdido ut solẽ. Est inter candidas & quæ ceraunia uocatur:fulgorem syderũ rapiens.Ipsa crystallina splẽdoris cærũ lei in carmanta nascens.Albam esse zenothemis fatetur:sed habere intus stellam cõcursantẽ.Fieri & habetes ceraunias:quas nitro & aceto ꝑ aliquot dies maceratas cõcipere stellam eam:quæ post totidem mẽses relanguescat.Sotacus & alia duo genera fecit ceraunię:nigras:rubenteſq;.Ac similes eas esse securibus.Per illas quæ nigræ sunt & rotundæ urbes expugnari & classes.easq; betulos uocari. Quæ uero longe sũt cerauneas.Faciunt & aliam raram admodũ:& parthoꝝ magis quæsitã: quoniã non aliubi inueniatur:q̃ in loco fulmine icto.proximũ cerauniæ nomẽ apud eos habet:quæ appellatur iris.Effoditur in quadã insula rubri maris:quæ distat a berónice urbe.lx.milia passuũ: cætera sui parte crystallus.Itaq; quidã radicem crystalli esse dixerunt.Vocatur ex argumento iris. Nã sub tecto pcussa sole:species & colores arquus cælestis in ꝓximos parietes eiaculatur:subinde mutans magna que uarietate ammirationẽ sui augens.Sexangulã esse ut crystallũ constat.Sed esse aliquas scabris lateribus & angulis inequalibus dicũt.In sole aperto proiectas:radios in se recãdentes discutere:Aliąs uero ante se proiecto nitore:adiacẽtia illustrare.Colores uero nõ nisi ex opaco redunt:nec ut ipsæ habeant:sed ut repercussu parietem illidant:optimaq; quæ maximos arquus facit:simillimoſq; cælestibus.est & alia iris ceræ similis:& prædura.Quã Horus cremată tusamq; ad ichneumonum morsus remedio esse.Nasci autem in pside tradit.Similis est aspectu:sed nõ eiusdem effectus quæ uocatur zeros alba nigraq; macula intransuersum distinguente crystallũ.expositis per genera colorum principalium gemmis:reliquas litterarum ordinem explicabimus. Cæeta

Dẽ quibusdam gemmis per alphabeti ordinem. Cap.x.

Chates in magna fuit auctoritate:nũc in nulla.Reperta primũ in sicilia iuxta flumen eiusdem nominis:postea plurimis locis:excedẽs amplitudine numerosa:uarietatibus diuersis muntãtibus cognomina eius.Vocatur enim phaspachates.cerachates:sardachates:hæmachates:leucachates:dendrachates:uelut arbuscula insignis.Antachates cũ uritur myrrhã redolens.coraloachates gutttis aureis sapphiri modo distincta:qualis copiosissima in creta sacra appellata. putãt eam cõtra araneoꝝ & scorpionum ictus ꝓdesse.Quod in siculis utiq; crediderim:quoniã primũ eius ꝓuinciæ afflatu scorpionũ pestis extinguitur.Et in india inuentæ contra eadem pollent: & aliis magnis miralis réddunt enim species fluminũ nemoꝝ & iumẽtoꝝ:etiã ederæ & staticula:& equoꝝ ornamenta.Medici coticulas inde faciunt.Spectasse etiam ꝓdest oculis.Sitimq; sedant in os additæ phrigiæ uiridia nõ habent.Thebis ægyptiis repertæ carent rubentibus uenis:& albis.et hæ quoq; cõtra serpentes ualidæ:eademq; auctoritas & cypriis est.Sũt etiã qui maxime ꝓbent uitream ꝓspicuitatem in his.Reperiuntur & in thracia circa oetham.et in parnaso:& lesbo:ac messenæ: similes limitũ floribus & rhodo.Aliæ apud magos differentiæ.Leoninæ pelli similes potentiã habere contra scorpiones dicuntur.In pside uero suffitu earũ tempestates auerti:& præterea flumina sisti.Argumentũ eẽ si inferuentes cortinas additæ refrigerent.Sed ut ꝓsint leoninis iubis alligandás. Nã hiænæ pelli similem abhominantur:discordialẽ domibus eam uero quæ unius coloris sit inuictã athletis esse. Argumentũ eius ꝙ in olla plena olei cocta cũ pigmentis:& intra duas horas subseruefacta:unũ colorẽ ex omnibus faciat minii.Acopis nitro similis est:pumicosa aureis guttis stellata.cum hac oleum subseruefactũ perunctis lassitudinem(si credimus)soluit Alabastrites nascitur in alabastro ægypti: & in syriæ damasco cádore itercincto uariis coloribus.Quæ cremata cũ fossili sale:ac trita grauitates oris et dentiũ extẽuare dr.Alectorias uocãt in uẽtriculis gallinaceoꝝ inuẽtas cristallina specie: magnitudine fabæ.Quibus Miloné trotoniensem usum in certaminibus iuictũ fuisse:uideri uolunt. Androdamas argenti nitorẽ habet ut adamas:quadratas:et semp tessellis similis magnis:putantq; nomẽ impositũ ab eo:ꝙ imdetus hominũ:et iracundias domet.eadẽ sit an alia argyrodamas:auctores non explicant.antipathes nigra nõ trãslucet.experimentũ eius si coquat in lacte facit eni hoc myrrhæ simile ímissa.eamq; cõtra effascinatiões auxiliari magi uolũt.arabica ebori simillima ẽ et hoc uideretani si abnueret duricia.Quãq; putãt cõtra dolores neruoꝝ ꝓdesse habẽtibus. Armatici et ipsa in arabia tradit gigni.Sed et in ægypto circa pisas ubiq; lapidosa et myrrhæ coloris et odoris ob hoc reginis frequẽtata.asbestos in arcadiæ mõtibus nascitur coloris ferrei aspilatẽ Democritus in arabia gigni tradit ignei coloris.eã oportet cameli fimo pléicis aligari.iuẽtiq; i nido arabicaꝝ alitũ.et aliã eodẽ etiã eẽ da scisq; ticula

nomine ibi in leucopetra nasci argentei coloris contra lymphatũ habendã. Atizoẽ in india & psidis acidiæ monte nasci tradit argenteo nitore fulgentẽ: magnitudine triũ digitorũ ad lenticulæ figurã odoris iucũdi: necessariã magis regẽ constituentibus. Augites multis nõ alia uidẽ esse q̃ quæ calais. Amphitane alio nie appellat chrysocolla in indiæ parte: ubi formicæ eruut auro: in q̃ inuenitur auro similis: q̃drata figura: affirmaturq; natura eius quæ magnetis: nisi q; augere quoq; auro tradit. Aphrodisiace ex candida rufa est. Apistos septenis diebus calorẽ tenet excalfacta igni nigra ac põderosa distiguẽtibus eã uenis rubentibus. Putãt ꝓdesse contra frigora. Agyptillá lacchus intelligit p albũ sardam: graq; uena trãseũte. Vulgus ãt in nigra radice cæruleã facit. Balanitæ genera duo hẽnt sub uiridis: & corinthii æris similitudine. Illa a copto. Hæc ex troglodytica regione ueniũt medias secãte flã mea uena. Batrachitas mittit & coptos. Vnã ranæ similẽ colore. Alterã ebori. Tertiã rubẽtis e nigro. Baptes mollis: alioqn odore excellit. Beli oculus albicans puptillá pingit nigrá e medio aureo fulgore lucentẽ Hæc pp suã speciem: sacratissimo assyrioꝝ deo dicatur. Aliam autẽ quã belũ uocant in arbelis nasci Democritus traditur nucis iuglãdis magnitudine uitrea specie. Baroptenus: sine botrypes nigra: sanguineis & albis nodis alligata dicitur: ueluti portẽtosa. Botrytes alia nigra ẽ: alia pãpinea incipienti uuæ similis Bostrychitẽ Zoroastres uocat crinibus mulierũ similioré. Bucardia bubulo cordi similis: babylone tãtũ nascitur. Brontia capitibus testudinũ similis: & cũ tonitruis cadit (ut putãt) & fulmine tacta restinguit: si credimus. Bolæ nimbo inueniũtur glebæ similitudine. Cheramydes eadẽ esset quã ostracitẽ uocãt: nisi q; hanc cæruleæ interdũ bullæ cingunt. Calais saphiri imitatrix: candidior & littoroso mari similis. Capnites quibusdã uidetur suũ genus habere plurimis spiris fumida ut suo loco dixius. Cappadocia & in phrygia nascitur ebori similis. Calamites a calamo: feruntq; plures simul cõiunctos inueniri. Catochites corticæ lapis est cæteris maior mirabilis. si uera tradũtur: imposità manũ ueluti gũmi retinẽs. Catopyrites e cappadocia ꝓuenit. Cepites: siue cepocapites cãdida ẽ uenarũ nodis coeũtibus cãdore imaginẽ regerens. Ceramites testæ coloré hẽt. Cynedianæ inueniũtur i cerebro piscis eiusdẽ nois candidæ & oblongæ euentuq; mirandæ si modo est fides: ꝓfagare eas habitũ maris nubilo colore aut trãquillitate. Cærites cæræ similis ẽ. Circos piris. Corsoides caniciei hominis. Coralloachates corallo aureis guttis distinctæ. Corallis minio gignituriq; in idia & syene. Craterites inter chrysolitũ & electrũ colorem habet preduræ naturæ. Crocallis ceras repræsentat. Cissites circa copton nascitur cãdida: & uidetur intus hẽre partũ: q̃ sentiatur ẽt strepitu. Chalcophonos nigra est: sed illisa æris tinnitũ reddit tragœdis ut suadent gestãda. Chelidoniæ duorũ sũt generũ: hirundinũ colore: & alia parte purpureæ nigris interpellantibus maculis. Chelonia oculus est indicæ testudinis: uel portentosissima magorũ mendacis: melle enim colluto ore ipositã linguæ futurorũ diuinationẽ præstare ꝓmittunt quintadecima luna & silente tota die: decrescente uero ante solis ortũ. Cæteris diebus a prima in sextã horam. Sunt & chelonitides testudinũ similes: ex quibus ad tẽpestates sedandas multa uaticinãtur. Eam uero quæ sit aureis guttis cũ scarabeo diectã in aquã ferueniẽ tempestates tueri. Chlorites hærbacei coloris est: quã dicunt magi eã inueniri in scyllæ auis uẽtre cõgenitã ei: ferroq; includi iubent ad quædã ꝓdigiosa moris sui. Coaspites a flumine dicta ẽ uiridis fulgoris aurei. Chrysolampis i æthiopia nascitur pallidi coloris die: & noctu ignei. Chrysophis auro uidetur esse Copionides æolide nunc ad ameũ pagũ quondã oppidũ nascũtur multis coloribus translucẽtes: alias uitreæ: alias crystallinæ: alias iaspideæ. Sed & fordidis tãtus ẽ nitor: ut imagines reddãt cen speeula. Daphniã Zoroastres & orchastres morbis comitialibus demõstrãt. Diadochos beryllo similis est. Diphris duplex cãdida ac nigra: mas ac fœmina: gentile utriusq; sexus distinguente linea: Dionysias nigra ac dura mixtis rubentibus maculis. Quæ ex aq̃ trita saporẽ uini facit: & ebrietati resistere putat. Draconites siue dracontias e cerebro fit draconũ: sed nisi uiuẽtibus abscisso: nunq̃ gẽma scit: inuidia aialis mori se sentientis. Igitur mos est: ut dormientibus aialibus caput amputent. Sotacus qui uisã eam gẽmam sibi apud regẽ scripsit: bigis uehi q̃rentes tradit: & uiso dracone spargere sõnifica medicamẽta atq; ita precidere. Esse aũt candore transluciclo nec postea politi: aut artẽ admittere. Encardia cognominatur & Cardisce. Vna in qua nigra effigies cordis eminet. Altera eodẽ noie uiridi colore cordis speciem repræsentat: Tertia nigrũ cor ostẽdit reliqua sui parte cãdida. Enorchis candida ẽ: diuisaq; fragmentis testiũ effigiem repræsentat. Exhebenũ Zoroastres speciosam & cãdidã tradit qua aurifices auro poliũt. Eristalis cũ sit cãdida: ad iclinatiões rubescer uidet. Erotylos eadẽ quæ mepicoros & hieronnemon a Democrito laudatur in argumẽtis diuinationũ. Eumetris in batris nascitur filici similis & capiti suppolita uisa nocturna oraculi modo reddit. Eumetren Beli gẽmã sanctissimi deorũ sibi assyrii appellãt porracei coloris superstitiõibus gratã. Eupetalos quattuor colores habẽt cæruleũ igneũ minii mali. Eureos nucleo oliuæ similis ẽ strictæ conchæ mõ nõ adeo cãdida. Eurotias situ uidetur operire nigritiã. Eusebes ex eo lapide ẽ ex quo traditur Tyri i Herculis

Agere Calamites uel lec Calaites in tuibi calaino feruntq; plures cas. s, Cerasum uel. cod. Cyssopetra uel crysopetra

Ad darda num nũc pagum.

Striata.

tẽplo facta sedes. ex qua dii facile surgebant. Epimelas fit cũ in candida gemma superne nigricat co

los. Galaxiam aliqui galactiten uocãt: similẽ ꝓxime dictis sed intercurrentibus sanguineis aut candi
dis uenis. Galactites ex uno colore lactis est. Eandẽ dicunt leucogageam & lencographiã appellãt:
& synephiten lactis succo ac sapore notabilẽ. In educatione nutricibus lactis fœcunditatem infantiũ
quoꝙ alligata collo saliuam facere dicitur. In ore aũt liquescere. Eandẽ memoriã adimere dicũt. Mit
tit eam & achelous amnis. Sunt q̃ smaragdum albis uenis circumligatũ galactiten uocent. Galaicos
argyrodamnati similis est: paulo sordidior. Inueniuntur aũt binæ uel ternæ. Gasidanem medi mittũt
coloris olorini ueluti floribus sparsam. Nascitur & in arbellis Hæc quoꝙ gemma concipere dicitur:
& intra se partũ fateri concussa. Cõcipere aũt trimestri spatio. Glosso petra linguæ similis humanæ i
terra nõ nascitur: sed deficiente luna cælo decidere: & lenocinãti necessaria creditur. Quod ne creda-
mus ꝓmissi quoꝙ uanitas facit. Ventos enim cõprimi narrãt. Corgonia nihil aliud est q̃ corallium:
nominis causa: ꝙ induritiam lapidis mutat: emollit marina fulminibus: & typhoni resistere affirmãt.
Genianen eadem uanitate inimicoꝝ pœnas efficere ꝓmittunt. Heliotropiũ nascit in æthiopia: afri-
ca cypro porracei coloris: sanguineis uenis distincta. Causa nominis: quoniã deiecta in uas aquæ ful
gorem solis accedentẽ percussu sanguineo mutat: maxime æthiopica: eadẽ extra aquã speculi modo
solem accipit: deprehẽditq̃ defectus sabeuntem lunã ostendẽs. Magorum impudẽtiæ ne manifestis-
simum hoc quoꝙ exemplum est: quoniã ammixta hærba heliotropio: quibusdam quoꝙ additis pre
cationibus gerentem conspici negent. Hephestites quoꝙ speculi naturã habet in reddẽdis imagini-
bus: quãquã rutila. expetimentũ est si ferventẽ aquã addita statim refrigeret: aut si in solẽ addita ari-
dam materiam accedẽt. Nascitur in coryco. Horminodes ex argumento uiriditatis in candida gem-
ma uel nigra: & aliquando palida: ambiente circulo aurei coloris appellat. Hexeconthalithos in par
ua magnitudine multicolor: hoc sibi nomẽ adoptauit. Reperitur in troglodytica regione. Hieracites
alternat tota miluinis nigricans ueluti plumis. Hammitis ouis piscĩ similis est: & alia uelut nitro cõ
posita prædura alioquĩ. Hammonis cornu inter sacratissimas æthiopiæ gẽmas aureo colore arietini
cornus effigiem: reddens ꝓmittitur prædiuina somnia repræsentare. Hormesion inter gratissimas as
picitur ex igneo colore radians auro portante secũ in extremitatibus candidã lucem. Hyeniæ ex ocu
lis hyenæ & ob id in uase inueniri dicuntur: & si credimus: linguæ hominis subditæ futura ꝑdicere.
Hæmatites in æthiopia quidẽ principalis: sed & in arabia & africa inuenit sanguineo colore: nõ omit
tenda ꝓmissis ad coarguendas barbaroꝝ insidias. Zachalias babylonius in his libri quos scripsit ad
regẽ. Mitridatem humana gemmis attribuit fata: has nõ contentus oculoꝝ & iocineꝝ medicina de
corasse. A rege etiam aliquid petituris dedit: & litibus iudicijsq̃ interposuit in prœliis etiã eas saluta
res ꝓnuntiauit. Est & alia eiusdẽ generis: quæ uocatur henui ab indis: xanthos appellata græcis e ful
uo cãdicã. Idæi dactyli in creta ferreo collore pollicẽ humanũ exprimũt. Iõerias mali cute luridо si
milis: ideo existimatur salubris cõtra regios morbos. Est & alia eodẽ nomine liꝙdior. Tertia folio ui
ridi similis latior priorib⁹: pene sine põdere: uenis luridis. Quartũ genus in eodẽ colore nigris uenis
descendẽtibus. Iouis gẽma candida est: nõ põderosa: tenera. Indica gentiũ suaꝝ habet nomẽ: sub ru-
fo colore: in attritu sudorẽ purpureũ emanat. Alia eodẽ nomine candida: puluereo aspectu. Ion apud
indos uiolacea est: sed raro saturo colore lucet. Lepidotes squãmas piscĩ uariis coloribus imitatur.
Lesbias lesbi patriæ nomen habẽs inuenitur & in india. Leucophthalmos rutila alias oculi speciem
cãdidã nigramq̃ cõtinet. Leucopetalos candorẽ niuis ex auro distinguit. Libanochros thuris simili
tudinẽ ostendit: sed ad succũ mellis. Limoniates eadẽ uidetur quæ smaragdus. De lipare hoc tantũ
traditur: suffita ea oẽs bestias cuocari. Lysimachus rhodio marmori similis ẽ aureis uenis: politur ex
marmore: amplitudine in augustias coeunte: ut inutilia exterantur. Leucochrysos fit chrysolito ĩter
albicante. Memnonia q̃lis sit nõ traditur. Media nigra est a Medea illa fabulosa iuenta: habet uenas
aurei coloris: sudorẽ reddi croei saporẽ aũt uini. Meconites papauera exprimit. Mitrax a pisis accepta Morocthos
est & rubri maris mõtibus: multicolor: cõtra solem uariæ refulgens. Meroctes porracea lacte sudat.
Norion indica quæ nigerrimo colore trãslucet uocatur pramnion: in qua miscetur & carbunculi co
los Alexãdrinũ: ubi sardæ cyprium. Nascitur & in tyro & in galatia. Xenocrates & sub alpibus nasci-
tradit: Hæ sũt gẽmæ quæ ad æctypas scalpturas aptãtur Myrites myrrhæ colorem habet: facimq̃ mi
nimæ gemmæ: unguenti odorẽ attrita etiã nardi. Myrmetias nigra habet eminentias similes uerru-
cis. Myrsinites melleũ colorem habet: myrrhæ odorẽ. Mesoleucos est mediã gemmã candida distin
guente linea. Mesomelas nigra uena quemlibet colorem secante p mediũ. Nasomonites est sangui
nea nigris uenis. Nebrides Libero patri sacra nomen traxit a nebridũ eius similitudine. Sunt & aliæ
nigræ generis eiusdẽ. Nymphaena urbis & gentis pisicæ nomen habet: similis hippopotami denti- Similis
bus. Orca barbari nominis ẽ nigro fuluoq̃ ac uiridi & candido placet. Ombria quã aliqui notiã uo- hephe-
cant sicut cærauina & Brontia cadere cũ hymbribus & fulminibus dicitur: eandẽq̃ effectũ hẽre quẽ stitæ.
Bronti narratur. Præterea ĩ aras addita ea traditur libamẽta nõ amburi. Orites globosa specie aqui-

buſdã & ſyderites nocatur ignem nõ ſentiẽs. Oſtracias ſiue oſtracites eſt teſtacea durior altera achatæ ſimilis: niſi q achates politura pingueſcit durior: tãta ineſt uis: ut aliæ gẽmæ ſcalpãtur fragmẽtis eius. Oſtracidi oſtrea nomẽ & ſimilitudinẽ debere. Ophicardelon barbari uocant nigrũ coloré biniſ lineis albis includentibus. De obſidiano lapide diximus ſuperiore libro. Inueniuntur & gẽmæ eodẽ nomine ac colore nõ ſolũ in æthiopia indiaq; ſed etiã in ſamo ut aliq putãt. & in littorib⁹ hiſpanienſis oceani. Panchros fere ex oĩbus coloribus conſtat. Pangonis nõ lõgior digito: ne cryſtallus uidetur: numero plurũ angulo; caueẽ. Paneros qualis ſit a Mettodoro nõ dicit: ſed carmẽ Timarĩdis reginæ in eadẽ dicatũ. Veneri nõ inelegans ponit: ex quo intelligitur additã ei fœcũditatẽ. Quidã hãc panſebaſton uocãt. ponticaq; plura ſũt genera. Eſt ſtellata nũc ſanguineis nunc atris guttis quæ iter ſacras habetur. Alia ,p ſtellis eiuſdẽ coloris lineas hẽt. Alia montiũ conualliũq; effigies. philoginos quem & chryſiten uocant oſtreæ atticæ aſſimilata: inuẽitur in ægypto. phoenicites ex balani ſimilitudine appellatur. phycites algæ. perileucos filo ab ore gẽmæ ad radicẽ uſq; candido deſcendẽte. pæantides quas quidã gemonidas uocant pregnãtes fieri: & parere dicuntur: mederiq; parturientibus. Nãtales in macedonia iuxta monumentũ Tireſiæ inueniũtur: ſpecieſq; eſt eis aquæ glaciatæ. Solis gẽma candida eſt: & ad ſpeciẽ ſyderis in orbem fulgentes ſpargit radios. Sadã chaldei adhereſcentẽ nauibus habẽt: inuenitur praſini coloris. Samothracia inſula eiuſdẽ nominis gemmã dat nigrã: ac ſine põdere ligno ſimilẽ: Sauriten in uentre uiridis lacerti harundine deſecti tradũt inueniri. Sarcites bubulas carnes præſentat: Selenites ex candido tranſluect melleo fulgore: imaginẽ lunæ cõtinens: reddit-q; eã in dies ſingulos creſcentis minuẽtiſq; numero: naſciq; putatur in arabia. Syderites ferro ſimilis & litigio illata diſcordias facit: quæq; naſcitur in æthiopia. Syderopœcilos ex ea fit uariantibus guttis. Spongites ſpongiæ nomẽ repræſentat. Synodõtites e cerebro piſcium eſt: q ſynodõtes uocãtur. Syrtitæ in littore ſyrtium iamquidẽ lucania inueniũtur melleo colore eroco refulgẽtes. Intus ãt ſtellas continet languidas. Syringites ſtipulæ internodio ſimilis: ꝑpetua fiſtula cauatur. Trichrus ex africa niger eſt: ſed tres ſuccos reddit: a radice nigrũ: medio ſanguineũ: ſũmo candidũ. Telirrhizos cinerei coloris aut ruffi cãdidis radicibus ſpectatur. Telicardios colore cordis pſas apd quoſ gignitur magnope delectat. Maculãq; appellãt Thracia triũ generũ ẽ: uiridis: aut pallidior tertia ſãguineis guttis. Tephritis nouæ: lunæ ſpeciẽ habet curuatæ in cornua quanuis cinerei coloris Thecolithos oleæ nucleo ſimilis uidetur: neq; eſt gẽmæ honos: ſed lingentiũ calculos frangit: pellitq;. Veneris crines nigerrimi nitoris continent in ſe ſpeciẽm rufi crinis. Veientana italica gẽma eſt: uciis repta nigrã materiam diſtinguente limito albo. Zathenen in media naſci democritus tradit electri coloř: & ſi qs terat in uino palmeo & croco cæræ modo lenteſcere: odore magnæ ſuauitatis. Zmilaces in euphrate naſcitur ,pconneſo marmori ſimilis: medio colore glauco: zoronyſios in indo flomine naſcit: magoq; gemma eſſe narratur: neq; aliud amplius de ea.

oſtraci æ.

De gemmis quæ a membris hominum cognominantur: & quæ ab animalibus: & de iis qnæ a cæteris rebus. Cap. xi.

St etiamnũ alia diſtinctio: quã equidẽ fecerim ſubinde uariata expoſitione. Si qdem a mẽbris corpoq; hẽnt nomina. Hepatites a iocinere. Steatites ſinguloq; aialiũ adipe. numeroſa. Adu nephros eiuſdẽ Teudactylus hic & aſyris colitur: Triophthalmos ionice naſcit tres hois ſimul oculos exprimẽs: Ab aialib⁹ cognomiatur. Carcinias marini cãcri colore. Echites uiperæ. Scorpites ſcorpiõis aut colore aut effigie. Scarites ſcari piſcis. Triglites nuli. Aegophthalmos capꝛo oculo. Itẽ alia ſuillo. Et a gruis collo geraites. Hiracites accipitris: Aetites a colore aqlæ cãd. cãte cauda Myrmecites innatã repẽtis formicæ effigiẽ hẽt. Scarabeoq; cantharias. Lycophthalmos q̃ttor eſt coloq; ex rutiló & ſãguineo in medio nigrũ cãdido cingitur: ut lupoq; oculi: illis p oĩa ſimilis thaos pauoni eſt ſimilis: itẽ aſpidi: quã uocari Timoloniã iuenio. Arenaq; ſimilitudo ẽ in hãmochryſo uelut auro harẽis mixto. Cẽchrites milii granis uelut ſparſis. Dryites e trunicis arboq;: hæc & ligni mõ ardet. Ciſſites i cãdido collucet ederæ foliis q̃ totã tenent. Narciſſites uenis ẽt edere diſtiguitur. Cyamea nigri ẽ: ſed fracta ex ſe fabæ ſimilitudinẽ parit. pyrenæ ab oliuæ nucle dicta ẽ: huic aliquãdo ieſſe piſciũ ſpinæ uidẽtur. Chalazias grandinũ & coloré & figurã hẽt adamãtinæ duritiæ. Narrãt ẽt in ignẽ additæ manere ſuũ frigus. pyrites nigra qdẽ: ſed attritu digitos adurit. polyzonos nigra multiſ zonis cãdicat. Aſtrapiæ i cãdido aut cyaneo diſcurrũt e medio fulmis radii. In phlegontide itus arde re quædã uidetur flãma: q̃ nõ exeat. In ãthracitide ſcitillæ diſcurrere aliquãdo uidẽtur. Enhydros ſẽper rotũditatis abſolutæ in cãdore eſt leuis: ſed ad motũ fluctuat intus in ea ueluti ĩ iouis liquor. po

Chelidoniam.

lytryx ĩ uiridi capillatur. ſed defluuia comaq; facere dicitur. Sũt & a leonis pelle & pãtheræ nomina

Indicat. Spartopolios pollux.

tæ leõtios pardalios. Colos appellauit chryſolitũ aureus. Chryſopraſũ hærbaceus. Melleus melicrota: quãuis plura eius genera ſint. Melychlorõ eſt geminis pte flauus: pte melleus. Crociã croci. polia cãitiẽ q̃dã ſparti inducit: eãdẽ durioré. Nigra ſpartopolia. Rhodites a roſa eſt Melites mali coloris.

trigesimusseptimus

Chalcites æris ei. Sicites fici. Ratio nominū non est in borsycite in nigro: tamosa cādidis aut sanguine frondibus. Nec gemite uelut in petra candidis manibus inter se cōplexis. Ananchitide in necromātia dicūt euocari imagines deorū. Synochitide umbras iferorū euocatas teneri. Dendritide alba desossa sub arbore quæ cædatur securis aciem non ebetari. Et sunt multo plures: magisq; mōstrificæ: quib⁹ barbari dedere nomine confessi lapides esse. Nobis satis erit in his coarguisse dira mendacia.

De gemmis nascentibus & factitiis: & figuris gemmarum. Cap. xii.

Emmæ nascuntur repente nouæ ac sine nominibus: ut lampasci in metallis aurariis una inuenta quæ pp pulchritudinē Alexandro regi missa fuit: ut auctor est Theophrastus Coclides quoq; nunc uulgatissimæ famæ fiunt uerius q̄ nascunt: in arabia reptis ingentibus glebis Melle excoq; tradūt septenis diebus noctibusq; sine intermissione. Ita omni terreno uitiosoq; puluere decusso purgatā glebā artificū ingenio uanæ distribui in uenas: ductusq; maculasq; maxīe uendibili ratione sectantiū. Quōdamq; tantæ magnitudinis fecere: ut equis regū in oriente frōtalia atq; pphaleris pēsilia facerent. Et alias oēs gēmæ mellis decoctu nitescūt: præcipue corfici. In omni alio usu acrimonia abhortentis. Quæ uanæ sunt: & ad nouitatē accedere caliditate ingeniorū cōtingit ut nomē usitatū non habeāt. Physes appellant uellut ipsius naturæ admirationē in iis uendicātes cū finis nominū nō sit: quæ psequi nō eqdē cogito: innumera ex græca uanitate cōficta. Indicatis nobilibus gēmis ēt plebeis raroq; genesq; dictu dignas distrinxisse satis erat. illud mō meminisse cōuenit crescētibus uariæ maculis atq; uerrucis lineasq; que interueniūt multiplici ductu: & colore mutata sæpius nomina in eadē plerūq; materia. Nūc cōmuniter ad omniū gēmarū obseruationē ptinentia dicemus opiniōes secuti auctorū. Cauæ aut extuberantes uiliores uidentur æqlibus. Figura oblōga maxime pbat: deinde quæ uocat lenticula: postea clipeidos & rotūda: angulosis minima gratia. Veras a falsis discernēdi magna difficultas. Quippe cū inuentū sit ex ueris gēmis in alteri⁹ generis falsas traducere. Sardonyces e cerauniis gluttinātur gēmis ita ut deprehendi ars nō possit: aliūde nigro: aliū de candido: aliunde minio sūptis: oibus in suo genere pbatissimis. Quinimmo etiā extant cōmentarii auctorū: quos non equidem demonstratim: quibus modis ex crystallo tingantur smaragdi: alæq; trāslucentes. Sardonyx e sarda. Item cæteræ ex aliis. Neq; est ulla fraus uitæ lucrosior.

De ratione probandum gemmarum. Cap. xiii.

Os cōtra rationē deprehendēdi falsas demōstrabimus: quādo etiā luxuriā aduersu fraudē muniri decet. præterilla q̄ in principalibus qbusq; generibus priuatim dixius. Trāslucentes matutino pbari censent: aut si necesse est in quartā horā: postea uetant. Experimēta pluribus modis cōstant. primū ponderesi grauiores sentiūtur: post hæc corpore. Fictitiis pustulæ in pfundo apparent. Scabritia in cute. In capillamēto folgoris incōstantia: prius q̄ ad oculos ueniat desinens nitor: Decussii fragmenti paulū: quod in lamina ferrea teratur efficacissimū expimēto excusāt mangones gēmarū. Recusant similiter & limæ pbationē. Obsidianæ fragmēta ueras gēmas nō scarificant. Fictitiæ scarificationis candicantiā fugiūt. Tantaq; differentia ēut aliæ ferro scalpi nō possit: aliæ nō nisi retuso: uesq; omnes adamante: plurimū aūt in his terebraq; pficit feruor. Gēmiferi amnes sunt anaxis: mater: ganger. Terraq; aūt omniū mxime india. Et iā peractis oibus naturæ opibus discrimē quoddā resq; ipsaq; facere cōuenit. Ergo in toto orbe & in quacūq; cæli cōuexitas uergit: pulcherrima ē omniū rebus meritoq; principatū naturæ optinens Italia rectrix parensq; mūdi altera: uiri fœmnis: ducibus: militibus: seruitiis: artiū præstantia ingeniorū claritatibus. Iam situ ac salubritate cæli atq; tēperie: accessu cunctasq; gentiū facili: littoribus portuosis: benigno uentorū afflatu. Etenim cōtingit recurrētis positio in partē utilissimā: & iter ortus occasusq; mediā: aquasq; copia: nemoq; salubritate montiū articulis: ferorq; animaliū innocētia: soli fertilitate: publi ubertate. quicqd est quo carere uita non debeat: nusq̄ est præstantius: fruges: uinū: olea: uellera: lina: uestis iuuenci. Ne equos quidē in trigarii, præferri ullis uernaculis animaduerto. Metallis auri: argenti: æris: ferri: quādiu libuit exercere: nullis cessit. Et iis nunc in se grauida p omni dote uarios succos: & frugū pomorumq; sapores fundit. Ab ea exceptis indiæ fabulosis proxime quidem duxerim hispaniā quecunq; ambitur mari.

FINIS.

Registrum huius operis.

a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t u x y z &

A B C D E F G H I K

Omnes sunt quaterni preter f & K qui sunt terni.

C. Plynii Secundi de naturali historia libri. xxxvii. Ex castigatiōibus Hermolai Barbari diligētissime Recogniti. Impressi Venetiis p Ioannē Aluisium de Varisio Mediolanensem āno a Natali Cristiāo. M. CCCCLXXXXIX, die. xviii. Maii: Cum gratia & priuilegio ut in eo.

A106

632

(4505)

GRATAE POSTERITATIS AD EXCITANDA STUDIA